Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0001-0
DFG

Dv 1343

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0002-6
DFG

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF
V 304S

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0003-1
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0004-7
DFG

Pharmacopoeae recentiores

Anglica, Gallica, Germaniae, Helvetica, Russiae

inter se collatae.

Otto Winter
Apothekenbesitzer
HANNOVER.

Supplementum Manualis pharmaceutici Hageri.

Scripsit, praefatus est et indicem triplicem adjecit

H. Hager,
Phil. Dr.

RATHSAPOTHEKE
HAMELN
* OTTO WINTER *

Vratislaviae.
Impensis Ernesti Güntheri.
MDCCCLXIX.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0005-3
DFG

Otto Winter
Apothekenbesitzer
HANNOVER.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0006-8
DFG

Praefatio.

Mutua populorum in omni vitae genere commercia recentiore tempore ita aucta et amplificata sunt, ut haud raro et medici et medicamentarii (pharmacopolae) pharmacopoeas in singulis Europae terris usitatas non modo inspicere, sed etiam accuratius cognoscere cogantur. Nam ut ii, qui medicamenta parant, ad eorum, qui illa poscunt, consuetudinem se accommodare debent, ita medici, quoties formulas suas in hominum peregrinorum usum concinnant, has praeceptis pharmacopoearum variarum adaptare studebunt.

Jam vero quoniam nec omnes ubique in promptu sunt pharmacopoeae, nec quisque linguarum, quibus illae conscriptae sunt, scientiam habet, pharmacopoeas recentiores usu receptas inter se conferri non modo utile, verum etiam necessarium visum est.

His causis adducti sumus, ut eas pharmacopoeas, quarum nunc in Europa gravissima auctoritas est, Germaniae, Helveticam, Gallicam, Britannicam, Russiae, inter se conferremus. Quarum trium posteriorum quamque lingua patria conscriptam sermone latino ad communem intelligentiam accommodato ita reddidimus, ut eas tantum res, quae ad usum vel pharmaceuticum vel therapeuticum majoris momenti essent, reciperemus.

Solent medici Gallici, multi etiam Britannici, praeceptorum formulas sua quisque lingua perscribere. Itaque faciendum putavimus, ut huic libro praeter latinum indicem etiam gallico et britannico ser-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0007-4
DFG

mone confectum adjungeremus, quorum cujusque ambitus tantus est, quantum fieri pharmacopoeae utriusque usus ac ratio passa est.

Praeceptorum ad ea praeparata chemica, quorum compositio in vulgus nota est, quae num hac vel illa ratione efficiantur nihil intersit, tantum nomina exhibenda, formulas omittendas esse judicavimus.

Pharmacopoeae recentiores a nobis ita collatae sunt, ut et supplementum Manualis pharmaceutici a nobis editi habeas, et librum totum atque integrum. Propositum nobis est novam subinde, quoties necessarium visum fuerit, libri editionem instituere, qua quidem eae pharmacopoeae, quae in usu esse desierint, non amplius respiciantur, novae in lucem editae cum ceteris componantur. Ita habebis quandam Pharmacopoeam universalem, quae modico ambitu tempori ac disciplinae satisfaciat. Ceterum confido operam novam, quam hoc libro arti pharmaceuticae navavi, omnibus, qui in his studiis versantur, gratam fore et exoptatam.

Scribebam Berolini mense Decembri 1868.

H. Hager,
Ph. Dr.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0008-0 DFG

Praemonenda.

Partes in hoc libro ubique quantitatem significant pondere definiendam. Mensurae Pharmacopoeae Britannicae, quoad fieri potuit, ad pondera revocatae sunt. Quod ubi facere non licebat, numero quantitatis litera *v* addita est, ut id volumen notaretur, quod ponderi ac volumini aquae temperiei vulgaris responderet. Ut exemplo utamur, *P.* 100*v* ad grammata revocatae exaequant volumen 100 centimetrorum cubicorum aquae temperiei mediae (15 ad 20° C.), vel volumen 100 grammatum aquae.

Pharmacopoeae collatae:

1. **Codex medicamentarius** s. ***Pharmacopée Française.*** *Paris*, 1866.
2. **British Pharmacopoeia,** London, 1867.
3. **Pharmacopoea Germaniae,** editio altera, Halis Saxonum, 1867.
4. **Pharmacopoea Helvetica,** Scaphusiae, 1865.
5. **Pharmacopoea Russiae,** Petropoli anno 1866 edita.

Formulae compendiariae in hoc libro adhibitae:

Ammonium = NH^4.
Ammonum = $NH^3 + Aq.$ vel NH^4O.
Cf. vel *conf.* = confer vel conferatur.
Centigm. = Centigramma.
conc. = concentratum aut concisum.
cont. = contusum.
Decigm. = Decigramma.
Gm. = Gramma.
Gtt = Gutta.
l. a. = lege artis.
M. = Misce.
Momentum horae = $1/60$ pars horae.
Ph. Austr. = Pharmacopoea Austriaca.
Ph. Bad. = Pharmacopoea Badensis.
Ph. Bav. = Pharmacopoea Bavarica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0009-9
DFG

Ph. Belg. = Pharmacopoea Belgica.
Ph. Bor. = Pharmacopoea Borussica.
Ph. Brit. = Pharmacopoea Britica.
Ph. Dan = Pharmacopoea Danica.
Ph. Gall. = Codex medicamentarius Franco-Gallicus.
Ph. Germ. = Pharmacopoea Germaniae.
Ph. Hamb = Codex medicamentarius Hamburgensis.
Ph. Hann. = Pharmacopoea Hannoverana.
Ph. Helv. = Pharmacopoea Helvetica.
Ph. Norv = Pharmacopoea Norvegica.
Ph. Russ. = Pharmacopoea Russiae.
Ph. Sax. = Pharmacopoea Saxonica.
Ph. Wurt. = Pharmacopoea Wurtembergensis.
Man. pharm. Hageri = Manuale pharmaceuticum Hageri.

(Ex illis pharmacopoeis, praeterquam ex *Ph. Helv.*, *Ph. Russ.*, Pharmacopoea Gallica aliquot praecepta recepit, quam ob rem illas pharmacopoeas notatas reperies.)
Pd. sp. / *Pond. spec.* = pondus specificum.
P. = Hoc signo vocis *Pars* quilibet casus significatur.
q. s. = quantum sufficit vel quantitas sufficiens.
rectf. vel *rctf.* = rectificatus.
rectfss. vel *rctfss.* = rectificatissimus.
V. = Vini.
v. = pondus ad volumen aquae revocatum.

Pondus specificum

constitui jussit

Ph. Gall. calore 15° C. (thermometri Celsiani).
Ph. Brit „ 15°,5 C. (60° thermometri Fahrenheitiani).
Ph. Germ. „ 15° C.
Ph. Russ. „ 17°,5 C.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0010-0 DFG

Supplementum

Manualis pharmaceutici

Hageri.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0011-6
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0012-1
DFG

Abrotanum. Folia. Summitates florentes. *Aurone mâle; Citronelle.* (Artemisia Abrotanum L.)

Absinthium. Oleum aethereum summitatum. Summitates florentes. *Absinthe (grande); Aluyne.* (Artemisia Absinthium L.)

Acetosa. Herba recens. Radix. *Oseille commune.* (Rumex Acetosa L.)

Acetosella. Folia. *Surelle; Alleluia.* (Oxalis Acetosella L.)

Acetum.

Acetum Vini. *Vinaigre de Vin. Vinegar.*

Ph. Gall. Ad aceta medicamentaria paranda adhibeatur Acetum, cujus *P.* centenae certe sufficiant ad *P.* 8 Natri carbonici aqua liberi saturandas vel contineant minimum *P.* 7,7 Acidi acetici anhydri.

Ph. Germ. *P.* vicenae (20) sufficiant ad *P.* 1 Natri carbonici anhydri saturandam, vel centenae partes contineant *P.* 5 Acidi acetici anhydri.

Ph. Helv. *P.* centenae sufficiant ad *P.* 3,7 Natri carbonici aqua liberi saturandas, vel centenae partes contineant *P.* 3,56 Acidi anhydri.

Ph. Brit. Centenae partes contineant *P.* 4,6 Acidi anhydri.

Ph. Russ. Centenae partes minimum contineant *P.* 4,25 Acidi anhydri.

Acetum aromaticum.

Acetum antisepticum *Ph. Gall.* *Vinaigre antiseptique. Vinaigre des quatre voleurs.*

Rp. Summitatum florescentium siccatarum Absinthii,
Summit. florescent. sicc. Artemisiae Ponticae,
Foliorum Menthae pip.,
Fol. Rorismarini,
Fol. Salviae offic.,
Florum Lavandulae,
Herbae Rutae ãã *P.* 40,
Rhizomatis Calami,
Corticis Cinnamomi,
Caryophyllorum aromat.,
Seminis Myristicae,
Bulborum Allii ãã *P.* 5.

Concisis contusisque affunde

Aceti coloris expertis *Ph. Gall.* *P.* 2500.

Macera per dies decem, exprimendo cola, tum colaturam, admixtis

Camphorae *P.* 10,

antea solutis in

Acidi acetici glacialis *P.* 40,

sepone per aliquot horas et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Fol. Rorismarini, Salviae et Menthae pip. ãã *P.* 4, Caryophyllorum, Rhizomatis Zedoariae, Radicis Angelicae ãã *P.* 1, Aceti crudi *P.* 150 per dies quatuor macerent. Colaturae filtratae admisce Spiritus Rorismarini *P.* 6.

Ph. Helv. Flor. Lavand., Hb. Absinthii, Hb. Menth. pip., Hb. Rutae, Hb. Salviae, Rad. Angelicae, Rhiz. Calami, Rhiz. Zedoariae ãã *P.* 8, Caryophyllorum *P.* 4, Aceti *P.* 750. Macera per hebdomadem unam etc. Colaturae filtrandae sint *P.* 750.

Ph. Russ. Oleorum aeth. Rorismarini, Lavandulae, Caryophyllorum, Menthae pip., Citri ãã *P.* 1, Olei Bergamottae *P.* 3, solve in Tinct. Cinnamomi *P.* 96, et Tinct. aromaticae *P.* 48, tum admisce Aceti concentrati *P.* 192, Aquae destill. *P.* 576. Sepone per 24 horas et filtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0013-7
DFG

Acetum aromaticum Ph. Gall.

Vinaigre aromatique des Hôpitaux.

Rp. Foliorum Melissae,
— Menthae pip.,
— Rorismarini,
— Salviae ãã *P.* 25,
Florum Lavandulae *P.* 50,
Bulborum Allii *P.* 10.

Concisis affunde
Aceti coloris expertis *Ph. Gall.* *P.* 2000.

Macera per dies decem, cola et filtra. *Ph. Gall.*

Acetum camphoratum.

Vinaigre camphré.

Rp. Camphorae,
Acidi acetici glacialis ãã *P.* 1,
Aceti coloris expertis *Ph. Gall.* *P.* 40.

Camphorae cum Acido acetico in mortario porcellaneo contritae inter agitationem sensim Acetum admisce. Mixturam in lagenam immissam sepositamque post aliquot dies filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Camphorae *P.* 1, soluta Spiritus V. rectfss. *P.* 60, quoties poscitur, misceatur cum Aceti *P.* 180.

Acetum Cantharidum.

Vinegar of Cantharides.

Rp. Cantharidum pulv. *P.* 2,
Acidi aceticiglacialis *P.* $2^1/_8$ (2*v*),
Aceti concentrati *P.* 19 (18*v*).

Primum Acidum aceticum glaciale cum Aceti concentrati P. 13*v* commixtum Cantharidibus superfunde, tum digere (calore 93° C.) per horas duas. Deinde mixturae refrigeratae, in vas deturbatorium (percolatorium) translatae, l. a. affunde Aceti concentrati reliquas *P.* 5*v*, postquam liquor decolare cessaverit. Postremo massam in vase deturbatorio residuam exprime. Colaturis commixtis filtratisque Aceti concentrati addatur, quantum ad *P.* 20*v* supplendas requiritur. *Ph. Brit.*

Acetum Colchici.

Rp. Bulborum Colchici recentium, mense Augusto collectorum, concisorum *P.* 1,
Aceti puri *P.* 10.

Macerentur per hebdomadem unam et exprimendo colentur. Colatura ad *P.* 10 admixto Aceto redintegrata filtretur. *Ph. Helv.*

Aequali modo paretur

Acetum Digitalis,

nisi quod maceratio per dies decem continuanda est.

Rp. Sem. Colchici contusi *P.* 1,
Aceti *P.* 12,
Spiritus V. rectf. *P.* 1.

Macera vase clauso per 48 horas, saepius agita, exprimendo cola et filtra. *Ph. Russ.*

Acetum concentratum.

Acetum radicale *Ph. Gall.* Acidum aceticum dilutum *Ph. Germ.* Acidum aceticum *Ph. Brit., Helv., Russ.* *Vinaigre radical. Acetic Acid Ph. Brit.*

Rp. Cupri acetici cryst. q. v.

Retortae vitreae ingestum destillationi siccae subdatur Liquor inde obtentus denuo destillando ad siccum rectificetur. Pond. spec. 1,075 ad 1,083. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv., Russ. Acidum aceticum aqua dilutum, cujus centenae partes *P.* 25 Acidi acetici anhydri contineant. Pond. spec. 1,040.

Ph. Brit. Acidum aceticum venale, cujus centenae partes *P.* 28. Acidi anhydri contineant. Pond. spec. 1,044.

Acetum purum.

Acetum destillatum. Acidum aceticum dilutum *Ph. Brit., Helv., Russ.* *Vinaigre destillé. Diluted acetic Acid.*

Ph. Gall. Aceti Vini P. 100 destillent e retorta vitrea, donec *P.* 75 elicitae fuerint, quae serventur.

Ph. Brit. Acidum aceticum, in centenis partibus *P.* 28 Acidi anhydri continens et pond. spec. 1,044, diluatur septemplici volumine Aquae destillatae. Pond. spec. mixturae sit 1,006.

Ph. Helv., Russ. Acidi acetici, in centenis partibus *P.* 25 Acidi anhydri continentis, *P.* 1 diluatur *P.* 5 Aquae destillatae.

Ph. Germ. Aceti concentrati *P.* 1 diluatur Aquae destillatae *P.* 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0014-3 DFG

Acetum pyrolignosum crudum.

Acidum pyroxylicum crudum. Destillatione sicca e lignis variis elicitum. Sit aciditatis Aceti. *Ph. Germ.*, *Helv.* Continet in centenis partibus *P.* 5 ad 9 Acidi acetici anhydri. *Ph. Russ.*

Acetum pyrolignosum rectificatum.

Acetum pyrolignosum crudum in retortam vitream immissum, quae in balneo arenae collocata est, destillet, donec tres quadrantes eliciti fuerint. Liquor destillatus in lagenulis bene obturandis, a luce remotis, servetur. Continent centenae partes circiter *P.* 4 Acidi acetici anhydri. Liquor sit coloris expers vel flavescens. *Ph. Russ.*

Ph. Germ. E partibus decem Aceti pyrolignosi crudi destillando eliciantur *P.* 7, quarum pars primum transiens rejiciatur. *P.* 25 sufficiant ad *P.* 1 Natri carbonici ab aqua liberi saturandam.

Acetum rosatum.

Vinaigre rosat.

Rp. Petalorum siccatorum Rosae rubrae (Gallicae) *P.* 1,
Aceti coloris expertis *Ph. Gall.* *P.* 12.

Macera per dies decem, interdum agitando, deinde exprimendo cola et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Acetum Sambuci (nigrae) florum (*Vinaigre de fleurs de Sureau*).

Acetum Rubi Idaei.

Vinaigre framboisé.

Rp. Fructuum recentium Rubi Idaei a calycibus liberatorum *P.* 3,
Aceti coloris expertis *Ph. Gall.* *P.* 2.

Macera per dies decem, cola expressione non adhibita et filtra. *Ph. Gall.*

Aequali modo parentur:

Aceta aliorum fructuum rubrorum.

Ph. Germ., *Helv.* Syrupi Rubi Idaei *P.* 1 commisceatur cum Aceti crudi *P.* 2.

Acetum Scillae.

Acetum scilliticum. *Vinaigre scillitique. Vinegar of Squill.*

Rp. Squamarum bulbi Scillae grosso modo pulv. *P.* 1,
Aceti coloris expertis *Ph. Gall.* *P.* 12.

Macera per octo dies atque interdum agita, tum exprimendo cola et filtra. *Ph. Gall.* Eodem modo paretur:

Acetum Colchici bulborum siccatorum. (*Vinaigre de bulbes secs de Colchique.*)

Ph. Helv. Bulbi Scillae sicci incisi *P.* 1 et Aceti puri *P.* 10 macerentur per hebdomadem unam. Colatura exprimendo effecta filtrataque Aceti tanto redintegretur, ut *P.* 10 exaequet.

Ph. Germ. Bulbi Scillae sicci *P.* 1 maceretur per dies tres Aceti puri *P.* 10. Colatura leni expressione collecta filtretur.

Ph. Brit. Bulbi Scillae contusi *P.* 5, Aceti puri *P.* 40*v* macerentur per hebdomadem unam, tum exprimantur. Colatura cum Spiritus tenuioris *P.* 3*v* commixta filtretur.

Ph. Russ. Bulbi Scillae contusi, Spiritus V. rectfss. ãã *P.* 1, Aceti *P.* 12 macerentur per dies quattuor, exprimendo colentur et filtrentur.

Acidum aceticum *Ph. Gall. Acide acétique du bois.* Liquor coloris expers, ab empyreumate liber. Pond. spec. 1,06.

Acidum aceticum aromaticum.

Acetum Britannicum. *Vinaigre Anglais.*

Rp. Acidi acetici glacialis *P.* 600,
Camphorae *P.* 60,
Olei Cinnamomi *P.* 1,
Olei Caryophyll. *P.* 2,
Olei Lavandulae *P.* ½.

Camphora paulo Acidi acetici in mortario porcellaneo contrita immittatur cum Acido reliquo et Oleis aethereis in lagenam obturandam et interdum agitetur. Diebus quindecim exactis liquorem limpidum defunde et serva. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0015-8 DFG

Ph. Russ. Paretur miscendis Oleorum Caryophyllorum *P.* 6, Lavandul., Citri ãã *P.* 4, Bergamottae, Thymi ãã *P.* 2, Cinnamomi *P.* 1, Acidi acetici glacialis *P.* 48.

Ph. Germ. Oleorum Caryophyll. *P.* 9, Lavandulae, Citri ãã *P.* 6, Bergamottae, Thymi ãã *P.* 3, Cinnamomi Cassiae *P.* 1, Acidi acetici glacialis *P.* 24 misceantur.

Acidum aceticum concentratum. Acidum aceticum crystallisatum. Acidum aceticum glaciale. Acidum aceticum concentratissimum. Acidum aceticum purum *Ph. Gall.* *Acide acétique cristallisable; Acide acétique pur Ph. Gall. Glacial acetic Acid.* ($C^4H^3O^3$,HO).

Acidum arsenicicum.

Acidum arsenicum *Ph. Ross* ($As\,O^5$).

Rp. Acidi arsenicosi *P.* 1.
Superinfunde
Acidi hydrochlorici *P.* 3,
Acidi nitrici *P.* 1.

In cucurbitam vitream ingestae calore modico tractentur, donec Acidum arsenicosum fuerit solutum atque in Acidum arsenicicum transierit. Tum liquor ad siccum evaporet et terendo in pulverem redigatur. *Ph. Russ.*

Acidum arsenicosum. Acidum arseniosum. Arsenicum album. *Acide arsénieux; Oxyde blanc d'Arsenic; Arsenic blanc. Arsenious Acid.* ($As\,O^3$).

Acidum benzoïcum. Acidum benzoïcum sublimatum. Flores Benzoës. *Acide benzoïque par sublimation; Fleurs de Benjoin. Benzoic Acid.* ($C^{14}H^5O^3 + HO$).

Acidum benzoïcum via humida paratum. Acidum benzoïcum crystallisatum s. aqua mediante paratum *Ph. Gall.* *Acide benzoïque par voie humide Ph. Gall.*

Acidum boricum. Acidum boracicum. *Acide borique crystallisé.* ($BO^3 + 3HO$).

Acidum carbolicum. Acidum phenicum. *Acide phénique; Acide carbolique; Phénol. Carbolic Acid. Phenic Acid.* ($HO,C^{12}H^5O$). Crystallula acicularia, odoris kreosotacei, calore 35° liquescentia.

Acidum carbonicum solutum.

Solution aqueuse d'Acide carbonique. Acide carbonique dissous.

Rp. Marmoris albi in frustulis *P.* 10,
Aquae *P.* 50,
Acidi hydrochlorici *P.* 17.

Gas Acidi carbonici ex illis extricatum aut in aquam, in lagenis Woulfianis dispositam inducatur (pressio pneumatica, ut adhibeatur non praeceptum est), aut supra hydrargyrum excipiatur. Si vis gas siccum excipere, per tubum Calcio chlorato munitum perducatur. *Ph. Gall.*

Acidum chloro-nitrosum.

Aqua regia s. regalis. Acidum nitro-hydrochloricum dilutum *Ph. Brit.* *Acide nitro-muriatique; Eau régale. Diluted nitro-hydrochloric Acid.*

Rp. Acidi nitrici, pond. spec. 1,32, *P.* 1,
Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,17, *P.* 3.

Misce. Ad efficiendum Acidum nitricum pond. spec. 1,32 misceantur Acidi pond. spec. 1,42 *P.* 75 cum Aquae destillatae *P.* 25. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Acidi nitrici *P.* 1 et Acidi hydrochlorici *P.* 3.

Ph. Helv. Acidi nitrici crudi (pond. spec. 1,32—1,34) *P.* 1, Acidi hydrochlorici crudi (pd. spec. 1,17) *P.* 2. *Ph. Russ.* 1 et 3.

Ph. Brit. Acidi nitrici (pd. spec. 1,42) *P.* 43, Acidi hydrochlorici (pd. spec. 1,16) *P.* 47, Aquae destillatae *P.* 250 misceantur.

Acidum chromicum.

(CrO^3).

Rp. Kali bichromici *P.* 1,
Aquae fervidae *P.* 10.

Solve et filtra. Liquor refrigeratus virgae instar tenuioris, de baculo vitreo delabentis, in
Acidi sulfurici crudi *P.* 24

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0016-4 DFG

infundatur, tum per aliquot dies, vase tecto, seponatur. Crystalla exorta in infundibulo, cujus emissarium sit obturatum vitro contuso, colligantur et supra laterem dispersa atque obtecta campanula vitrea siccentur. Crystalla in vitro clauso serventur. *Ph. Russ.*

Acidum chromicum solutum.

Solution officinale d'Acide chromique.

Rp. Kali bichromici cryst. *P.* 1.
Solve calore balnei aquae in
Aquae communis *P.* 10.
Liquori adhuc calido instilla
Acidi sulfurici concentr. *P.* 20
et fortiter ope bacilli vitrei agita. Post horas viginti quatuor, liquore decanthato, crystalla exorta ope spatulae corneae in infundibulo collige et, postquam humidum ex iis exstillatum fuerit, supra testam porulosam desicca.

Crystalla collecta in Aquae destillatae pari pondere solvantur. Liquoris pond. specif. sit 1,47. *Ph. Gall.*

Acidum citricum. *Acide citrique Citric Acid.* ($C^{12}H^8O^{14}+2HO$.)

Acidum gallicum. *Acide gallique. Gallic Acid.* ($3HO, C^{14}H^3O^7 + 2HO$.)

Acidum hydrochloricum.

Acidum hydrochloratum. Acidum chlorhydricum (aqua solutum). Acidum muriaticum. *Acide chlorhydrique (dissous); Acide hydrochlorique; Solution aqueuse d'Acide chlorhydrique. Hydrochloric Acid.*

Ph. Gall. Pond. spec. 1,17.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,124. Centenae partes continent *P.* 25 gasis Acidi hydrochlorici.

Ph. Helv., Russ. Pond. spec. 1,120 Centenae partes continent *P.* 24,5 gasis Acidi hydrochlorici.

Ph. Brit. Pond. spec. 1,16. Centenae partes continent *P.* 31,8 gasis Acidi hydrochlorici.

Acidum hydrochloricum crudum. *Ph. Gall.* Pond. spec. 1,18; *Ph. Germ.* 1,165 ad 1,170; *Ph. Helv.* 1,17; *Ph. Russ.* 1,150—1,170.

Acidum hydrochloricum dilutum.

Acidum hydrochloratum dilutum. *Diluted hydrochloric Acid.*

Ph. Germ., Helv. Acidi hydrochlorici et Aquae destill. ãã *P.* mixtae. Pond. spec. 1,06.

Ph. Russ. Acidi hydrochlorici *P.* 1 Aquae destill. *P.* 2 diluta. Pd. spec. 1,038.

Ph. Brit. Acidi hydrochlorici *P.* 1 Aquae destill. *P.* 2 vel q. s. diluta. Pond. spec. sit 1,052.

Acidum hydrocyanicum (officinale).

Acidum cyanhydricum aqua solutum *Ph. Gall.* Acidum hydrocyanicum dilutum *Ph. Brit. Acide prussique médicinal. Diluted hydrocyanic Acid.*

Rp. Hydrargyri cyanidati (Hg Cy) *P.* 100,
Ammoni hydrochlorati *P.* 45,
Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,17, *P.* 90.

In cucurbitam tubulatam vitream ingestae destillationi subjiciantur, vapores evolutos per tubum vitreum, priore parte frustulis marmoris albissimi, posteriore parte frustulis Calcii chlorati anhydri expletum, transducendo. Vas excipiens sit tubus vitreus ad rectum angulum curvatus atque refrigeretur mixturae ope e sale culinari et glacie pulverata paratae. Liquoris in vase recipiente collecti, valde venenosi *P.* 1 caute diluatur *P.* 9 Aquae destillatae, ita ut in centenis partibus contineantur partes decem Acidi hydrocyanici anhydri. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Acidum spirituosum, quod in centenis partibus *P.* 2 Acidi hydrocyanici anhydri continet. Vapores Acidi, qui ex Kalii ferrocyanati *P.* 2, Acidi sulfurici crudi *P.* 1 et Aquae *P.* 2 l. a extricantur, in Spiritus Vini *P.* 8 inducuntur. Liquor destillatus Aquae dest. q. s. diluitur.

Ph. Germ., Russ. Acidum aquosum, quod in centenis partibus *P.* 2 Acidi hydrocyanici anhydrici continet. *Ph. Germ.* praecipit Kalii ferrocyanati *P.* 2, Acidi sulfurici crudi *P.* 1, antea dilutam Aquae destill. *P.* 2, quae in cucurbitam vitream ingestae destillent. Vasi excipienti antea sit infusa *P.* 1 Aquae destillatae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0017-0 DFG

Post destillationem liquor in vase recipiente collectus (*P.* 4—4½) diluatur Aquae destillatae *P.* 12 vel q. s.

Ph. Brit. Acidum aquosum, quod in centenis partibus *P.* 2 Acidi hydrocyanici anhydri continet. Destillatum e Kalii ferrocyanati *P.* 225, Acidi sulfurici *P.* 185, Aquae dest. *P.* 3000 elicitum et Aquae dest. q. s. dilutum. Pond. spec. 0,997.

Acidum hydrocyanicum spirabile.

Vapor Acidi hydrocyanici. *Inhalation of Hydrocyanic Acid.*

Rp. Acidi hydrocyanici diluti *Guttas* 10 ad 15,
Aquae frigidae *Decig.* 35.

Misce. (Mixtura in apparatum idoneum ingeratur, ut vapores inde evoluti hauriri possint.) *Ph. Brit.*

Acidum hydrosulfuricum solutum.

Acidum sulfhydricum aqua solutum. Aqua hydrosulfurata. *Acide sulfhydrique dissous; Solution aqueuse d'Acide sulfhydrique. Solution of Sulphurated Hydrogen.*

Rp. Stibii sulfurati nigri pulv. *P.* 5,
Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,17, *P.* 20.

Leni calore gas extricatum Aqua destillata, in lagenis Woulfianis disposita, excipiatur. Stibii sulfurati *Gm.* 100 praebent circiter gasis quantitatem, quae ad saturandas aquae *Litras* sex sufficit. *Ph. Gall.*

Acidum lacticum.

Acide lactique.

Rp. Calcariae lacticae *P.* 100,
Acidi sulfurici concentr. *P.* 35,
Aquae q. s.

Calcariae lacticae aqua solutae instilla Acidum sulfuricum antea aqua dilutum. Affuso Spiritus Vini voluminis mixturae quadrante, filtra et sedimentum exortum exprime. Liquores filtrati commixti, Spiritu Vini destillando elicito, calore balnei aquae evaporent. Hoc acidum lacticum ad lactatum parationem inservit.

Acidum purum e Zinco lactico soluto gas Acidi hydrosulfurici introducendo, filtrando evaporandoque efficiatur. Sit spissitudinis syrupi, coloris expers et pond. spec. 1,315 calore 20° C. *Ph. Gall.*

Acidum nitricum.

Acide nitrique (azotique) officinal. Nitric Acid.

Ph. Gall., Brit. Pond. spec. 1,42. Cont. *P.* 60 Acidi anhydri in centenis partibus.

Ph. Helv., Russ. Pond. spec. 1,2.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,180. Cont. *P.* 25 Acidi anhydri in centenis partibus.

Acidum nitricum alcoholisatum.

Esprit de Nitre dulcifié. Alcool nitrique.

Rp. Acidi nitrici, pond. spec. 1,31, *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3.

Mixtura in lagenam epistomio vitreo munitam ingesta per tres dies, epistomium interdum tollendo, seponatur, ut gasa exorta evadere possint.

Ad efficiendum Acidum nitricum pond. spec. 1,31 misceantur Acidi nitrici pond. spec. 1,42 *P.* 715 cum Aquae destillatae *P.* 285. *Ph. Gall.*

Acidum nitricum crudum.

Acide nitrique; Acide azotique. *Ph. Gall.* 1,33 ad 1,38. *Ph. Germ., Russ.* 1,334 ad 1,340. *Ph. Helv.* 1,32 ad 1,34.

Acidum nitricum dilutum.

Diluted nitric Acid.

Rp. Acidi nitrici officinalis,
Aquae destillatae ãã *P.*

Misce. Pond. spec. 1,092 *Ph. Helv., Russ.* Pond. spec. 1,086 *Ph. Germ.*

Ph. Brit. Pond. spec 1,101. Cont. 14,95 *P.* Acidi anhydri in centenis partibus.

Acidum nitricum fumans.

Acidum nitroso-nitricum.

Destillatum calore balnei arenae e Kali nitrici siccati pulverati *P.* 2, superfusa Acidi sulfurici crudi *P.* 1, elicitum. Sit liquor limpidus, e fusco ruber, in aëre fumum exhalans. Pond. spec. 1,520 ad 1,525 *Ph. Germ.*, 1,519 *Ph. Russ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0018-5 DFG

Acidum oxalicum. *Acide oxalique; Acide de sucre. Oxalic Acid.* ($C^2O^3,HO+2HO$).

Acidum phosphoricum.

Acidum phosphoricum dilutum *Ph. Helv.* Acidum phosphoricum officinale *Ph. Gall.* *Acide phosphorique officinal* ($3HO, PO^5 + aq$).

Ph. Gall. Pond. spec. 1,45. Centenae partes continent *P.* 45 Acidi anhydri.

Ph. Helv., Russ. Pond. spec. 1,130. Centenae partes continent *P.* 16 Acidi anhydri.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,122. Centenae partes continent *P.* 15 Acidi anhydri.

Acidum phosphoricum dilutum.

Diluted phosphoric Acid.

Rp. Acidi phosphorici,
Aquae destillatae $\widehat{aa}$ *P.*

Misce. *Ph. Russ.* Pond. spec. 1,062.

Ph. Brit. Pond. spec. 1,08. Centenae partes continent *P.* 10 Acidi anhydri.

Acidum phosphoricum glaciale.

Acidum phosphoricum siccum *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Ad parandum subito Acidum glaciale, massis pilularibus immiscendum, Acidi phosphorici officinalis *P.* 5 evaporent usque ad *P.* 1 remanentem.

Acidum stibicum hydricum.

Materia perlata Kerkringii. *Acide antimonique hydraté.* ($SbO^5 + aq.$)

Aqua, quam in paratione Antimonii diaphoretici abluti elutriando massam excandefactam colligis, quantitate Acidi sulfurici sufficiente saturetur, et praecipitatum inde exortum aqua abluatur ac leni calore siccetur. *Ph. Gall.*

Acidum succinicum.

Acidum succinicum pyrogenaeum. *Acide succinique impur Ph. Gall. Sel volatil de Succin Ph. Gall.*

Ph. Gall. Acidum succinicum crudum.

Ph. Helv., Russ. Crustae crystallinae flavae, odoris et saporis proprii empyreumatici.

Ph. Germ. Crystalla in crustis cohaerentibus obvia, e griseo flavescentia.

Acidum sulfuricum crudum.

Acide sulfurique. Huile de Vitriol. Ph. Gall. Pond. spec. 1,84. *Ph. Germ.* Pond. spec. 1,830 ad 1,833. *Ph. Helv.* Pond. spec. 1,835. *Ph. Russ.* Pond. spec. 1,83 ad 1,84.

Acidum sulfuricum dilutum.

Acide sulfurique dilué. Diluted sulphuric Acid.

Rp. Acidi sulfurici concentrati puri *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 9.

Misce. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv., Russ. Acidi sulfurici puri *P.* 1 et Aquae destill. *P.* 5 misceantur. Pond. spec. 1,113—1,117.

Ph. Brit. Acidi sulfurici puri *P.* 10 et Aquae destillatae q. s. (*P.* 71). Pond. spec. 1,094.

Acidum sulfuricum fumans.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,860 ad 1,900.

Acidum sulfuricum (purum).

Acidum sulfuricum rectificatum. *Acide sulfurique purifié. Sulphuric Acid.* (HO,SO^3).

Ph. Gall., Germ., Helv., Russ. Pond. spec. 1,840—1,845. *Ph. Brit.* 1,843.

Acidum sulfurosum.

Sulphurous Acid.

Rp. Acidi sulfurici concentrati *P.* 74,
Carbonis e ligno contusi *P.* 10.

Ex ingestis in cucurbitam vitream leni calore gas Acidi sulfurosi evolvatur et ope tuborum vitreorum primum per aquae *P.* 20, quae sint in lagena lavatoria, perducatur, dein in Aquae destillatae *P.* 200, quae vase excipiente continentur ac sint bene refrigerandae, immittatur, ut absorbeatur. Pond. spec 1,04. Centenae partes contineant *P.* 9,2 gasis Acidi sulfurosi soluti. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0019-4 DFG

Acidum tartaricum.

Sal essentiale Tartari. Acidum tartricum. *Acide tartrique. Tartaric Acid.* ($2HO, C^8H^4O^{10}$.)

Acidum tannicum.

Acidum gallotannicum. Tanninum. *Tannin; Acide tannique. Tannic Acid.* ($3HO, C^{54}H^{19}O^{31}$.)

Ph. Gall, Germ, Helv., Brit, Russ. Paretur e Gallis quercinis Turcicis.

Rp. Gallarum subt. pulv. *P.* 8.
Superinfundantur
Aetheris *P.* 12,
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.
et per duos dies seponantur. Liquore dein defuso, denuo Aether et Spiritus commixti eadem ratione affundantur. Colaturis confusis filtratisque addatur voluminis triens Aquae destillatae et post iteratam conquassationem liquor aquosus separetur. Liquor aethereus eadem ratione bis tractetur. Liquores aquosi confusi calore balnei vaporis usque ad defugium Aetheris Spiritusque adhaerentis calefiant, tum, si opus fuerit, filtrentur et evaporando ad siccum redigantur. Residum teratur, ut fiat pulvis e subflavo albus. *Ph. Germ., Russ.*

Acidum valerianicum.

Acidum valericum. *Acide valérique. Acide valerianique. Ph. Gall., Germ. Ross.*

Rp. Radicis Valerianae *P.* 100,
Acidi sulfurici concentr. *P.* 10,
Kali bichromici *P.* 6,
Aquae *P.* 500.
Solve bichromatem quantitate sufficiente aquae et, admixto Acido sulfurico, liquor cum aquae reliqua copia Radici Valerianae affundatur. Post horas viginti quatuor destillent *P.* 125, quae in cucurbitam vitream infusae denuo destillent, quam diu liquor transiens reactionem acidam exhibet.

Liquori destillando collecto addatur Natri carbonici, quantum ad neutralisationem requiritur, tum evaporando ad spissitudinem syrupi redacto instilla Acidi sulfurici diluti, quantum sufficit, ut Acidum paululum praevaleat. Quo facto liquor seponatur, deinde liquor oleosus, qui liquori aquoso innatat, separetur et ex retorta destillando rectificetur. Pond. spec. 0,955. Punctum ebullitionis 175 °C *Ph Gall.*

Ph. Germ., Russ. eliciunt Acidum valerianicum destillando e radice Valerianae cum aqua, saturando destillatum Natro carbonico, et Natrum valerianicum exsiccatum decomponendo ope Acidi sulfurici diluto modo supra notato.

Aconitinum.

Aconitina. Aconitia. *Aconitine. Aconitia.*

R. Tuberum Aconiti Napelli grosso modo pulv. q. s.
Superinfusa
Spiritus Vini rectfss.
quantitate dupla fere ad ebullitionem usque calefac, et post refrigerationem per quatuor dies macera. Tum mixturam in vas depulsorium transfer et Spiritum Vini sensim affunde, donec tubera exhausta fuerint. Colaturae, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, calore balnei aquae evaporent, ut Spiritus omnino effugiat. Massam inde remanentem extractiformem misce cum
Aquae destill. fervidae
dupla quantitate, et post refrigerationem filtra. Liquori filtrato instilla
Ammoni caustici soluti
quantum requiritur, ut paulum praevaleat, tum calore balnei aquae calefac. Praecipitatum enatum in filtrum collige, tum siccatum in pulverem grossum redige, quem superinfundendo
Aetheris puri q. s.,
macerando agitandoque exhauri.

Liquores aethereos, decanthando collectos, Aethere destillando elicito, evapora, ut extractum siccum remaneat. Hoc extractum solvatur
Aqua destill. calida.
quae est
Acido sulfurico diluto
acidula facta. Post refrigerationem praecipitatum efficiatur instillando quantitatem sufficientem
Ammoni caustici soluti,
antea diluti
Aquae destillatae
volumine quadruplo. Praecipitatum in filtrum collige et Aqua destillata frigida ablutum premendo inter strages chartae bibulae sicca.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0020-6 DFG

Aconitinum sit album, plerumque amorphum, solidum, quod aquae frigidae *P.* 150 vel aquae fervidae *P.* 50 solvitur, indole alkalina, Acidis solutum Alkali caustico praecipitatur, nec vero Ammono carbonico et Bicarbonatibus Kali vel Natri. *Ph. Brit.*

Ph. Gall. Elixatura effecta ex tuberibus Aconiti ope Spiritus Vini (pond. spec. 0,85) Acido sulfurico acidulati et a Spiritu Vini destillando, dein post refrigerationem ab oleo innatante liberata evaporet, donec syrupi spissitudinem acquisiverit, et Aethere abluatur, ut ultima olei vestigia demantur; tum paulo aquae commixta, Acido Magnesia usta admixta dempto, cum Aethere semel atque iterum affuso conquassetur, et Aether defundatur, qui evaporatione spontanea Aconitinum impurum praebet. Hoc Aconitinum Acido sulfurico diluto resolutum cum carbone animali maceret, tum filtratum Ammono caustico soluto praecipitetur, liquorem usque ad ebullitionem calefaciendo. Praecipitatum denuo Aethere resolvatur et liquor effectus ad siccum evaporet. Massae residuae, Acido sulfurico diluto resolutae sensim instilla Ammonum causticum solutum, et, Aconitino adhuc impuro primum praecipitato ope filtri remoto, instillatio Ammoni continuetur, donec Ammonum praevaleat. Aconitinum album hoc modo praecipitatum filtro colligatur et calore non adhibito siccetur.

Aconitinum hoc est amorphum pulvereum, continet in centenis partibus partes 25 aquae, calore 25° C. liquescit in anhydrum abiens, aqua vix solvitur, sed Spiritu Vini, Aethere, Benzino atque Chloroformio facile solvitur. Efficacius quam Aconitinum crystallisatum esse affirmatur. Dosis: *Gm.* 0,0005 ad 0,001.

Ph. Germ. Pulvis albus, rarius granuloso-crystallinus.

Aconitum. Folia. Herba. Tubera (Radix). *Aconit (Napel). Aconite.* (Aconitum Napellus L.)

Nota. Ph. Gall. Folia et praeparata eorum semper sunt dispensanda, nisi medicus tubera vel praeparata eorum disertis verbis postulat.

Aconitum ferox. Tubera (Radix). (*Ph. Gall.*) *Aconit féroce; Bish.* (Aconitum ferox Vallich.)

Adeps benzoïnatus.

Adeps benzoatus. *Axonge benzoïnée. Benzoated Lard.*

Rp. Adipis suilli *P.* 25,
Benzoës contusae *P.* 1.

Digere calore balnei aquae per duas vel tres horas, tum cola. Colaturam agita, donec refrixerit. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Adipis *P.* 500 et Benzoës grosso modo pulv. *P.* 11 calore balnei aquae per horas duas digerantur, tum colentur.

Adeps suillus s. **porcinus** s. **Axungia.** *Graisse de porc; Axonge; Saindoux. Prepared Lard.* (Sus Scrofa L.)

Adiantum Capillus Veneris s. **Capilli Veneris.** Herba s. Frondes (*Fougères*). *Capillaire de Montpellier.* (Adiantum Capillus Veneris L.)

Adiantum pedatum. Frondes (*Fougères*). *Capillaire du Canada.* (Adiantum pedatum L.)

Aether.

Éther sulfurique Ph. Gall. Ether.

Ph. Gall. Pond. spec. 0,720 calore 15° C.

Ph. Germ. Pond. spec. 0,725.

Ph. Helv. Pond. spec. 0,720 ad 0,730.

Ph. Brit. Aether; Pond. spec. 0,735. — Aether purus, *Pure Ether*; Pond. spec. 0,720.

Ph. Russ. Pond. spec. 0,725 ad 0,728.

Aether aceticus.

Éther acétique.

Ph. Gall. Pond. spec. 0,920.

Ph. Germ. Pond. spec. 0,900—0,904.

Ph. Helv. Pond. spec. 0,890 calore 15° C.

Ph. Russ. Pond. spec. 0,900. Paretur e Natri acetici ab aqua plane liberati *P.* 16, Spirit. V. rectfss. *P.* 10, Acidi sulf. conc. *P.* 20. Destillatum e balneo aquae obtentum primo aqua ablutum et Natri bicarbonici paulo ab Acido liberatum, dein bis conquassatum cum Calcio chlorato fuso, rectificetur. (Praeceptum laudandum est.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0021-1 DFG

Aether alcoholisatus ad usum pharmaceuticum.
Éther alcoolisé.

Rp. Aetheris *P.* 712,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 288.
Misce. Pond. spec. 0,76. Ad parationem Tincturarum aetherearum efficiatur. *Ph. Gall.*

Aether phosphoratus.

Rp. Phosphori *P.* 1.
In lagenam immissae affunde Spiritus Vini rectfss. *P.* 24, tum lagenam in aqua calida collocando Phosphorus liquetur et conquassando in pulverem redigatur. Spiritu defuso, Phosphorus paulo Aetheris abluatur, tum
Aetheris *P.* 48
superinfusis per horam unam assidue agitetur. Altero die Aethere defuso ab Phosphoro non soluto lagenulae expleantur, quae bene obturatae loco frigido et luci non pervio serventur. Partes centenae continent circiter 0,75 *P.* Phosphori soluti. *Ph. Russ.*

Agallochum. Lignum. Aloës Lignum. *Bois d'Aloès vrai; Bois d'Agalloche; Bois de Calambac.* (Aloëxylum Agallochum Lour.)
Nota. Saepe substituunt *Bois d'aigle* (Aquilariae Malaccensis Lam. lignum).

Agaricum. Fungus (Boletus) Laricis. *Agaric blanc officinal. Polypore du Mélèze.* (Poliporus officinalis Fries.)

Agrimonia. Summitates florescentes. *Aigremoine.* (Agrimonia Eupatoria L.)

Albizzia. Cortex. Mucaena. *Moussena; Moucaena; Boussena.* (Albizzia anthelminthica Brongn.)

Albumen Ovi. Blanc. *d'Oeuf. Egg Albumen.* (Gallus domesticus Temminck.)

Alcanna s. Alkanna. Radix. *Orcanette.* (Anchusa tinctoria L. s. Alkanna tinctoria Tausch.)

Alchemilla. Folia. *Alchemille (vulgaire). Pied-de-lion.* (Alchemilla vulgaris.)

Alcohol amylicus. *Amylic Alcohol; Fousel Oil.* ($C^{10}H^{12}O^2$). *Ph. Brit.* Pond. spec. 0,818. Punctum ebullitionis 132° C.

Alcoholatura Aconiti. Tinctura Aconiti herbae recentis. *Alcoolature d'Aconite.*

Rp. Foliorum recentium Aconiti Napelli florescentis *P.* 1.
Contusis adde
Spirit. V. rectfss. *P.* 1.
Sepone per dies decem, tum exprimendo cola et filtra.
Eodem modo parentur:

Alcoholaturae (*Alcoolatures*)
Arnicae florum (*de fleurs d'Arnica*)
Belladonnae fol. (*de feuilles de Belladone*)
Colchici bulbi (*de bulbe de Colchique*)
Colchici florum (*de fleurs de Colchique*)
Conii folior. (*de feuilles de Ciguë*)
Digitalis fol. (*de feuilles de Digitale*)
Hyoscyami fol. (*de feuilles de Jusquiame*)
Lactucae viros. fol. (*de feuilles de Laitue vireuse*)
Rhois radicant. fol. (*de feuilles de Rhus radicans*)
Spilanthae oleraceae fol. (*de feuilles de Cresson de Para*)
Stramonii fol. (*de feuilles de Stramoine*)

Alcornoco. Cortex. *Alcornoque.* (Bowdichia virgilioïdes H. B.)

Alkekengi. Fructus. *Alkékenge.* (Physalis Alkekengi L.)

Alliaria. Herba. *Alliaire.* (Sisymbrium Alliaria Endl.)

Allium. Bulbus. *Ail.* (Allium sativum L.)

Aloë Barbadensis. *Aloès Barbade; Aloë de la Jamaïque. Barbadoes Aloes.*

Aloë Capensis. *Aloès du Cap.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0022-7 DFG

Aloë Socotrina. Aloë. Aloë lucida. *Aloès Socotrin. Socotrine Aloes.*

Althaea. Flores. Folia. Radix. *Guimauve.* (Althaea officinalis L.)

Alumen. Sulfas aluminico-potassicus cryst. *Sulfate d'Alumine et de Potasse; Alun. Alum.* ($KaO, SO^3 + Al^2O^3, 3SO^3 + 24HO$).

Alumen ustum. Sulfas aluminico-potassicus. Alumen exsiccatum. *Alun calciné. Sulfate d'Alumine et de Potasse desséché. Dried Alum* ($KaO, SO^3 + Al^2O^3, 3SO^3$).

Alumina hydrata.

Rp. Aluminis *P.* 10.
Solutis
Aquae destillatae *P.* 80
ac filtratis instilla inter agitationem
Ammoni caustici soluti *P.* 12,
antea dilutas
Aquae destillatae *P.* 80,
vel q. s. Ammoni, ut satis praevaleat. Praecipitatum subsidendo defundendoque, postremo in filtro collectum tamdiu aqua eluatur, donec liquor e filtro defluens Baryta nitrica soluta vix turbetur. Praecipitatum inter chartae bibulae strages expressum siccetur et conterendo in pulverem redigatur. *Ph. Germ.*

Alumina sulfurica. Sulfas aluminicus. *Sulfate d'Alumine.* Massa crystallina acida, a ferro libera *Ph. Gall.*

Alumina sulfurica basica soluta.

Sulfas aluminicus aqua solutus. *Solution de Sulfate d'Alumine bibasique* ($2Al^2O^3, 3SO^3$) *Ph. Gall.*

Rp. Aluminae sulfuricae, a ferro plane liberae *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 5.
Liquorem admisce inter agitationem
Ammoni caustici soluti
quantitati praevalenti. Praecipitatum inde exortum, aqua bene elutum, ingere in patinam porcellaneam et, admixta
Aluminae sulfuricae *P.* 1,
calore balnei aquae evapora, donec liquor pond. spec. 1,26 acceperit. Dein sepone et post aliquot dies filtra. Sit liquor coloris expers. *Ph. Gall.*

Ambra. Ambra grisea. *Ambre gris.* (Physeter macrocephalus.)

Ammi. Fructus. (Ammeos Fructus). *Ammi officinal.* (Sison Ammi L. Ptychotis foeniculifolia DC.)

Ammoniacum. Gummiresina. *Gomme ammoniaque. Ammoniacum.* (Dorema Ammoniacum Don.)

Ammonium bromatum. Bromidum Ammonii. *Bromide of Ammonia* (NH^4Br): Crystalla coloris expertia, contactu aëris flavescentia. *Ph. Brit.*

Ammonium chloratum. Ammonum hydrochloratum. Ammonium muriaticum. Chlorhydras Ammoniae. Chloridum Ammonii. *Chlorhydrate d'Ammoniaque; Sel Ammoniac. Chloride of Ammonium; Sal Ammoniac.* (NH^4Cl).

Ammonium chloratum ferratum.

Ammonum hydrochloratum ferratum. Ammonium muriaticum martiatum. Ferrum et Ammonium chloratum.

Rp. Ammoni hydrochlorati *P.* 6,
Ferri sesquichlorati *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 10.
Calefactae misceantur et exsiccentur. Serva in vasis clausis. Sit pulvis crystallinus e rubro flavus. *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Ammoni hydrochlorati pulv. *P.* 6, commixtae cum Ferri sesquichlorati soluti *P.* 1, in patina porcellanea calore balnei vaporis perfecte exsiccentur. Centenae partes contineant *P.* 2,26 Ferri vel Ferri sesquichlorati *P.* 6,6.

Ammonum aceticum solutum.

Ammonium (Ammoniacum) aceticum solutum. Acetas ammonicus aqua solutus. Liquor Ammonii acetici. Liquor Acetatis Ammoniae. *Esprit de Mindererus; Acetate d'Ammoniaque liquide. Solution of Acetate of Ammonia.*

Rp. Ammoni caustici soluti *P.* 10.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0023-3 DFG

Commisce cum

Aceti concentrati *P.* 9

vel q. s. ad neutralisationem. Tum dilue

Aquae destillatae

ea quantitate, ut *P.* 30 expleantur. Pond. spec. 1,028 ad 1,032. Centenae partes contineant *P.* 15 Ammoni acetici. *Ph. Germ.*

Ph. Brit. Acidi acetici, pond. spec. 1,044, *P.* 21 (20*v*), Ammoni carbonici q. s. ($6^1/_2$ *P.*) saturatae diluantur Aquae dest. *P.* 100.

Ph. Gall. Acidi acetici, pond. spec. 1,02, Ammono carbonico saturetur, ut liquor neuter efficiatur. Pond. spec. 1,036.

Ph. Helv. Ammoni caustici soluti *P.* 10, saturatae Acidi acetici (pond. spec. 1,040) *P.* 13 vel q. s. et dilutae Aquae dest. *P.* 7. Pond. spec. 1,035.

Ph. Russ. Ammoni caustici soluti *P.* 12, Aceti concentrati *P.* 10 vel q. s., Aquae destill. *P.* 8 vel q. s. Pond. spec. 1,032.

Ammonum arsenicicum.

Arsenias Ammonii.

Rp. Acidi arsenicici *P.* 1.

Solutae in

Aquae destillatae *P.* 8

admisce

Ammoni caustici soluti circiter *P.* 3.

Liquor filtratus calore balnei aquae evaporet, ut crystalla demittat, quae inter strages chartae bibulae, calore non adhibito, desiccata in vitro obturato serventur. *Ph. Russ.*

Ammonum arsenicicum solutum.

Solutio s. Liquor Ammonii arsenici. Liquor Arseniatis Ammonii. Solutio arsenicalis Bietti.

Rp. Ammoni arsenicici cryst. *P.* 1

Solve in

Aquae destillatae *P.* 480

et in lagena obturata serva. *Ph. Russ.*

Ammonum benzoicum.

Benzoas Ammoniae. *Benzoate d'Ammoniaque. Benzoate of Ammonia.*

Rp. Acidi benzoici *P.* 10,

Ammoni caustici soluti (pond. spec. 0,92) *P.* 8.

In vitrum aptum immissae calore lenissimo agitentur. Solutione peracta sepone, ut mixtura inter refrigerationem in crystalla abeat. *Ph. Gall.*

Crystalla et aeri exposita et aqua soluta sensim Ammonum demittunt atque in benzoatem acidum transeunt. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Acidum benzoicum in triplo ponderis Aquae dest. solutum Ammoni caustici soluti q. s. neutralisetur, tum liquor, cui Ammoni caust. paullulum addatur, ut semper alkalinus sit, evaporet et ad crystallisationem seponatur. Sint crystallula lamellaria. *Ph. Brit.*

Ammonum benzoicum solutum.

Liquor Ammonii benzoici.

Rp. Acidi benzoïci *P.* 2,

Aquae destillatae *P.* 16.

Mixtis et tepefactis immitte

Ammoni carbonici *P.* 1

vel quantum ad neutralisationem requiritur, tum filtra. Partes octonae continent *P.* 1 Ammoni benzoïci sicci. *Ph. Russ.*

Ammonum carbonicum.

Ammonium carbonicum. Carbonas Ammoniae. *Carbonate d'Ammoniaque; Alcali volatil concret. Carbonate of Ammonia.*

Ammonum carbonicum pyro-oleosum.

Carbonate d'Ammoniaque empyreumatique; Sel volatil de Corne de Cerf.

Ph. Gall. Sublimatum crudum, quod destillatione sicca e Cornu Cervi efficitur. Si post aliquod tempus nigrescit, denuo sublimetur.

Ph. Helv. Paretur miscendo ex Ammoni carbonici *P.* 64 et Olei animalis aetherei *P.* 1.

Ph. Germ., Ross. Ammoni carbonici *P.* 32 et Olei animalis aetherei *P.* 1 misceantur.

Ammonumcarbonicum pyro-oleosum solutum.

Liquor Ammonii carbonici pyro-oleosus. Spiritus volatilis Cornu Cervi. *Esprit volatil de Corne de cerf.*

Ph. Gall. Liquor una rectificatione

depuratus, qui destillatione sicca e Cornu Cervi effectus est. Servetur lucis accessui subductus.

Ph. Germ., Russ. Paretur solvendo ex Ammoni carb. pyro-oleosi *P.* 1 et Aquae destill. *P.* 5. Pond. spec. 1,065 ad 1,070 (*Ph. Germ.* Pond. spec. 1,070 ad 1,074).

Ammonum carbonicum solutum.

Liquor Ammonii carbonici. Solutio Sesquicarbonatis ammonici.

Rp. Ammoni carbonici *P.* 1.
Agitando solve
Aquae destillatae *P.* 5
et filtra, infundibulo lamina vitrea obtecto. Pond. spec. 1,070 ad 1,075. *Ph. Russ., Germ.*

Ammonum causticum solutum.

Liquor Ammonii caustici. Liquor Ammoniae *Ph. Brit.* Ammonia aqua soluta. *Ammoniaque liquide; Alcali volatil; Solution aqueuse d'Ammoniaque. Solution of Ammonia.*

Ph. Gall. Pond. spec. 0,92. Centenae partes continent *P.* 21 Ammoni gasis.

Ph. Brit. Pond. spec. 0,059.

Ph. Germ., Helv., Russ. Pond. spec. 0,960. Centenae partes continent *P.* 10 gasis Ammoni.

Ammonum causticum solutum fortius.

Solutio s. Liquor Ammoniae fortior. Ammonia aqua soluta *Ph. Gall. Ammoniaque liquide du commerce. Strong solution of Ammonia.*

Ph. Brit. Contineant centenae partes *P.* 32,5 Ammoni gasis. Pond. spec. 0,891.

Ph. Gall. Pond. spec. 0,920.

Ammonum causticum Spiritu solutum.

Liquor Ammonii caustici spirituosus *Ph. Germ.* Spiritus Dzondii.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 12,
Ammoni hydrochlorati *P.* 4.
Ex mixtis atque in vas vitreum vel ferreum immissis calefaciendo gas ammonicum extricetur et primum per Spiritus Vini *P.* 1 permittatur, ut lavetur, dein in
Spiritus Vini rectfss. *P.* 8
introducatur, quibus absorbeatur. Contineant partes centenae *P.* 10 Ammoni gasis solutas. Pond. spec. 0,808 ad 0,810. *Ph. Germ.*

Ammonum citricum solutum.

Citras ammonicus solutus. *Solution of Citrate of Ammonia.*

Rp. Acidi citrici *P.* 6.
Solve
Aquae destillatae *P.* 40,
tum adde
Ammoni caustici soluti fortioris *P.* 5
vel quantum ad neutralisationem requiritur. *Ph. Brit.*

Ammonum phosphoricum.

Ammonium phosphoricum. Phosphas ammonicus. Phosphas Ammoniae. *Phosphate of Ammonia.* ($2NH^4O,HO,PO^5$).

Rp. Acidi phosphorici diluti q. v.
Adde Liquori Ammoni caustici fortioris q. s., ut liquor alkalinus efficiatur, qui evaporet, saepius liquoris Ammoni caustici paulum instillando, ut semper Ammonum praevaleat. Post refrigerationem crystallula exorta inter chartam bibulam, positam in laterculo, celerrime siccentur, tum in lagena clausa serventur. *Ph. Brit.*

Ammonum succinicum solutum.

Succinas Ammoniae impurus. Liquor Ammonii succini. Liquor (Spiritus) Cornu cervi succinatus. *Succinate d'Ammoniaque impur. Liqueur de Corne de cerf succinée.*

Rp. Liquoris Ammoni carbonici pyro-oleosi *q. v.*,
Acidi succinici *q. s.*
Misceantur, ut liquor neuter efficiatur, qui filtretur. Servetur luci subductus. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv. Acidi succinici *P.* 1, Aquae destillatae *P.* 8 solutae, adde Ammoni carbonici pyro-oleosi *P.* 1 vel

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0025-4 DFG

quantum ad neutralisationem requiritur. Post horas viginti quatuor filtra. Pond. spec. 1,050 ad 1,054.

Ph. Russ. Paretur ex Acidi succinici pulv. *P.* 24, Aquae dest. *P.* 192, Olei Succinici rectf. *P.* 1 et Ammoni carb. pyro-oleos. *P.* 24 vel q. s. Pond spec. 1,050—1,054.

Ammonum valerianicum.

Valérianate d'Ammoniaque; Valérate d'Ammoniaque.

Acidi valerianici q. v. in patinam porcellaneam immissum collocetur in olla vitrea obturanda et tubulo munita. Per tubulum Ammonum causticum gasiforme siccumque inducatur, donec massa crystallisata perfecta fuerit. Sal contra humiditatem aëris sollicite muniendum est. *Ph. Gall.*

Amomum s. **Pimenta.** Fructus. Oleum aethereum fructus. *Piment de la Jamaïque; Toute-épice; Poivre de la Jamaïque.* (Myrtus Pimenta L. s. Pimenta officinalis Berg.)

Amygdalae amarae. Semina Amygdali amara. Oleum seminum expressum. Oleum aethereum. *Amandes amères. Bitter Almonds.* (Amygdalus communis L. *α* amara DC.)

Amygdalae dulces. Semina Amygdali dulcia. Oleum expressum. *Amandes douces. Sweet Almonds.* (Amygdalus communis L. *β* dulcis DC.)

Amygdalinum ($C^{40}H^{27}NO^{22}$). Crystallula lamellaria vel acicularia, cum Emulsione amygdalina in Hydrocyanum, Benzoïlen hydrogenatam et Saccharum dilabentia.

Amylum (triticeum). *Amidon. Starch.*

Amylum e tuberibus Solani tuberosi. *Fécule de pomme de terre; Fécule de Parmentière.*

Amylum jodatum.

Joduretum Amyli.

Rp. Jodi puri *P.* 1.
Soluta
Spiritus V. alcoholisati *P.* 10
conterendo misceatur cum
Amyli pulverati *P.* 29.
Miscela loco tepido siccetur et in vase clauso servetur. *Ph. Russ.*

Anacardium occidentale. *Acajou; Noix d'Acajou.* (Cassuvium pomiferum Lamk. Anacardium occidentale L.) Fructus reniformis.

Anacardium orientale. *Anacarde oriental.* (Semecarpus Anacardium L f.) Fructus subcordatus.

Andropogon lanigerus. Squamae paleaceae in basi stipitum. *Schoenanthe officinal ou Arabique (Touffe paléacée qui entoure le bas de la tige).* (Andropogon lanigerus Desf.)

Andropogon Nardus. Oleum aethereum. *Schoenanthe de l'Inde. Lemon grass Oil.* (Andropogon citriodorus Desf. s. Andropogon Nardus L.) (*Ph. Gall.* Andropogon Schoenanthus L.)

Anethum. Fructus. Oleum aëthereum fructus. *Aneth. Dill.* (Anethum graveolens L.)

Angelica. Fructus. Radix. *Angélique (officinale).* (Archangelica officinalis Hoffm.)

Angustura s. **Cusparia.** Cortex. *Angusture (vraie). Cusparia Bark.* (Galipea officinalis Hancock s. Bonplandia trifoliata Willd.)

Anisum stellatum. Fructus. *Badiane; Anis étoilé.* (Illicium anisatum L.)

Anisum (vulgare). Fructus. Oleum aethereum fructus. *Anis vert; Anis. Anise.* (Pimpinella Anisum L.)

Anserina. Herba florens. *Argentine.* (Potentilla Anserina L.)

Anserina vermifuga. Herba florescens. Fructus. *Ansé-*

rine vermifuge. (Chenopodium anthelminthicum L.)

Anthrakokali simplex.

Lithanthrakokali.

Rp. Kali hydrici fusi *P.* 7.
In patinam ferream immissis calore liquatis immisce
Lithanthracis nigerrimi subtilissime pulv. *P.* 5,
tum massa refrigerata ad pulverem teratur et in lagenis clausis servetur. *Ph. Russ.*

Anthrakokali sulfuratum.

Lithanthrakokali sulfuratum.

Rp. Kali hydrici fusi *P.* 7.
In patinam ferream immissis liquatisque igne immisce
Lithanthracis nigerrimi *P.* 5
et Sulfuris loti *P.* 4,
antea subtilissime pulveratas mixtasque. Post refrigerationem massa ad pulverem conteratur et in lagenas clausas condatur. *Ph. Russ.*

Antidotum Arsenici.

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 60,
Aquae communis *P.* 233,
Magnesiae ustae *P.* 7.
Parti dimidiae aquae quantitatis notatae in lagenam satis amplam infusae primum adde Ferrum sulfuricum solutum, deinde Magnesiam cum reliqua aquae quantitate contritam, et conquassa, ut ex mixtura puls aequabilis atque tenuis efficiatur. Non nisi ad dispensationem paretur. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Magnesiae ustae *P.* 3 et Aquae destillatae *P.* 64 commixtis addantur Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 8.

Apium. Radix. *Ache (des marais).* (Apium graveolens L.)

Apozema de Cousso.

Apozème de Cousso.

Rp. Pulveris non admodum subtilis Cousso *Gm.* 20,
Aquae fervidae *Gm.* 150.
Misce. (Ne coletur.) *Ph. Gall.*

Aqua. Aqua communis. *Eau. Water.* Si non satis pura est, adhibeatur filtrata.

Aqua Abietis gemmarum.

(Loco Aquae Turionum Pini.) *Eau destillée de bourgeons de Sapin.*

Rp. Gemmarum Abietis excelsae contusarum *P.* 1,
Aquae *q. s.*
Macera per aliquot horas et destillando *P.* 4 elice. Destillatum per 24 horas sepositum filtretur. *Ph. Gall.*

Aqua acidulo-salsa.

Eau acidule saline. (*Loco Eau de Seltz, Condillac, Renaison, Saint-Galmier, Schwalheim, Sultzmatt* etc.)

Rp. Calcii chlorati	*Gm.*		0,33
Magnesii chlorati	—		0,27
Natrii chlorati	—		1,10
Natri carb. cryst.	—		0,90
Natri sulfurici	—		0,10
Aquae carbonicae	—		650,00

Salia terrea soluta misceantur cum salibus alkalinis et l. a Acido carbonico impraegnentur. *Ph. Gall.*

Aqua albuminosa.

Eau albumineuse.

Rp. Albuminum Ovor. *No.* 4,
Aq. communis *Gm.* 1000,
Aq. flor. Naphae *Gm.* 10.
Albumina cum aqua bene commixta per cribrum setaceum fundantur. Dein addatur Aqua Naphae. *Ph. Gall.*

Aqua Amygdalarum amararum.

Rp. Amygdalarum amararum *P.* 12.
Contusae et ope preli calore 40° C. non excedente ab oleo pingui quam maxime liberatae pulverentur, tum miscendo cum
Aquae *P.* 80
in pultem redigantur. Additis
Spiritus V. rectfss. *P.* 2,
destillent *P.* 11 ad 14 vel tantum, ut partes millenae (1000) destillati conquassati contineant Acidi hydrocyanici *P.* 1,2 ad 1,3 vel ut partes millenae Argento nitrico ammoniato mixtae, tum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0027-5 DFG

Acido nitrico acidulae factae *P.* 6 ad 6,5 Argenti cyanati demittant. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Destillati *P.* 12, elicitae ex Amygdalarum amararum et ab oleo pingui premendo liberatarum *P.* 12, per noctem unam maceratis Aquae *partibus* 60 et mixtis cum Spiritus V. rectfss. *P.* 1. Destillatum Aquae destillatae ea quantitate diluatur, ut *Grammata* 62,5 contineant *Milligrammata* 65 Acidi hydrocyanici vel partes millenae contineant *P.* 1,04 Acidi hydrocyanici.

Ph. Russ. Paretur, ut antea notatum est, ex Amygd. amar. *P.* 6, Aquae *P.* 30 et Spiritus V. rectfss. *P.* 1. Destillatum aqua diluatur, ut partes millenae contineant 1,04 Acidi hydrocyanici.

Aqua Anethi.

Dill Water.

Rp. Fruct. Anethi contus. *P.* 1,
Aquae *P.* 20.

Destillando eliciantur *P.* 10. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

Aqua Carvi (*Caraway Water*)
— **Foeniculi** (*Fennel Water*).

Aqua Anisi.

Rp. Fructuum Anisi contusorum *P.* 1,
Aquae *P.* 30.

Maceratione nocturna peracta destillando *P.* 20 eliciantur. *Ph. Helv., Germ.*

Eodem modo parentur:

Aqua Cinnamomi (*Zeylanici*) *Ph. Helv.*
— **Foeniculi**
— **Petroselini**
— **Valerianae** *Ph. Germ.*

Ph. Russ. praecipit eundem modum, omissa maceratione.

Eodem modo parentur:

Aqua Carvi
— **Foeniculi**
— **Petroselini.**

Aqua antimiasmatica Koechlini composita.

Liquor Chloreti cuprici ammoniati cum Chloreto Hydrargyri dilutus.

Rp. Aquae antimiasmaticae Koechlini simplicis *P.* 1920,
Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.

Solve. *P.* 480 liquoris continent Cupri metallici *P.* $1/20$ et Sublimati corrosivi *P.* $1/4$. *Ph. Russ.*

Aqua antimiasmatica Koechlini simplex.

Aqua antimiasmatica Beisseri. Liquor Chloreti cuprici ammoniati.

Rp. Cupri chlorati ammoniacalis soluti concentrati *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 80.

Misce. *Ph. Russ.*

Aqua aromatica.

Spiritus aromaticus *Ph. Russ.* Aqua cephalica.

Rp. Foliorum
Salviae *P.* 4,
Rorismarini,
Menthae pip.,
Florum Lavandulae ãã *P.* 2,
Fructuum Foeniculi,
Corticis Cinnamomi Cassiae ãã *P.* 1.

Concisis contusisque affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 26,
Aquae *P.* 130,

sepone per horas viginti quatuor, tum destilla *P.* 72. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Oleorum aethereorum Myristicae *Gm.* 6, Lavandulae *Gm.* 6,5, Citri *Gm.* 2,5, Caryophyllorum, Foeniculi, Menthae crispae ãã *Gm.* 2, Cinnamomi Cassiae *Gm.* 1,6, Melissae *Gm.* 0,5, Spiritus Vini rectificatissimi *Gm.* 1152, Spiritus Vini rectf. *Gm.* 3456 misceantur et filtrentur.

Aqua Aurantii florum.

Aqua Naphae. Hydrolatum floris Citri Aurantii. *Eau destillée de fleurs d'Oranger. Oranger-Flower Water.*

Rp. Florum recentium Aurantii *P.* 1,
Aquae *q. s.*

Flores orbi perforato inspersos in vesica destillatoria, cui aquae quantitas sufficiens infusa est, ita colloca, ut inter aquae ebullitionem tantum a vaporibus attingantur. Alembico imposito destillatio efficiatur, liquorem destillantem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0028-1 DFG

lagena Florentina excipiendo, ut oleum aethereum simul se secernens colligere possis. Destillatio continuetur, donec *P.* 2 elicitae fuerint. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Aqua florum Aurantii triplex, mercatu accepta.

Ph. Germ., Russ. Aquae flor. Aurantii mercatu acceptae et Aquae destill. ãã *P.* misceantur.

Aqua Calcariae.

Aqua Calcis. Liquor Calcis. Oxydum calcicum aqua solutum. Calcaria soluta. *Eau de Chaux. Solution of Lime; Lime Water.*

Ph. Gall., Germ., Helv., Brit., Russ. Aqua Calcaria saturata et filtrata.

Aqua camphorata.

Mixtura Camphorae. *Eau camphrée. Campher Water.*

Rp. Camphorae *Gm.* 10.
Guttis nonnullis Spiritus Vini conspersa et terendo ad pulverem redacta bene commisceantur cum
Aquae destill. *Gm.* 1000.
Deinde sepone per 48 horas, interdum agitando, et filtra. Aquae *Gm.* 100 contineant *Centigm.* 33 Camphorae soltuae. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Camphorae et Gummi Arabici ãã *P.* 1, aliquot guttis Spiritus Vini inspersae, terantur, sensim affundendo Aquae *P.* 250. Postremo filtra.

Ph. Brit. Camphorae in frustulis *P.* 1, inclusa sacculo e panno gossypino tenuissimo (musselina) confecto atque bacillo vitreo affixo in lagena, cui Aquae destill. *P.* 320*v* infusae sunt, ita collocetur, ut immersa et fundo lagenae imposita sit. Seposita lagena per dies duos, solutio servetur et, quando in usum vocata fuerit, defundatur.

Aqua carbonica alkalina.

Aqua alkalina effervescens. *Eau alcaline gazeuse;* (loco *Eau de Vichy, de Vals.*)

Rp. Natri bicarbon.	*Gm.*	3,12
Kali bicarbon.	—	0,23
Magnesiae sulf.	—	0,35
Natrii chlorati	—	0,08
Aquae Acido carbonico satiatae	*Gm.*	650,00

M. l. a. *Ph. Gall.*

Aqua carbonica ferrata.

Aqua martia effervescens *Ph. Gall. Eau ferrée gazeuse;* (loco *Eau de Spa, Bussang, Saint-Alban, Forges, Orezza.*)

Rp. Ferro-Kali tartarici *Gm.* 0,15,
Aquae Acido carbonico satiatae *Gm.* 650.

M. l. a. *Ph. Gall.*

Aqua carbonica simplex.

Aqua acidula simplicior *Ph. Gall. Eau gazeuse simple; (Eau de Seltz.)*

Ph. Gall. Aqua pressione septem atmosphaerarum Acido carbonico impraegnata.

Aqua Castorei.

Rp. Castorei Canadensis *P.* 4,
Aquae *q. s.*
Destillando eliciantur *P.* 1000. *Ph. Gall.* (*e Ph. Belg. et Wurtemberg.* recept.).

Aqua Cerasorum.

Aqua Amygdalarum amararum diluta. Aqua Cerasorum amygdalata.

Rp. Aq. Amygd. amar. aut Laurocerasi *P.* 1,
Aquae (destill.) *P.* 23.
Misce. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Aq. Amygdal. amar. *P.* 1, diluta Aquae destill. *P.* 46.

Ph. Germ. Aq. Amygdal. amar. *P.* 1 et Aquae destill. *P.* 24 mixtae.

Aqua Chamomillae.

Rp. Florum Chamomillae vulgaris *P.* 1.
Vapores aquae permittendo destillent *P.* 5. *Ph. Germ.*

Eodem modo parentur:

Aqua Melissae
— **Tiliae** florum.

Ph. Helv. Flor. Chamomillae *P.* 1 superinfusa Aquae *P.* 20 maceret per noctem unam et adustionem cavendo destillent *P.* 10.

Eodem modo parentur:

Aqua Melissae herb.
— **Menthae crispae**
— **Menthae pip.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0029-0 DFG

Aqua Salviae herb.
— **Valerianae** rad.

Ph. Russ. Praecipit eundem parationis modum, excepta maceratione.

Eodem modo parentur:

Aqua Sambuci florum
— **Valerianae** rad.

Aqua Cinnamomi.

Hydrolatum Cinnamomi. *Eau destillée de Cannelle. Cinnamon Water.*

Rp. Corticis Cinnamomi Ceylanici contusi *P.* 1,
Aquae *q. s.*

Post macerationem per horas duodecim peractam destillent *P.* 4. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Aquae (*Les Eaux destillées*)
Anisi stellati (*de Badiane*),
Valerianae rad. (*de racine de Valériane*).

Ph. Brit. Destillati *P.* 80 *v* e Cort. Cinnam. *P.* 10 et Aquae *P.* 160

Ph. Germ., Russ. Cort. Cassiae cinnamomeae *P.* 1. et Aquae *P.* 20. Destillent *P.* 10.

Aqua Cinnamomi spirituosa.

Aqua Cinnamomi vinosa.

Rp. Corticis Cinnamomi Cassiae *P.* 1.
Affunde
Spiritus V. rectificati *P.* 1,
Aquae *P.* 10,
tum destillent *P.* 5. *Ph. Germ.*

Aequali modo paretur:

Aqua Menthae piperitae spirituosa.

Ph. Helv. Cort. Cinnamomi Ceylanici *P.* 1 affunde Spiritus V. rectificatissimi *P.* 2 et aquae *P.* 20, tum destillent *P.* 10.

Ph. Russ. Cort. Cinnamomi Cassiae *P.* 1 affunde Spiritus V. rectf. *P.* 2 et aquae *P.* 15, tum destillent *P.* 9.

Aqua destillata. Aqua stillatitia. Aqua distillata. *Eau distillée. Distilled Water.*

Aqua foetida antihysterica.

Aqua Asae foetidae composita.

Rp. Galbani *P.* 20,
Asae foetidae *P.* 30,
Myrrhae *P.* 15,
Rad. Valerianae,
Rhizomatis Zedoariae ãã *P.* 40,
Rad. Angelicae *P.* 10,
Fol. Menthae *P.* 30,
Herbae Serpylli
Florum Chamomillae Romanae ãã *P.* 20,
Castorei Canadensis *P.* $2^1/_2$.

Concisis contusisque affunde
Spirit. Vini rectificati *P.* 360,
Aquae *q. s.*

Destillando *P.* 720 eliciantur. *Ph. Gall.* (*e Ph. Boruss., Germ., Sax. recept.*)

Ph. Germ. Praecipit affundere Spiritus Vini rectf. *P.* 375 et aquae *P.* 750. Post macerationem per horas viginti quatuor destillando eliciantur *P.* 750.

Aqua haemostatica Neljubini.

Rp. Secalis cornuti *P.* 4,
Corticis Cinnamomi Cassiae *P.* 14,
Florum Rorismarini *P.* 24,
Fol. Menthae pip. *P.* 18.

Concisis contusisque affunde
Olei Cajaputi *P.* $^1/_2$,
Spiritus V. rectfss. *P.* 12,
Aquae *P.* 420,
tum destillando elice *P.* 210. *Ph. Russ.*

Aqua haemostatica Pagliari.

Rp. Resinae Benzoës pulv. *P.* 1,
Aluminis *P.* 2,
Aquae *P.* 20.

Inter agitationem coquantur per horas sex, aquam evaporatione consumptam restituendo. Liquor filtratus in lagenis obturatis servetur. *Ph. Russ.*

Aqua Kali carbonici.

Liquor (Aqua) Potassae effervescens. *Potash Water; Effervescing Solution of Potash.*

Rp. Kali bicarbonici *P.* 2,
Aquae *P.* 570.

Solutio filtretur et gase Acidi carbonici

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0030-1 DFG

loto superabundante impraegnetur. *Ph. Brit.*

Aqua Kreosoti.

Rp. Kreosoti *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 100.

Conquassando misce. Paretur semper recens. *Ph. Germ.*

Aqua Lactucae.

Hydrolatum Lactucae. *Eau distillée de Laitue.*

Rp. Plantae florentis Lactucae sativae (capitatae), a foliis inferioribus liberatae *P.* 1,
Aquae communis *P.* 2.

Planta bene contusa cum aqua destillationi subjiciatur, donec *P.* 1 elicita fuerit. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Aqua Centaureae Cyani (*Eau distillée de Bluet*)

Aqua Plantaginis majoris (*Eau distillée de Plantain*).

Aqua Lauro-Cerasi.

Hydrolatum Lauro-Cerasi. *Eau distillée de Laurier-cerise. Laurel Water.*

Rp. Foliorum recentium Lauro-Cerasi, inde a mense Majo ad mensem Septembrem collectorum, in mortario marmoreo contusorum *P.* 10,
Aquae *P.* 40.

Destillent leni igne *P.* 15, quae bene agitentur, ut oleum aethereum forsan secretum cum aqua exacte commisceatur. Deinde destillatum per chartam bibulam, antea aqua madefactam, funde, quo oleum, quod aqua non solutum est, separetur.

Destillatum filtratum plerumque in Grammatis 100 continet Milligrammata 55 ad 70 Acidi hydrocyanici. Igitur ad usum Aqua destillata diluatur, ita ut Grammata centena aquae contineant Milligrammata quinquagena (50) Acidi hydrocyanici. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Foliorum Lauro-Cerasi recentium *P.* 12 concisis contusisque affunde aquae *P.* 36 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 1, tum destillent *P.* 12 aut tantum, ut destillatum eandem quantitatem Acidi hydrocyanici contineat quam Aqua Amygdalarum amararum.

Ph. Helv. Fol. rec. Laurocerasi minutim concis. *P.* 10 macerentur cum Aquae *P.* 30 per noctem et, addita Spiritus V. rectfss. *P.* 1, destillent *P.* 10. Grammata 100 contineant Grammatis 0,104 Acidi hydrocyanici vel praebeant Grammatis 0,52 Argenti cyanati.

Ph. Brit. Fol. rec. Laurocerasi contusorum *P.* 16 et Aquae *P.* 50*v* per 24 horas macerentur, tum destillando *P.* 20*v* eliciantur, quae filtrentur.

Aqua Lithoni carbonici.

Liquor s. Aqua Lithiae effervescens. *Lithia Water; Effervescing Solution of Lithia.*

Rp. Lithoni carbonici *P.* 1,
Aquae *P.* 876.

Mixtae gase Acidi carbonici superabundante impraegnentur. *Ph. Brit.*

Aqua Magnesiae carbonicae.

Aqua Magnesiae. Aqua magnesio-effervescens. Liquor Magnesiae Carbonatis. *Eau magnésienne; Magnésie liquide. Solution of Carbonate of Magnesia; Fluid Magnesia.*

Rp. Magnesiae sulfuric. *Gm.* 53.

In aquae q. s. solutis, filtratis et in lebetem porcellaneum vel argenteum immissis, tum fervefactis adde

Natri carbonici cryst. *Gm.* 70,

antea in aqua soluta ac filtrata, ebullitionem continuando, quamdiu Gas Acidi carbonici spumando demittitur. Praecipitatum inde exortum, aqua bene elutum cum

Aquae *Gm.* 650

in mistarium apparatus ad aquas minerales parandas ingeratur, atque Acido carbonico sat impraegnetur. Quo facto liquorem per pannum laneum cola, ut separetur, quod non solutum fuerit. Colaturam dein in mistarium refunde et Acidi carbonici quantitate nimia impraegna. In lagenam infusa aqua servetur. Continet *Gm.* 20 Magnesiae hydrico-carbonicae. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Aequali modo paretur e Magnesiae sulfuricae cryst. *P.* 4, Natri carbonici cryst. *P.* 5 et Aquae destill.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0031-7 DFG

q. s. Praecipitatum magnesicum cum Aquae destill. *P.* 40 misceatur et, ut supra notatum est, Acido carbonico impraegnetur. Partes centenae contineant fere *P.* 3 Carbonatis Magnesiae solutas.

Aqua Melissae.

Rp. Fol. Melissae *P.* 1,
Aquae *P.* 16.
Destillando *P.* 8 eliciantur. *Ph. Russ.*

Eodem modo parentur:

Aqua Menthae crispae
— Menthae piperitae.

Aqua Melissae quadruplex.

Rp. Herbae Melissae *P.* 4,
Spirit. V. rectfss. *P.* 1,
Aquae *q. s.*
Destillent Partes 10. Ad Aquam Melissae efficiendam *P.* 1 destillati diluatur Partibus 3 Aquae destillatae. *Ph. Helv.*

Aqua Melissae citrina.

Spiritus Melissae comp. citrinus. *Eau de Mélisse jaune.*

Rp. Spirit. Melissae comp. *P.* 200,
Tincturae Croci *P.* 1.
M. *Ph. Gall.*

Aqua Menthae crispae.

Rp. Foliorum Menthae crispae *P.* 1.
Permittendo aquae vapores destillent *P.* 10. *Ph. Germ.*

Eodem modo parentur:

Aqua Menthae piperitae.
— **Salviae** foliorum.
— **Sambuci** florum.

Aqua Menthae piperitae.

Hydrolatum Menthae pip. *Eau distillée de Menthe poivrée. Peppermint Water.*

Rp. Summitatum recentium Menthae pip. incis. *P.* 1,
Aquae *q. s.*
Destillet ope aquae vaporum *P.* 1. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Aquae (*Les Eaux distillées*)
Absinthii (*d'Absinthe*)
Hyssopi (*d'Hysope*)
Melissae (*de Mélisse*).

Ph. Brit. Ex Olei aeth. Menthae pip. *P.* 1*v* et Aquae *P.* 1280*v* destillando eliciantur *P.* 854*v*.

Eodem modo paretur:

Aqua Menthae viridis (*Spearmint Water*).

Aqua Menthae piperitae spirituosa.

Aqua Menthae piperitae vinosa.

Rp. Fol. Menthae pip. *P.* 2,
Spiritus V. rectf. *P.* 3,
Aquae *P.* 20.
Destillando eliciantur *P.* 12. *Ph. Russ.*

Aqua Natri carbonici.

Liquor (Aqua) Sodae effervescens. Aqua natro-effervescens. *Eau de Soude carbonatée. Soda Water. Effervescing Solution of Soda.*

Rp. Natri bicarbonici *Gm.* 1,
Aquae Acido carbonico satiatae *Gm.* 650.
Misce et solve l. a. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Natri bicarbonici *Gm.* 2 soluta in aquae *Gm.* 570 l. a. gase Acidi carbonici superabundante impraegnentur.

Aqua Opii.

Rp. Opii sicci, grosso modo pulverati *P.* 1.
Superinfunde
Aquae *P.* 10,
tum destillent *P.* 5. *Ph. Germ.*

Aqua ophthalmica.

Conf. Collyrium.

Aqua ophthalmica caerulea.

Aqua coelestis s. sapphirina.

Rp. Cupri acetici cryst. *P.* 1,
Ammoni hydrochlorati *P.* 10.
Conterendo mixtis sensim inter agitationem addantur
Aquae Calcariae *P.* 960,
tum mixtura filtretur. *Ph. Russ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0032-2 DFG

Aqua phagedaenica.

Aqua phagedaenica flava *Ph. Russ.* Lotio Hydrargyri flava. *Eau phagédénique. Yellow Mercurial Lotion.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *Decigm.* 4,
Aquae Calcariae *Gm.* 120.

Hydrargyrum bichloratum antea solutum paulo (*Gm.* 10) Aquae destillatae misceatur cum Aqua Calcariae. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Hydrargyri bichlorati pulv. *P.* 1 et Aquae Calcariae *P.* 300 concutiendo misceantur.

Ph. Helv. Hydrargyri bichlorati *Centigm.* 30 et Aquae Calcariae *Gm.* 100.

Ph. Brit. Hydrargyri bichlorati *P.* 1 contrita misceatur cum Aquae Calcariae *P.* 240.

Ph. Russ. Hydrargyri bichlorati *P.* 1, soluta in Aquae destillatae *P.* 20, misceatur cum Aquae Calcariae *P.* 320.

Aqua phagedaenica nigra.

Liquor mercurialis niger. Lotio Hydrargyri nigra. *Black Mercurial Lotion.*

Rp. Hydrargyri chlorati mitis *P.* 1.

Conterendo misceatur cum
Aquae Calcariae *P.* 96.
Ph. Russ.

Ph. Brit. Hydrargyri chlorati mitis *P.* 1 et Aquae Calcariae *P.* 150 misceantur.

Aqua picea.

Aqua Picis. *Eau de goudron.*

Rp. Picis liquidae depuratae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 30.

Confundantur et saepius agitatae seponantur per 24 horas. Tum, aqua defusa rejectaque, affunde novam quantitatem Aquae destillatae et denuo sepone per octo ad decem dies, saepius agitando. Postremo decantha et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Russ. Picis liquidae *P.* 1 et Aquae communis *P.* 10 in lagenam ingestae per dies duos seponantur et saepius agitentur. Tum liquor aquosus filtretur et in lagenis optime obturatis servetur.

Aqua Pimentae.

Aqua Amomi. *Pimento Water.*

Rp. Fruct. Amomi contus. *P.* 7,
Aquae *P.* 160*v.*

Destillando eliciantur *P.* 80. *Ph. Brit.*

Aqua Plumbi.

Aqua saturnina s. plumbica.

Rp. Aceti plumbici *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 49.

Misceantur. Ante dispensationem agitentur. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Aceti plumbici *P.* 1 et Aquae destill. *P.* 48 misceantur.

Aqua Plumbi spirituosa.

Liquor Plumbi Subacetatis dilutus. Aqua Plumbi *Ph. Helv.* Aqua saturnina *Ph. Helv.* Lotio plumbea *Ph. Gall.* Aqua Goulardi. *Eau blanche; Eau de Goulard; Eau végéto-minérale. Diluted Solution of Subacetate of Lead.*

Rp. Aceti plumbici *P.* 2,
Aquae fluvialis *P.* 90,
Spiritus vulnerarii *P.* 8.

Misce. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Aceti plumbici *P.* 1, Spiritus Vini rectf. *P.* 4, Aquae communis *P.* 45 misceantur.

Ph. Helv. Aceti plumbici *P.* 1, Aquae fontanae *P.* 48 misceantur. Si medicus Spiritum Vini additum postulaverit, adhuc addatur Spiritus Vini rectifss. *P.* 1.

Ph. Russ. Aceti plumbici *P.* 1, Aquae communis *P.* 48, Spiritus Vini rectif. *P.* 4 misceantur.

Ph. Brit. Aceti plumbici *P.* 3, Spiritus Vini rectfss. *P.* 2, Aquae destill. *P.* 93, mixtae filtrentur.

Aqua Rosarum.

Hydrolatum Rosae. *Eau distillée de Rose. Rose Water.*

Rp. Petalorum rec. Rosae centifoliae contusorum *P.* 1,
Aquae *q. s.*

Destillando igne moderato eliciatur *P.* 1. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv., Russ., Destillati *P.* 5 e Petal. Rosarum rec. *P.* 1 (vel sale conditorum *P.* 2) et Aquae *q. s.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0033-8 DFG

Ph. Brit. Destillati *P.* 2*v* e Petal. Ros. rec. *P.* 1 etc.

Aqua Rubi Idaei.

Rp. Placentae recentis post expressionem Succi Rubi Idaei fructuum residuae *P.* 20,
Aquae *P.* 80,
Kali carbonici soluti *P.* 1.

Macerentur per diem dimidium, tum destillent *P.* 40. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Placentae notatae *P.* 60, Kali carbonici crudi *P.* 1, Aquae *P.* 180. Destillent *P.* 120.

Aqua Rubi Idaei decuplex.

Ph. Germ. Placentae residuae ab expressione Fructuum Rubi Idaei recentium *P.* 100 aquae quantitate suff. superinfundantur, tum destillent *P.* 15. Ad dispensationem *P.* 1 destillati Aquae destillatae partibus 9 diluatur.

Aqua Sambuci.

Elder-Flower Water.

Rp. Flor. Sambuci *P.* 1,
Aquae *P.* 20.

Macera per unam noctem, tum *P.* 5 destillando eliciantur. *Ph. Helv.*

Eodem modo paretur:

Aqua Tiliae florum.

Ph. Brit. E Flor. Samb. rec. a pedunculis liberat. *P.* 1 (aut quantitate respondente Florum sale conditorum) et Aquae *P.* 2*v* destillando eliciatur *P.* 1*v*.

Aqua Sedlitzensis.

Eau saline purgative; Eau de Sedlitz.

Rp. Magnesiae sulfuricae *Gm.* 30.
L. a. solvantur in
Aquae carbonicae *Gm.* 650.
Ph. Gall.

Ad parationem ex tempore:

Rp. Magnes. sulf. *Gm.* 30.
Natri bicarbonici,
Acidi tartarici ãã *Gm.* 4,
Aquae *Gm.* 650.

Sal magnesicum atque natricum solvantur in aqua et filtrentur. Tum in lagenam immissis adde Acidum tartaricum, dein lagenam statim optime epistomio obtures.

In promptu habeantur, si poscitur, lagenae, quae *Gm.* 60 atque etiam *Gm.* 45 Magnesiae sulfuricae continent. *Ph. Gall.*

Aqua Strychni seminis Rademacheri.

Aqua Nucum vomicarum Rademacheri.

Rp. Seminis Strychni grosso modo pulv. *P.* 16,
Spiritus V. rectfss. *P.* 3,
Aquae *P.* 36.

Per diem unum macerent, tum destillando eliciantur *P.* 24. *Ph. Russ.*

Aqua sulfurata.

(Ne cum Aqua hydrosulfurata commutetur). *Eau sulfurée.* (Loco *Eau de Bonnes, Baréges, Cauterets etc.*)

Rp. Natrii sulfurati crystallisati *Gm.* 0,13
Natrii chlorati *Gm.* 0,13
Aquae ebulliendo ab aëre atmosphaerico liberatae *Gm.* 650.

Solve et conserva in lagenis optime obturatis. *Ph. Gall.*

Aqua Tiliae florum.

Hydrolatum Tiliae. *Eau distillée de fleurs de Tilleul.*

Rp. Florum Tiliae sicc. *P.* 1,
Aquae *q. s.*

Destillent vaporum aquae ope *P.* 4. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Aquae (*Les Eaux distillées*)
Anisi fructuum (*de fruits d'Anis*),
Chamomillae (*de fleurs de Chamomille*),
Foeniculi fruct. (*de fruits de Fenouil*),
Meliloti florum (*de fleurs de Mélilot*),
Sambuci florum (*de fleurs de Sureau*).

Aquifolium s. **Aquifolia.** Cortex. Folia. *Houx (commun).* (Ilex Aquifolium L.)

Arbutus Unedo. Unedo. Folia. Fructus. Radix. *Arbousier.* (Arbutus Unedo L.)

Areca. Semen. *Arec; Noix d'Arec.* (Areca Catechu L.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0034-4 DFG

Argentum. *Argent. Silver.*

Argentum depuratum. Argentum *Ph. Germ.* Argentum repurgatum s. purificatum. *Argent purifié. Refined Silver.*

Argentum foliatum.

Argentum nitricum (crystallisatum).

Nitras argenticus. Nitras Argenti. *Nitrate (Azotate) d'Argent cristallisé. Nitrate of Silver.*

Argentum nitricum fusum. Lapis infernalis. *Pierre infernale. Nitrate d'Argent fondu. Nitrate of Silver in rods.*

Argentum nitricum cum Kali nitrico.

Argentum nitricum mitigatum. Lapis infernalis nitratus.

Rp. Argenti nitrici cryst. *P.* 1,
Kali nitrici *P.* 2.

Contritae, in vase porcellaneo liquatae in modulum bacillarium effundantur. *Ph. Germ., Russ.*

Argentum oxydatum.

Oxydum Argenti. *Oxide of Silver.*

Praecipitatum siccatum, ex Argento nitrico ope Aquae Calcariae effectum. *Ph. Brit.*

Argilla. (Bolus alba.) Acido hydrochlorico superinfuso ne effervescat. *Ph. Germ.*

Aristolochia cymbifera. Radix. *Aristoloche du Brésil; Mil-Homens.* (Aristolochia cymbifera).

Aristolochia longa. Tubera (Radix). *Aristoloche longue.* (Aristolochia longa L.)

Aristolochia rotunda. Tubera (Radix). *Aristoloche ronde.* (Aristolochia rotunda L. Aristolochia pallida Waldst.)

Aristolochia (vulgaris). Rhizoma. *Aristoloche Clématite.* (Aristolochia Clematitis L.)

Armoracia. Radix recens. *Raifort; Cran de Bretagne. Horseradish.* (Cochlearia Armoracia L.)

Arnica. Flores. Herba. Rhizoma. *Arnica. Arnica.* (Arnica montana.)

Arsenum sulfuratum flavum. Auripigmentum. Sulfuretum arsenicosum. *Sulfure jaune d'Arsenic; Orpiment.* (AsS^3).

Arsenum sulfuratum rubrum. Realgar. Sulfuretum subarsenicosum. *Sulfure rouge d'Arsenic; Réalgar.* (AsS^2).

Artemisia. Radix. Folia. Summitates florentes. *Armoise.* (Artemisia vulgaris L.)

Artemisia maritima. *Absinthe maritime.* (Artemisia maritima L.)

Artemisia rubra. Folia. Flores. *Aurone des champs.* (Artemisia campestris L.)

Arum. Tubera. *Gouet; Pied-de-veau.* (Arum maculatum L.)

Asarum. Rhizoma. *Asarum; Cabaret.* (Asarum Europaeum L.)

Asa foetida. Assafoetida. Gummi-resina Asa foetida. *Asa foetida. Assafoetida.*

Asparagus. Radix. Turiones juniores. *Asperge.* (Asparagus officinalis L.)

Asphaltum. Bitumen Judaicum. *Bitume de Judée.*

Athamanta. Fructus. Daucus Creticus; Myrrhis annua. *Daucus de Crète* (Athamanta Cretensis L.)

Atropinum.

Atropium. Atropina. Atropia. *Atropine. Atropia.* ($C^{34}H^{23}NO^6$).

Rp. Radicis Belladonnae, recens siccatae, grosso modo pulv. *P.* 32.

Superfusae

Spiritus Vini rectfss. *P.* 67
macerent per horas viginti quatuor, saepius agitando, tum in vas depulsorium translatae sensim affundendo
Spiritus Vini rectfss. *P.* 100
exhauriantur. Colaturae adde
Calcariae hydricae *P.* 1
et saepius agita. Deinde liquori filtrato instilla
Acidi sulfurici diluti *q. s.*,
ut aciditas minima efficiatur, et denuo filtra. Tribus quadrantibus Spiritus Vini destillando elicitis, liquor residuus cum
Aquae destillatae *P.* 10
admixtis leni calore quam celerrime evaporet, donec ad trientem usque sui voluminis reductus, atque Spiritus Vini fuerit omnino consumptus. Post refrigerationem instilla
Kali carbonici soluti
eam quantitatem, quae ad Acidi justam neutralisationem requiritur, cavendo ne Kali praevaleat. Post horas sex filtra et liquori filtrato instilla
Kali carbonici soluti
quantum requiritur ad reactionem alkalinam efficiendam. Deinde liquorem lagenae ingestum, affusis
Chloroformii *P.* $4^1/_2$,
saepius diligenter ac fortiter quassa, tum in vas separatorium strophinge instructum infunde. Post subsidentiam Chloroformium ope strophingis defundendo colligatur et retortae ingestum calore balnei aquae destillet. Massa exinde residua
Spiritus V. rectfss. calidi
quantitate sufficiente solvatur, tum cum carbone animali digeratur et filtretur. Liquor filtratus evaporet seponaturque, ut crystalla coloris expertia demittat. *Ph. Brit.*

Rp. Radicis Belladonnae recentis *P.* 100.
Radix contusa, aqua humectata, preli ope exprimatur, et residuum aquae paulo permixtum denuo exprimatur. Liquores confusi sepositique per aliquot horas de faece defundantur, tum ebulliant, ut albumen coagulet, et filtrentur. Liquido filtrato instilla
Kali hydrici soluti,
quantum ad reactionem alkalinam efficiendam sufficit. Deinde liquori lagenae immisso adde
Chloroformii *P.* 1
et epistomio dense imposito saepius fortiterque conquassa. Chloroformio ope infundibuli separatorii deprompto, liquor aquosus cum
Chloroformii *P.* 1
affusa denuo fortiter conquassetur, et Chloroformium postea eadem ratione separetur.

Liquores chloroformosi commixtique filtrentur, infundibulo tecto, et calore balnei aquae destillent. Residuum exinde obtentum
Spiritu V. rectfss. fervido
solvatur et cum carbone animali digestum, tum adhuc calidum filtratum evaporationi spontaneae exhibeatur. *Ph. Gall.*

Atropinum solutum.

Liquor Atropiae. *Solution of Atropia.*

Rp. Atropini *Centigm.* 26.
Solutis
Spiritus V. rectfss. *Gm.* 3
adde
Aquae destillatae *Gm.* 25,
tum agitando mixtura perficiatur. *Ph. Brit.*

Atropinum sulfuricum.

Sulfas Atropinae s. Atropiae. *Sulfate d'Atropine. Sulphate of Atropia.*

Ph. Gall. Atropinum subtilissime contritum commisceatur cum duplo pondere Aquae destillatae. Tum addatur Acidi sulfurici diluti q. s., ut solutio efficiatur. Liquor postremo calore 30 ad 40°C. evaporando ad siccum redigatur. Sit pulvis albus, qui aqua totus et facile solvatur.

Ph. Brit. Atropinum Acido sulfurico aqua diluto neutralisetur et evaporando calore 38°C. non excedente ad siccum redigatur. *Ph. Germ., Russ.*

Atropinum sulfuricum solutum.

Liquor Atropiae Sulfatis. *Solution of Sulphate of Atropia.*

Rp. Atropini sulfurici *Centigm.* 25,
Aquae destillatae *Gm.* 28.
Solve. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0036-5 DFG

Atropinum valerianicum.

Valeras (Valerianas) Atropinae. *Valérianate d'Atropine.*

Rp. Acidi valerianici *q. v.*
Solve in
Aetheris *q. s.*
Tum adde
Atropini
quantum ad neutralisationem sufficit. Liquor seponatur, ut evaporatione spontanea crystallula demittat. Crystallula calore 32° liquescunt. *Ph. Gall.*

Aurantium. Cortices fructuum. Flores. Folia. Fructus immaturus. Fructus maturus recens. Oleum florum. (Citrus Bigaradia. Citrus Aurantium vulgaris *Risso*).

Cortices fructuum. *Écorce d'Orange amère; Écorce de Curaçao. Bitter-Orange Peels.*
Flores. *Fleurs d'Oranger.*
Folia. *Feuilles d'Oranger.*
Fructus immaturus. *Orangette; Petit Grain.*
Fructus maturus. *L'Orange amère; La Bigarade.*
Oleum florum. *Huile ou Essence de fleurs d'Oranger; Neroli.*
Oleum corticis fructus. *Huile de Bigarade; Huile de zestes de Bigarade.*

Aurantium dulce. Fructus recens. Oleum corticis fructus (*Essence de Portugal.*) *Oranger vrai; Oranger à fruit doux.* (Citrus Aurantium Risso, Citrus dulcis Lk.)

Auro-Natrium chloratum.

Aurum muriaticum natronatum. Chloruretum aurico-sodicum. *Chlorure d'Or et de Sodium.*

Ph. Gall. Chlorureto soluto ex Auri *P.* 10 parato addantur Natrii chlorati *P.* 3. Mixtura ad siccum evaporet.

Ph. Helv., Russ. Chlorureto soluto ex Auri *P* 6 addantur Natrii chlorati *P.* 10. Mixtura calore vaporis balnei ad siccum redigatur.

Ph. Germ. Chlorureto soluto ex Auri *P.* 13 addantur Natrii chlorati *P.* 20. Evaporatio calore balnei vaporis efficiatur.

Aurum. *Or. Gold.*

Aurum chloratum.

Chloruretum auricum. Aurum muriaticum s. hydrochloratum *Ph. Russ. Chlorure d'Or.* ($Au\,Cl^3$).

Rp. Auri laminati *P.* 1.
Auro in frustula dissecto et in cucurbitam vitream immisso affunde
Acidi nitrici pd. sp. 1,32 *P.* 1,
Acidi hydrochlorici pd. sp. 1,17 *P.* 3.
Leni calore fiat solutio. Liquor calore balnei arenae evaporet, donec post expulsionem Acidi supervacui vestigia gasis Chlori, odore agnoscenda, proficisci coeperint. Tum ab igne remove, ut residuum in massam salinam coëat, quae in lagenam epistomio vitreo munitam condatur. *Ph. Gall*, (*Russ*).

Aurum foliatum. Aurum in folia tenuissima tundendo redactum.

Aurum reductum.

Aurum *Ph. Germ.* Aurum purum s. divisum.

Rp. Auri *P.* 1.
Solve digerendo
Acidi chloro-nitrosi *P.* 4.
Liquor evaporando ad spissitudinem densioris syrupi redactus solvatur
Aquae destillatae *P.* 12
et post filtrationem commisceatur cum
Ferri sulfurici cryst. *P.* 5,
antea solutis
Aquae destillatae *P.* 25
atque filtratis. Digere per aliquod tempus calore balnei vaporis, tum post refrigerationem praecipitatum collige, primum Acido hydrochlorico puro, dein Aqua destillata elue et sicca. *Ph. Germ.*

Avellana. Oleum seminis expressum. Oleum nucis Avellanae. *Noisette.* (*Noisetier; Coudrier.* Corylus Avellana L.)

Avena. Fructus (semina) ex-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0037-1 DFG

corticati. *Gruau d'Avoine; Gruau de Bretagne.* (Avena sativa L.)

Aya-pana. Folia. *Aya-pana.* (Eupatorium Aya-pana Vent.)

Balnea medicamentosa.

Bains médicinaux.

Ph. Gallica. Balneum in usum hominis adulti expletur quantitate aquae 250 vel 300 Litrarum. Balneis singulis admisceantur vel in iis solvantur:

Balneum alcalinum. Balneum cum Carbonate sodico. *Bain alcalin.* Natri carbonici cryst. *Gm.* 250.

Balneum aromaticum. *Bain aromatique.* Specierum aromaticarum *Gm.* 500 superfundantur aquae ebullientis *Gm.* 10000 (Litris 10) et stent per unam horam, tum exprimendo colentur.

Balneum Baretginense artefiziale. *Bain artificiel de Baréges.* Natrii monosulfurati cryst., Natrii chlorati sicci ãã *Gm* 60, Natri carbonici exsiccati *Gm.* 30 misceantur. Dentur ad lagenam obturatam

Balneum glutinosum. *Bain gélatineux.* Gelatinae (Glutini fabrilis) siccae contusae *Gm.* 500, quae primo macerentur in Litris 2 aquae frigidae, dein calore adhibito solvantur.

Balneum cum Hydrargyro bichlorato corrosivo. Balneum cum Chlorureto hydrargyrico. *Bain de Sublimé corrosif.* Hydrargyri bichlorati corrosivi *Gm.* 20 solvantur in Aquae destillatae *Gm.* 200 et Spiritus Vini rectfss. *Gm.* 50. Signetur „*Solution pour bain*". Labrum ligneum adhibeatur.

Balneum jodatum s. joduratum. *Bain joduré.* Jodi *Gm.* 10, Kalii jodati *Gm.* 20 solvantur in Aquae *Gm.* 250. Labrum ligneum adhibeatur.

Balneum cum Natrio chlorato. Balneum salinum. Balneum cum Chlorureto sodico. *Bain de Sel marin.* Salis culinaris s. marini *Gm.* 5000. (vel residuum ex Aquae marinae Litris 250 evaporandis).

Balneum Plumbarium s. Plombieranum. *Bain dit de Plombières.* Natri carbonici *Gm.* 100, Natrii chlorati *Gm.* 20, Natri sulfurici *Gm.* 60, Natri bicarbonici *Gm.* 20 mixta dentur ad vitrum. Una dispensentur Gelatinae (Glutini fabrilis) contusae *Gm.* 100. Ad balneum parandum Gelatina aquae *Gm.* 500 per horam unam maceretur, tum calore adhibito solvatur. Gelatina soluta una cum miscella salina aquae balnei sensim addatur.

Balneum sulfurato-glutinatum. Balneum sulfuratum cum Gelatina. *Bain sulfuro-gélatineux.* Kalii sulfurati *Gm.* 100 dentur. Una dispensentur Gelatinae (Glutini fabrilis) contusae *Gm.* 250. Ad balneum parandum Gelatina in *Litra* aquae per horam unam maceretur, tum calore adjuvante solvatur.

Balneum sulfuratum. *Bain sulfuré; Bain sulfureux.* Kalii sulfurati *Gm.* 100.

Balneum sulfuratum liquidum. *Bain sulfuré liquide. Bain sulfureux. liquide.* Kalii sulfurati *Gm.* 100 solvantur in aquae *Gm.* 200 et filtrentur.

Balneum cum Tiliae floribus, *Bain de Tilleul (fleurs et bractées)*, paretur quomodo balneum aromaticum e floribus Tiliae. *Ph. Gall.*

Balneum Viciense artificiale. *Bain artificiel de Vichy.* Natri bicarbonici *Gm.* 500.

Balneum cum Acido hydrochlorico.

Pédiluve chlorhydrique.

Rp. Acidi hydrochlorici *Gm.* 100,
Aquae tepidae *Litras* 6.
Misce. Ad pediluvium. *Ph. Gall.*

Balneum chloro-nitrosum.

Pédiluve nitro-muriatique.

Rp. Acidi chloro-nitrosi *Gm.* 100,
Aquae tepidae *Litras* 6.
Ad pediluvium. *Ph. Gall.*

Balneum sinapisatum.

Pédiluve sinapisé.

Rp. Sem. Sinapis recens pulverati *Gm.* 150,
Aquae tepidae *Litras* 6.
Ad pediluvium. *Ph. Gall*

Balsamita. Planta florens. *Balsamite odorante; Menthe coq; Coq des jardins.* (Balsamita suaveolens Pers., Pyrethrum Tanacetum DC.)

Balsamum Canadense. Terebinthina Canadensis. *Baume du*

Canada. Canada Balsam. (Abies balsamea Aiton.)

Balsamum Gileadense. Balsamum de Mecca. Opobalsamum. *Baume de la Mecque. Baume de Judée. Baume de Gilead.* (Balsamodendron Gileadense Kth.)

Balsamum Liquidambar. Liquidambar. *Baume de Liquidambar*, 1. *liquide ou Huile de Liquidambar*; 2. *piciforme.* (Liquidambar styraciflua L.)

Balsamum Peruvianum. *Baume de Perou noir, de San-Salvador, de Sansonate. Balsam of Peru.*

Balsamum Tolutanum. *Baume de Tolu. Balsam of Tolu.*

Balsamum tranquillans.

Oleum Hyoscyami compositum *Ph. Helv. Baume tranquille.*

Rp. Foliorum recentium:
Belladonnae,
Hyoscyami,
Solani nigri,
Nicotianae,
Papaveris,
Stramonii ãã *P.* 20;
Foliorum siccatorum:
Balsamitae suaveolentis (Pyrethri Tanaceti),
Rorismarini,
Salviae officinalis,
Rutae grav. ãã *P.* 5;
Summitatum siccatarum:
Absinthii,
Hyssopi,
Majoranae,
Menthae piperitae,
Hyperici perforati,
Thymi ãã *P.* 5;
Florum Lavandulae,
Florum Sambuci ãã *P.* 5,
Olei Olivarum opt. *P.* 500.

Foliis recentibus contusis, in lebetem cupreum immissis, affunde Oleum Olivarum, et leni igne fac ebulliant, donec omne humidum fugatum fuerit. Tum, igne moderato, adde cetera folia summitatesque siccata et incisa. Digere per horas duodecim calore balnei aquae et exprimendo cola. Post sedimentationem decantha et filtra. Serva in lagenis obturatis, luci subductis. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Mixtura ex Olei Belladonnae cocti, Ol. Hyoscyami cocti ãã *P.* 2500, Oleorum aeth. Absinthii, Lavand., Rorismar., Thymi ãã *P.* 3 parata.

Barbatimao cortex. Cortex adstringens Brasiliensis. *Barbatimao.* (1. Jnga Avaremotemo Endl., 2. Inga Barbatimao Endl.)

Bardana. Radix. *Bardane.* (Lappa major, minor, tomentosa DC.)

Barosma s. **Bucco.** Folia. Folia Bucco s. Buchu. *Bucco; Buchu Bucco; Buchu.* (Barosma betulina Bartl., crenulata Hooker, serratifolia Willd.)

Baryta carbonica nativa. Baryta carbonica *Ph. Germ.*

Baryum chloratum. Chloruretum baryticum. *Chlorure de Baryum. Chloride of Barium* (Ba Cl, 2HO).

Basilicum. Herba florens. *Basilic.* (Ocimum Basilicum L.)

Bdellium. Gummi-resina. *Bdellium d'Afrique.* (Balsamodendrum Africanum Endl.)

Bebeerinum sulfuricum.

Sulphas Beberiae. *Sulphate of Beberia.* ($C^{36}H^{20}NO^{6}$, HO, SO^{3}).

Rp. Corticis Nectandrae *P.* 190,
Acidi sulfurici conc. *P.* 10,
Calcariae hydricae *P.* 9 vel *q. s.*
Ammoni caustici soluti *q. s.*
Spiritus Vini rectfss. *P.* 160,
Acidi sulfurici diluti *q. s.*,
Aquae communis *P.* 1900,
Aquae destillatae *q. s.*

Cortex grosso modo pulveratus ea copia

Aquae communis, admixto Acido sulfurico concentrato acidulatae, superinfundatur, ut sit ea obtectus. Macera per horas viginti quatuor, dein mixturam in vas depulsorium translatam aqua illa acidulata perfecte exhauri.

Colaturae evaporando ad volumen Partium 240 redactae, tum refrigeratae, paulatim tantum Calcariae hydricae, aqua mixtae, addatur, ut liquor agitatus semper reactionem acidam praebeat. Post horas duas liquor coletur, praecipitatum Aquae destillatae paulo abluendo, et colaturae tamdiu Ammonum causticum instilletur, donec Ammonum odore dignoscendum paulo praevaleat. Praecipitatum inde ortum in linteo colligatur, aquae frigidae *P.* 120 affundendo eluatur, tum manibus expressum calore balnei aquae siccetur. Praecipitatum in pulverem redactum atque in cucurbitam vitream immissum superinfundatur Spiritus Vini *P.* 72, tum ebulliat et post aliquot momenta Spiritus defundatur, quae operatio cum residuo non soluto, Spiritum affundendo et post ebullitionem defundendo saepius repetatur, donec praecipitatum omnino exhaustum fuerit. Liquores spirituosi commixti, affusis Aquae destillatae *P.* 48, destillent, ut Spiritus maxima ex parte separetur. Liquori in retorta residuo inter agitationem instilletur Acidi sulfurici diluti tantum, quantum ad reactionem paulum acidulam efficiendam requiritur. Liquor calore balnei aquae ad perfectam siccitatem redigatur, tum residuum pulveratum inter assiduam agitationem in Aquae destillatae frigidae *P.* 240 paulatim injiciatur. Postremo liquor filtratus et ad syrupi spissitudinem evaporando redactus orbibus vitreis vel porcellaneis illinatur et calore 60° C. non excedente siccetur. Serva in vitris obturatis.

Sint lamellae saturate fuscae, pellucidae, pulverem flavum praebentes, saporis amarissimi. Dosis *Gm.* 0,06 ad 0,6. *Ph. Brit.*

Beccabunga. Herba recens. *Beccabunga.* (Veronica Beccabunga L.)

Behen. Semen Been. *Semence de Ben officinal; Noix de Ben.* (Moringa disperma Guib.)

Bela. Fructus Belae. *Bael Fruit.* Fructus semimaturus siccatus. (Aegle Marmelos DC.) *Ph. Brit.*

Belladonna. Folia. Radix. *Belladone. Belladonna.* (Atropa Belladonna L.)

Benzinum. Benzolum. Pond. spec. 0,680 ad 0,700. Punctum ebullitionis incidat inter 60 et 70° C. *Ph. Germ.*

Pond. spec. 0,70 ad 0,85, punctum ebullitionis calore 80° C. *Ph. Russ.*

Benzoë. Resina Benzoë. Benzoinum. *Benjoin. Benzoin. Ph. Gall. Benjoin de Sumatra amygdaloïde* et *Benjoin de Siam* ou *Benjoin à odeur de Vanille recepit.*

Berberis. Folia. Fructus. Radix. *Berberis; Épine-vinette.* (Berberis vulgaris L.)

Bergamotta. Bergamota. Cortex fructus (*zeste*). Oleum aethereum corticis fructus. *Bergamote* (Citrus Limetta Risso, var. Bergamota).

Beta Cicla. Folia. *Poirée; Bette.* (Beta vulgaris Cicla L.)

Betonica. Folia. *Bétoine.* (Betonica officinalis L.)

Bismuthum. *Bismuth. Bismuth.*

Bismuthum hydrico-carbonicum.

Bismuthum subcarbonicum. Carbonas Bismuthi. *Carbonate of Bismuth* ($2[BiO^3, CO^2], HO$).

Rp. Bismuthi depurati *P.* 6,
Acidi nitrici (1,42 pd. spec.) *P.* 17,
Ammoni carbonici *P.* 18,
Aquae destillatae *q. s.*

Acido nitrico Aquae destillatae *P.* 9 diluto paulatim ingeratur Bismuthum. Post effervescentiam fere ad ebullitionem calefac, postea decantha. Liquor deinde evaporando ad *P.* 6 remanentes redactus sensim atque inter agitationem instilletur in Ammonum carbonicum Aquae destillatae *P.* 120 solutum filtratumque, calore non adhibito. Praecipitatum inde effectum in colatorio gossypino collige, aqua ablue, manibus exprime et calore 66° C. non excedente sicca. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0040-7 DFG

Bismuthum hydrico-nitricum.

Bismuthum subnitricum. Bismuthum nitricum basicum. Bismuthum nitricum *Ph. Helv.* Subnitras Bismuthi. *Magistère de Bismuth; Sous-Nitrate de Bismuth. Subnitrate of Bismuth.*

Bismuthi trisnitrici crystallisati *P.* 1 conterendo misceatur cum Aquae destillatae *P.* 4, quae mixtura in vas Aquae destillatae fervidae *P.* 21 continens infundatur et agitetur. Post refrigerationem praecipitatum inde ortum in filtro colligatur, haud nimis eluatur et calore 30° non excedente siccetur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv., Russ. Modus parationis antecedenti similis est.

Ph. Gall. Acidi nitrici, pond. spec. 1,42, *P.* 45, dilutis Aquae destillatae *P.* 15, paulatim ingerantur Bismuthi depurati atque grosso modo pulverati *P.* 20. Post effervescentiam liquor usque ad ebullitionem calefiat, ut solutio perficiatur. Liquor dein post sedimentationem decanthatus atque evaporando ad duos trientes voluminis redactus infundatur in aquae frigidae quantitatem 40 vel 50plicem, bene agitando. Praecipitatum inde ortum affundendo aquam decanthandoque ablutum filtro colligatur et siccetur.

Ph. Brit. Liquor ex Bismuthi depurati *P.* 6, Acidi nitrici pond. spec. 1,42, *P.* 17 et Aquae destillatae *P.* 30 paratus atque evaporando ad *P.* 11 (*P.* 6*v*) remanentes redactus in Aquae destillatae frigidae *P.* 240 inter agitationem infundatur. Postquam praecipitatum inde ortum subsederit, liquor decanthetur. Tum denuo Aquae destillatae *P.* 240 praecipitato inter agitationem infundantur. Post decanthationem praecipitatum colatorio colligatur et calore 66°C. non excedente siccetur.

Bismuthum purum.

Bismuthum repurgatum s. purificatum. *Bismuth purifié. Purified Bismuth.*

Bismuthum valerianicum.

Valerianas bismuthicus.

Rp. Bismuthi hydrico-nitrici *P.* 12.
Superinfunde
Kali hydrici soluti *P.* 3,
Aquae destillatae *P.* 12
et digere saepius agitando per aliquod tempus, tum, admixtis
Aquae destillatae *P.* 50,
sedimentum exacte elue. Sedimentum adhuc humidum misce cum
Acidi valerianici *P.* 4
et sepone inter iteratam agitationem per horas viginti quatuor, dein mixturam in vasis porcellaneis planis loco tepido sicca. Serva in vasis clausis. Sit pulvis albus, in aqua non solubilis, Acido valerianico valde redolens. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Sedimentum, quod ex mixtione Bismuthi hydrico-nitrici *P.* 8, Ammoni caustici soluti et Aquae destillatae ãã *P.* 24 residet, Aqua destillata eluatur et conterendo misceatur cum Acidi valerianici *P.* 3. Tum haec mixtura cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 6 contrita et in filtro collecta inter strages chartae bibulae, calorem evitando siccetur.

Bistorta. Rhizoma. *Bistorte.* (Polygonum Bistorta L.)

Bolus Armena s. **Orientalis.** *Bol d'Arménie.*

Bolus rubra. (*Ph. Germ.*)

Borax. Natrum biboricum. Boras sodicus. Biboras Sodae. *Borate de Soude; Borax. Borax.* ($NaO, 2BO^3 + 10HO$).

Borrago. Flores. Folia. *Bourrache.* (Borrago officinalis L.)

Brassica rubra. Folia. *Chou rouge; Chou pommé.* (Brassica oleracea, Variet. capitata foliis rubris.)

Bromum. *Brôme. Bromine.*

Brucinum.

Brucium. Brucina. Brucia. *Brucine.*

Liquor residuus, post crystallisationem Strychnini collectus, Acido oxalico ad neutralisationem usque saturetur, tum Brucinum oxalicum in crystallula concretum colligatur, Spiritu Vini absoluto abluatur et aqua solutum cum quantitate Calcariae ustae superante commisceatur. Praecipitatum inde ortum Spiritu Vini fervido exhauriatur. Crystalla ex hac solutione spirituosa demissa crystallisatione iterata depurentur. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0041-2 DFG

Bryonia. Radix. *Bryone blanche.* (Bryonia alba L. et dioica Jacq.)

Buglossum. Flores. Folia. *Buglosse.* (Anchusa officinalis et A. Italica L.)

Bugula s. **Consolida media.** Folia. *Bugle.* (Ajuga reptans L.)

Butyrum. *Beurre.*

Buxus. Cortex. Folia. Radix. *Buis* (Buxus sempervirens L.)

Cadmium. *Cadmium.*

Cadmium jodatum. Jodidum Cadmii. *Jodide of Cadmium* (CdJ). *Ph. Brit.*

Cadmium sulfuricum. Sulfas cadmicus. *Sulfate de Cadmium.* (CdO, SO^3, 4HO)

Cajeputus s. **Cajuputus.** Oleum aethereum et Oleum aeth. rectificatum. *Cajeput. Cajuput.* (Melaleuca minor.)

Caïnca. Radix. *Caïnça.* (Chiococca anguifuga Mart.)

Calamintha montana. Herba florens. *Calament.* (Calamintha officinalis Moench.)

Calamus. Rhizoma. Oleum aethereum. *Acore; Acore vrai, dit Calamus aromaticus.* (Acorus Calamus L.)

Calcaria carbonica laevigata s. **praeparata.** Creta praeparata. *Prepared Chalk.*

Calcaria carbonica nativa s. **cruda.** Carbonas calcicus nativus; Creta; Marmor album. *Carbonate de Chaux; Craie; Marbre. Nativ Carbonate of Lime; Chalk; White Marble.*

Calcaria carbonica praecipitata.

Carbonas calcicus. Carbonas Calcis praecipitatus. *Carbonate de Chaux. Precipitated Carbonate of Lime.*

Ph. Gall., Germ., Brit., Russ. Praecipitatum effectum e Calcio chlorato soluto commiscendo cum Natro carbonico soluto, elotum et siccatum.

Calcaria hydrica.

Hydras Calcis. *Slaked Lime.* (CaO,HO.)

Calcariae ustae *P.* 32 superinfundantur Aquae destillatae calidae *P.* 20 et seponantur, donec in pulverem dilapsae fuerint, qui per cribrum trajiciatur. *Ph. Brit.*

Calcaria hypochlorosa. Calcaria s. Calx chlorata. *Chlorure de Chaux sec; Hypochlorite de Chaux. Chlorinated Lime.*

Calcaria hypochlorosa soluta.

Hypochloris calcicus aqua solutus. Liquor Calcis chloratae. *Hypochlorite de Chaux liquide; Chlorure de Chaux liquide. Solution of Chlorinated Lime.*

Rp. Calcariae hypochlorosae *P.* 1.
Conterendo exacte misceatur cum
Aquae frigidae *P.* 45.

Liquor decanthando filtrandoque collectus loco frigido servetur. *Ph Gall.*

Ph. Brit. Calcariae hypochlorosae *P.* 1 et Aquae destill. *P.* 10. Pond. spec. liquoris filtrati sit 1,035. Partes 100 contineant circiter *P.* 2,87 Chlori efficacis.

Ph. Russ. Liquor Calcariae hypochlorosae fortior. Calcariae hypochlorosae *P.* 1 contrita cum Aquae destill. *P.* 7 in lagenam immittatur. Post horam unam filtretur residuum ea quantitate Aquae destill. eluendo, ut colaturae filtratae sint *P.* 8.

Ph. Russ. Liquor Calcariae hypochlorosae mitior. Liquor fortior Aquae destillatae quadrupla quantitate diluatur.

Calcaria hypophosphorosa. Hypophosphis calcicus. (CaO, 2HO, PO.) *Ph. Russ.*

Calcaria lactica. Lactas calcicus. *Lactate de Chaux.*

Calcaria phosphorica.

Phosphas calcicus. *Phosphate de Chaux. Phosphate of Lime.*

Rp. Ossium ad albedinem exustorum, contusorum *P.* 5,

Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,17) *P.* 8.

Commixtis addatur aquae q. s., ut puls fiat tenuior, quae saepius agitetur. Post aliquot dies dilue aquae *P.* 50 vel 60, sepone et filtra.

Liquori filtrato immisce

Ammoni caust. soluti

eam quantitatem, ut Ammonum paululum praevaleat, tum omnia per momentum unum ebulliant. Postea sepone, decantha et praecipitatum aqua fervida bene ablutum sicca. ($3CaO, PhO^5$.) *Ph. Gall.*

Ph. Brit., Helv. Paratio antea notatae similis est.

Ph. Germ., Russ: receperunt praeparatum formulae $2CaO, HO, PO^5 + 3HO$, quod efficitur Calcium chloratum aqua solutum praecipitando ope Natri phosphorici soluti, praecipitatum eluendo siccandoque.

Calcaria saccharata soluta.

Liquor Calcis saccharatus. *Saccharated Solution of Lime.*

Rp. Calcariae hydricae *P.* 1,
Sacchari albissimi *P.* 2.

Centerendo mixtae in lagenam

Aquae destillatae *P.* 20

continentem ingerantur. Lagena obturata per horas quatuor ad quinque seponatur, tum liquor clarus siphonis ope defundatur et in lagena bene clausa servetur. *Ph. Brit.*

Calcaria sulfurica usta.

Sulfas calcicus ustus. Gypsum ustum.

Calcaria sulfurosa.

Sulfis calcicus. *Sulfite de Chaux.* (CaO, SO^2).

Gas Acidi sulfurosi, ex Acido sulfurico concentrato et Carbone ligneo ad pultem commixtis calore balnei arenae evolutum, inducatur in aquam, in quam frusta Cretae albae magnitudinis digitorum imposita sunt. Evolutione gasis finita, Calcaria sulfurosa duritie majore atque colore e griseo flavescente cognoscenda a Creta non saturata, semper alba et distincta minore cohaerentia, separetur. Calcaria sulfurosa pulverata servetur. *Ph. Gall.*

Calcaria usta.

Calx (usta s. viva). Calcaria. Oxydum calcicum. *Chaux vive. Lime.*

Ph. Germ., Brit., Russ.

Ph. Gall. Paretur urendo Calcariam carbonicam (marmor statuarium).

Calcium chloratum.

Chloruretum calcicum. Chloridum Calcii. *Chlorure de Calcium. Chloride of Calcium.*

Ph. Brit. Massae salinae albae, calore 187°C. exsiccatae, aqua liberae.

Ph. Gall. Liquor satiando Acidum hydrochloricum Calcaria carbonica obtentus filtretur et evaporando ad siccitatem redigatur.

Ad efficiendum chloruretum crystallisatum ($Ca\,Cl, 6HO$), liquor usque ad densitatem 1,38 evaporetur et seponendo refrigerandoque in crystalla cogatur.

Ad efficiendum Calcium chloratum fusum (*Chlorure de Calcium fondu*) massa evaporando et calore fortiore exsiccata uratur, donec licuerit. In tabulam marmoream effundatur.

Ph. Germ. Acidi hydrochlorici *P.* 50, dilutae eadem quantitate Aquae destillatae, satientur Calcariae carbonicae *P.* 20. Solutioni, si ferrum continet, addatur Calcariae hypochlorosae *P.* 1 cum aqua in pultem commixta. Tum digere leni calore per aliquot horas et adde Calcariae *P.* 2 vel tantum, ut paulum praevaleat. Post aliquot horas filtra et liquorem in vase porcellaneo ad siccum evapora.

Ph. Russ. Modum eundem recepit, sed circumspecte moderatum.

Calcium chloratum solutum.

Solutio s. Liquor Chloreti calcici.

Rp. Calcii chlorati *P.* 1.

Solvatur

Aquae destill. *P.* 2

et filtretur. Pond. spec. 1,20. *Ph. Russ.*

Calcium sulfuratum.

Sulfuretum calcicum. *Sulfure de Calcium; Foie de Soufre calcaire.*

Sulfure de Calcium impure.

Rp. Sulfuris sublimati *P.* 1,
Calcariae hydricae *P.* 3,
Aquae *P.* 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0043-4 DFG

In lebetem vitreatum immissae tamdiu coquantur, donec portiuncula exemta in orbem frigidum transjecta massam rigidam praebuerit. Tum massa in tabulam marmoream effundatur et post refrigerationem diffracta in vasis bene obturatis servetur. *Ph. Gall.*

Sulfure de Calcium pur e Gypsi usti pulverati *P.* 100, commixtis cum Fuliginis e taeda *P.* 15 aestu fortiore paretur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Calcariae aqua inspersa extinctae et denuo ustae, Sulfuris sublimati ãã P. intime misceantur, tum per horam dimidiam, crucibulo tecto, candefiant. Massa refrigerata et contrita servetur.

Ph. Helv., Russ. Calcariae ustae subtiliter pulveratae et Sulfuris sublimati ãã P. mixtae in crucibulo Hassiaco operto, luto obducto, per horam dimidiam igne vivido candescant. Massa refrigerata, supremo strato remoto, conteratur et in vase obturato servetur.

Camphora. *Camphre (du Japon). Camphor.* (Camphora officinarum Nees.)

Camphorata. Herba. *Camphrée de Montpellier.* (Camphorosma Monspeliaca L.)

Cancer. Caro. Lapides. Lapides Cancrorum et Lapides praeparati s. laevigati. *Écrevisse. Yeux d'écrevisse* i. q. lapides Cancri. (Astacus fluviatilis Fabr.)

Candelae fumales.

Pastilli odorati *Ph. Gall. Clous fumants.*

Rp. Benzoës *P.* 8,
Balsami Tolutani,
Ligni Santali citrini ãã *P.* 2,
Carbonis ligni *P.* 50,
Kali nitrici *P.* 4,
Mucilag. Tragacanthae *q. s.*

Misce, ut fiat massa aequabilis depsiticia, ex qua formentur conuli tripedes, altitudine trium centimetrorum. *Ph. Gall.*

Canella alba. Cortex. *Canelle blanche. Canella alba.* (Canella alba Murr.)

Cannabis. Fructus. (Cannabis sativa L. in Europa culta.)

Cannabis (Indica). Herba. *Indian Hemp.* (Cannabis sativa L. in India orientali culta.)

Cantharides. *Cantharides.* (Cantharis vesicatoria Geoff.)

Cantharidina.

Cantharidinum. *Cantharidine.*

Rp. Cantharidum pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *q. s.*

Cantharides Spiritu Vini per horas viginti quatuor maceratae in vas depulsorium longius immittantur et Spiritus ejusdem indolis sensim affundatur, donec liquor fere coloris expers defluere coeperit. Colatura destillando calore balnei aquae a Spiritu adhibito liberata seponatur, ut crystallula Cantharidinae secernantur. Tum, liquore viridi oleoso defuso, dein exstillato, crystallula Spiritus frigidi paulo abluantur, ut vestigia pinguedinis crystallulis adhaerentis demantur.

Crystallula haec Spiritus ebullientis minore quantitate soluta et cum carbone animali conquassata filtrentur refrigerandoque in crystallula cogantur. *Ph. Gall.*

Caprifolium. Flores *Chèvrefeuille* (Lonicera Caprifolium L.)

Capsicum (annuum). Fructus. *Piment des jardins; Corail des Jardins; Poivre de Guinée. Capsicum.* (Capsicum annuum et longum Fingerhut.)

Capsicum Cayennense. *Piment de Cayenne.* (Capsicum frutescens L.)

Capsularum massa.

Capsules.

Rp. Gelatinae albae,
Gummi Arabici,
Sacchari ãã *P.* 3,
Mellis albi *P.* 1,
Aquae *P.* 10.

Leni calore solutio efficiatur. Liquorem hunc ad capsulas parandas adhibere solent. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0044-9 DFG

Caragaheen. Fucus crispus. *Carragaheen; Carrageen; Mousse perlée.* (Spaerococcus crispus et mamillosus Agardh).

Carbo animalis s. **Carbo ossium.** *Animal Charcoal; Bone Black.* Residuum ossium animalium aëre prohibito combustorum. *Ph. Brit.*

Carbo animalis purificatus s. **depuratus.**

Purified Animal Charcoal.

Rp. Carbonis animal. pulv. *P.* 4.
Superinfunde
Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,16) *P.* 3,
antea dilutas
Aquae destill. *P.* 5,
et agita. Digere per dies duos leni calore, interdum agitando, tum carbonem in filtro collige et aqua destillata perfecte elue. Quo facto carbo siccetur et ingestus in crucibulum operculo obtegendum prunis exponatur, donec rubicunde ardescat. *Ph. Brit.*

Carbo Carnis.

Carbo animalis *Ph. Germ., Helv., Russ.*

Caro vitulina, a pinguedine liberata, dissecta cum parte tertia ossiculorum torreatur, vase tecto, quamdiu vapores, admota flamma ignem concipientes, extricantur. Residuum in pulverem redigatur et in vitro clauso servetur. *Ph. Germ., Helv., Russ.*

Carbo vegetabilis.

Carbo e ligno. Carbo pulveratus *Ph. Germ. Charbon végétal. Wood Charcoal.*

Ph. Gall., Germ., Helv., Brit., Russ. Carbo e ligno levi paratus et pulveratus.

Carboneum sulfuratum. Alcohol Sulfuris. (CS^2). Ebulliens 46° C. et pond. spec. 1,272. *Ph. Germ.*

Cardamomum longum s. **Ceylanicum.** *Cardamome de Ceylan; Grand Cardamome.* (Elettaria major Smith.)

Cardamomum minus. Cardamomum. Fructus Cardamomi minores. *Cardamome du Malabar* ou *petit* ou *moyen. Cardamoms.* (Elettaria Cardamomum Roxb.)

Cardamomum rotundum. *Amome en grappe.* Amomum racemosum. (Amomum Cardamomum L.)

Carduus benedictus. Herba florescens. Folia. *Chardon bénit.* (Cnicus benedictus Gaertn.)

Carduus Maria. Fructus. (Silybum Marianum Gaertner.)

Carex. Rhizoma. (Carex arenaria L.)

Caricae. *Figues. Figs.* (*Figuier.* Ficus Carica L.)

Carlina. Radix. (Carlina acaulis L.)

Carthamus. Flores. Fructus. *Carthame.* (Carthamus tinctorius L.)

Carvum. Fructus. Oleum aeth. fructus. *Carvi. Caraway.* (Carum Carvi L.)

Caryophyllata. Radix. *Benoite.* (Geum urbanum L.)

Caryophylli. (Alabastri.) Oleum aethereum. *Girofles. Cloves.*

Cascarilla. Cortex. *Cascarille (officinale). Cascarilla.* (Croton Eluteria Schwartz).

Cassia caryophyllata. Cortex. *Cannelle giroflée du Brésil.* Dicypellium caryophyllatum Nees.)

Cassia fistula. (Fructus.) *Casse officinale.* (Cassia fistula L.)

Castoreum. *Castoréum. Castor.* (Castor Fiber L.). *Ph. Germ., Russ.* Castoreum Canadense s. Anglicum (Castor Americanus Cuv.). Castoreum Sibiricum s. Europaeum (Castor Fiber L.)

Ph. Brit. Castoreum Canadense.

Ph. Gall. Recepit Castoreum, hujus autem varietatum nulla facta est mentio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0045-5 DFG

Cataplasma amylaceum.

Cataplasma faeculosum. *Cataplasme de Fécule.*

Rp. Amyli tuberum Solani *P.* 1,
Aquae *P.* 10.

Aquae partibus octo ad ebullitionem usque calefactis affunde Amylum, antea cum aquae frigidae *P.* 2 commixtum. Fac ebulliant per aliquot momenta inter continuam agitationem. Tum ad refrigerationem ab igne remove. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Cataplasmata (*les cataplasmes*)
Oryzae sem. pulv. (*de poudre de Riz*)
Amyli triticei (*de poudre d'Amidon*).

Cataplasma anodynum.

Cataplasme calmant.

Rp. Capsularum Papaveris albi concisarum *P.* 25,
Herbae Hyoscyami conc. *P.* 50,
Aquae fervidae *P.* 600.

Per aliquot momenta ebulliant, tum exprimendo colentur. Colatura commixta cum

Pulveris emollientis *P.* 100

coquatur, ut cataplasmatis consistentia efficiatur. *Ph. Gall.*

Cataplasma Carbonis.

Charcoal Poultice.

Rp. Carbonis ligni pulv. *P.* 1,
Mollium panis *P.* 4,
Farinae Lini seminis *P.* 3,
Aquae fervidae *P.* 20.

Primum mollia panis aqua calorem adhibendo per decem horae momenta macera, dein sensim admisce farinam Lini inter agitationem, ut puls mollis efficiatur. Postremo admisceatur Carbonis quantitas dimidia et reliqua quantitate miscela conspergatur. *Ph. Brit.*

Cataplasma Conii.

Hemlock Poultice.

Rp. Herbae Conii pulv. *P.* 1,
Farinae Lini sem. *P.* 3.

Mixtis inter agitationem addantur

Aquae fervidae *P.* 10.

Ph. Brit.

Cataplasma emolliens.

Cataplasma Lini. *Cataplasme de farine de Lin. Linseed Poultice.*

Rp. Farinae seminis Lini *q. v.*
Aquae frigidae *q. s.*

Farina cum aqua mixta inter agitationem calefiat, ut fiat massa ad cataplasma idonea. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Cataplasmata (*les cataplasmes*)
Althaeae pulv. (*de poudre de Guimauve*)
Pulveris emollientis (*de poudre emolliente*)

Ph. Brit. Farinae seminum Lini *P.* 8 cum aquae fervidae *P.* 20 mixtis adde inter assiduam agitationem Olei Olivarum *P.* 1.

Cataplasma Fermenti.

Yeast Poultice.

Rp. Fermenti Cerevisiae *P.* 6*v*,
Farinae triticeae *P.* 14,
Aquae usque ad 38° C. calefactae *P.* 6*v*.

Mixtae loco calido seponantur, donec fermentatione turserint. *Ph. Brit.*

Cataplasma maturans.

Cataplasme maturatif.

Rp. Pulveris emollientis *P.* 10,
Aquae *q. s.*
Ungt. basilici *P.* 2.

Paratio modo ad Cataplasma emolliens praecepto efficiatur, nisi quod unguentum miscelae adhuc calidae postremum admisceatur. *Ph Gall.*

Cataplasma Natri hypochlorosi.

Cataplasma Sodae chloratae. *Chlorine Poultice.*

Rp. Natri hypochlorosi soluti (pond. spec. 1,103) *P.* 11.

Immisce agitando

Farinae Lini seminis *P.* 20
et Aquae fervidae *P.* 40,

antea commixtis. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0046-1 DFG

Cataplasma Sinapis.

Cataplasma rubefaciens. Sinapismus. *Cataplasme rubéfiant. Mustard Poultice.*

Rp. Seminis Sinapis pulv. *q. v.*,
Aquae frigidae vel tepidae *q. s.*
Misceantur, ut consistentia cataplasmatis efficiatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Seminis Lini pulverati et aquae ãã P. misceantur, ut fiat cataplasma mollioris densitatis.

Ph. Brit. Farinae sem. Lini *P.* 5 commixtis cum Aquae fervidae *P.* 20 immisce inter agitationem Seminis Sinapis pulv. *P.* 5.

Catechu. Catechu pallidum. *Cachou. Pale Catechu.* (Uncaria Gambir Roxbg.; Areca Catechu L.; Acacia Catechu.)

Cedron. Cotyledones (Semina). *Cédron. (Cotylédons de Cédron.)* (Simaba Cedron Planch.)

Centaurium majus. Herba florens. *Centaurée grande.* (Centaurea Centaurium L.)

Centaurium minus. Summitates florentes. *Centaurée petite.* (Erythraea Centaurium Pers.)

Cepa. Bulbus. *Oignon (commun).* (Allium Cepa L.)

Cera. Cera alba; Cera flava. *Cire blanche; Cire jaune. White Wax; Yellow Wax.* (Apis mellifica L.)

Cerasus (acida). Fructus. Pedunculi. Cerasa acida. *Cerises. Pédoncules du Cérisier.* (Cerasus acida Gaertn. Cerasus Caproniana DC.)

Ceratonia. Fructus. Siliqua dulcis. *Caroubier.* (Ceratonia Siliqua L.)

Ceratum Aeruginis.

Emplastrum Acetatis cuprici. *Cire verte; Emplâtre d'Acétate de Cuivre.*

Rp. Cerae flavae *P.* 100,
Picis albae *P.* 50,
Terebinthinae laricinae *P.* 25.
Leni calore colliquatis admisce
Aeruginis subtilissime pulv. *P.* 25.
Agitatae refrigerataeque in magdaleones formentur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Cerae flavae *P.* 12, Picis albae *P.* 6, Terebinthinae *P.* 4 colliquatis admisceatur Aeruginis subtilissime pulv. *P.* 1. Mixtura in chartas papyraceas effundatur.

Ph. Russ. Empl. adhaesivi Kraffti *P.* 6, Cerae flavae *P.* 2, Terebinthinae laricinae *P.* 1, Aeruginis subt. pulv. *P.* 8. L. a. mixtae in cistulas papyraceas effundantur.

Ceratum Cetacei.

Ceratum Cetacei album.

Rp. Olei Amygdalarum,
Cetacei,
Cerae albae ãã P.
Colliquando mixtae in cistulas papyraceas effundantur. *Ph. Germ.*

Ceratum flavum.

Cérat jaune.

Rp. Cerae flavae *P.* 10,
Olei Amygdalarum *P.* 35,
Aquae *P.* 25.
Misceantur eodem modo quo Ceratum Galeni (Ungt. rosatum). *Ph. Gall.*

Ceratum labiale rubrum.

Ceratum Cetacei rubrum. Ceratum rosatum *Ph. Gall.* Unguentum labiale *Ph. Helv. Cérat à la Rose; Pommade pour les lèvres.*

Rp. Olei Amygdalarum *Gm.* 100,
Cerae albae *Gm.* 50.
Leni calore colliquatis admisce
Carmini,
Olei Rosarum ãã *Decigm.* 5.
Ph Gall.

Ph. Germ. Olei Amygdal. *P.* 90 digerendo cum Radice Alkannae tinctae, tum colatae colliquando cum Cerae albae *P.* 60 et Cetacei *P.* 10 misceantur. Dein, admixtis Olei Bergamottae et Olei Citri ãã *P.* 1, effundantur in capsulas papyraceas. Sit rubrum, nec rancidum (?).

Ph. Helv. Cetacei, Cerae albae, Olei Amygdalarum ãã *P.* 4, digerendo cum Radicis Alcannae *P.* 1 tinctae colentur et commixtae cum Olei Rosarum *P.* 1/500 in cistulas chartaceas fundantur. Massa refrigerata in tabulas quadratas secetur.

Ph. Russ. Cerae flavae *Gm.* 60, Cetacei

Decigm. 75, Olei alkannati *Gm.* 90 leni calore colliquatis immisceantur Oleorum Rosarum, Citri et Bergamottae ãã Guttae 12, tum in cistulas effundantur etc.

Ceratum laudanisatum.

Cérat laudanisé.

Rp. Tincturae Opii crocatae *P.* 1,
Cerati Galeni *P.* 9.
Misce. *Ph. Gall.*

Ceratum Myristicae.

Balsamum Nucistae.

Rp. Cerae flavae *P.* 1,
Olei Olivar. Provinc. *P.* 2,
Olei Myristicae *P.* 6.
Colliquando mixtae in capsulas papyraceas effundantur. *Ph. Germ.*

Ceratum Resinae Pini.

Ceratum Picis *Ph. Germ.* Emplastrum resinosum *Ph. Helv.* Emplastrum piceum s. picatum. Ceratum citrinum. Unguentum Resinae *Ph. Brit.* *Emplâtre de Poix de Bourgogne. Ointment of Resin.*

Rp. Cerae flavae,
Sebi ãã *P.* 2,
Resinae Pini *P.* 3,
Terebinthinae *P.* 4,
Colophonii *P.* 8.
Colliquatae in cistulas effundantur. *Ph. Helv.*

Ph. Germ., Russ. Cerae flavae *P.* 4, Resinae Pini *P.* 2, Sebi taurini, Terebinthinae ãã *P.* 1 colliquatae in cistulas effundantur.

Ph. Brit. Resinae Pini grosso modo pulv. *P.* 2, Cerae flavae *P.* 1, Ungt. cerei *P.* 4 colliquatae colentur et usque ad refrigerationem agitentur.

Ph. Gall. Cerae flavae *P.* 1, Resinae Pini Burgundicae *P.* 3 colliquatae colentur.

Ceratum sulfuratum.

Cérat soufré.

Rp. Sulfuris loti *P.* 2,
Olei Amygdal. dulc. *P.* 1,
Cerati Galeni *P.* 10.
Misce. *Ph. Gall.*

Cerefolium. Herba recens. *Cerfeuil* (Anthriscus Cerefolium Hoffm.)

Cerium oxalicum. *Oxalate of Cerium.* ($2CeO, C^4O^6 + 6HO$). Efficitur praecipitando sal Cerii solutum addendo Ammonum oxalicum solutum. Sit pulvis granulosus albus, qui aqua non solvitur. (Dosis Centigm. 6 ad 13.) *Ph. Brit.*

Cerevisia antiscorbutica.

Bière antiscorbutique; Sapinette.

Rp. Fol. rec. Cochleariae,
Gemmar. rec. Pini ãã *P.* 3,
Rad. rec. Armoraciae *P.* 6.
Incisis affunde
Cerevisiae recentis *P.* 200.
Macera per quattuor dies, interdum agita, exprimendo cola et filtra. *Ph. Gall.*

Cetaceum. Sperma Ceti. *Blanc de baleine; Cétine. Spermaceti.* (Physeter macrocephalus L.)

Ceterach. Frons. *Ceterach; Doradille.* (Ceterach officinarum DC. s. Asplenium Ceterach L.)

Chamaedrys. Herba florens. *Germandrée; Chamaedrys; Petit-Chêne.* (Teucrium Chamaedrys L.)

Chamaepitys. Summitates florescentes. *Ivette; Chamaepitys.* (Ajuga Chamaepitys Schreb.)

Chamomilla Romana s. **Anthemis.** Flores. Anthemidis Flores. Oleum aethereum. *Camomille Romaine. Chamomile Flowers Ph. Brit.* (Anthemis nobilis L.) *Nota.* Oleum Anthemidis, *Oil of Chamomile. Ph. Brit.*

Chamomilla (vulgaris). Flores. Oleum aethereum. *Camomille commune; Camomille d'Allemagne.* (Matricaria Chamomilla L.)

Charta antarthritica.

Sparadrapum antarthriticum. *Papier antiarthritique.*

Rp. Adipis suilli *P.* 754,
Cerae flavae *P.* 142,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0048-2 DFG

Cetacei *P.* 94
Extracti aetherei Mezerei *P.* 10.
Hoc unguento charta parce oblinatur. *Ph. Gall.* (e *Ph. Bad.*, *Belg.*)

Charta antasthmatica.

Charta fumifera *Ph. Gall. Carton fumigatoire. Carton antiasthmatique.*

Rp. Chartae griseae, non glutinatae *Gm.* 120,
Kali nitrici pulv. *Gm.* 60,
Herbae vel Foliorum pulverat.
Belladonnae,
Stramonii,
Digitalis,
Lobeliae inflatae
Fructuum Phellandrii pulv. ãã *Gm.* 5,
Myrrhae pulveratae,
Olibani pulv. ãã *Gm.* 10.
Discerpe chartam et macera in aqua, ut emollescat, tum, aqua maxima ex parte exstillando separata, contunde, donec in massam pultiformem aequabilem redacta fuerit. Haec massa, admixtis illis pulveribus notatis, in capsulas e ferro stannato confectas eo modo immittatur, ut strages quam maxime aequae et planae efficiantur, quae calore hypocausti siccentur. Postremo strages dissecando in laminas rectangulares dividantur. *Ph. Gall.*

Charta arsenicalis.

Cigarettes arsenicales; Papier arsenical.

Rp. Natri arsenicici cryst. *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 30.
Liquore hoc charta bibula imbuatur, quae siccata in partes aequales viginti (20) dividatur, quarum singulae contineant Centigrammata quinque salis arsenicici.

Pars chartae hujus arsenicalis in tubulum convoluta inseratur tubulo cigaretaceo, e charta facto. *Ph. Gall.*

Charta ad Cauteres.

Papier à cautères.

Rp. Picis albae depuratae *P.* 45,
Cerae flavae *P.* 60,
Terebinthinae laricinae *P.* 10.
Leni calore colliquatis immisce
Balsami Peruviani *P.* 2.
Massa, si opus fuerit colata, supra chartam modo sparadrapi extendatur, quae in tabulas Centimetra 9 longas et Millimetra 65 latas dissecando dividatur. *Ph. Gall.*

Charta chemica.

Papier dit chimique.

Rp. Olei Olivarum *P.* 200.
In lebetem satis capacem immissae igne aperto calefiant, donec vapores emittere coeperint. Tum inter agitationem
Minii pulverati *P.* 100
paulatim ingerantur. Effervescentia inde orta remissa, miscelam inter agitationem incalfacere perge, donec iterum effervescere coeperit. Tum, lebete remoto ab igne, assidue agita, ut spuma albida exoriatur. Quo facto inter agitationem adde
Cerae flavae *P.* 6.
Charta, cui haec massa emplastica inducenda est, sit tenerrima sericea (charta musselinea), et antea massa secundum praeceptum sequens parata imbuendo densetur:

Rp. Olei Lini *P.* 100,
Bulbi Allii sativi concisi *P.* 10.
Calefiant igne aperto, donec bulbus Allii fuscescat humidumque consumtum fuerit, tum colentur. Colaturae immisce
Olei Terebinthinae *P.* 80,
Ferri oxydati rubri laevigati *P.* 40,
Cerussae cum Olei paulo laevigati *P.* 15.
Charta miscela hac spongiae ope marinae peruncta per hebdomades duas in virgis suspensa teneatur, ut siccetur.

Pagina tantum una chartae hoc modo praeparatae ope penicilli vel instrumenti proprii massa emplastica supra notata illinatur. *Ph. Gall.*

Charta epispastica.

Papier épispastique.

Rp. Cerae albae *P.* 24,
Cetacei *P.* 9,
Olei Olivarum *P.* 12,
Terebinthinae laricinae,
Cantharidum pulv. ãã *P.* 3,
Aquae *P.* 30.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0049-1 DFG

In lebetem stanno obductum immissae per horas duas inter continuam agitationem leniter ebulliant, dein per pannum laneum sine expressione fundantur. Colatura in vas planum ingesta calore balnei aquae calefiat, tum taeniae latiores chartae eo modo supra massam liquidam trahendo ducantur, ut tantum pagina una chartae pinguedine inducatur.

Charta hoc modo uncta in tabulas magnitudine Chartae ad cauteres dissecando dividatur.

Praeceptum notatum praebet Chartam epispasticam No. I. Ad parandam Chartam epispasticam No. II quantitas Cantharidum parte una (1) augenda est. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Cerae albae *P.* 16, Spermaceti *P.* 6, Olei Olivarum *P.* 8*v* (*P.* 7⅓), Resinae Pini *P.* 3 colliquatis adde Cantharidum pulv. *P.* 4, Aquae destillatae *P.* 24*v.*, tum digere inter continuam agitationem calore balnei aquae per horas duas et cola. Massae unguinosae, ab liquore aquoso separatae et liquatae adde Balsami Canadensis *P.* 1. Charta ratione a Pharmacopoea Gallica praecepta massa hac unguinosa illinenda est.

Charta cum Gnidii Extracto.

(Charta mezereata.) *Papier au Garou.*

Rp. Extracti aetherei Gnidii *P.* 15.
Solutis in
Spiritus V. rectfss. *P.* 50
adde
Cerae albae *P.* 240,
Cetacei *P.* 90,
Olei Olivarum *P.* 120,
Terebinth. laricinae *P.* 30
Leni calore colliquatae tamdiu calefiant, donec Spiritus Vini evaporando consumptus fuerit, tum colentur per linteum. Massa eodem modo in chartam inducatur, qui de paratione Chartae epispasticae notatus est.

Praeceptum praebet Chartam Gnidii No. I. Ad parandam Chartam No. II quantitas Extracti Gnidii partibus quinque (5) augenda est. *Ph. Gall.*

Charta nitrata.

Papier nitré.

Charta bibula, solutione aquosa concentrata, calore non adhibito e Kali nitrico effecta imbuatur, quae de funiculo tenso suspensa siccetur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Kali nitrici *P.* 1 solvatur in Aquae destillatae *P.* 4. Hac solutione charta bibula imbuta siccetur.

Charta physostigminata s. calabarata.

Rp. Extracti seminis Physostigmatis *Centigr.* 125.
Solve in
Spirit. Vini rectfss. *Centigr.* 625,
Aquae destill. *Decigr.* 125,
et sepone per horas viginti quatuor, tum filtra. Hoc liquore, in planam patinam immisso, segmenta chartae bibulae tenuioris, antea trutina accurate examinata, imbuantur et loco umbroso tepidoque siccentur, quae operatio imbuendi et siccatio repetatur. Quo facto segmenta singula sicca, iterum trutina examinata, premendo laevigentur et lineamentis quadrata conformantibus signentur, ita tamen, ut quadrata 240—250 Extracti Centigrammata 6 contineant. Quodque segmentum chartae, quae Decigramma 1 Extracti continet, dividatur in 400 quadrata. *Ph. Russ.*

Charta picata.

Charta resinosa. *Emplâtre du pauvre homme; Papier goudronné.*

Rp. Colophonii *P.* 3,
Picis liquidae *P.* 2,
Cerae flavae *P.* 1.
Leni calore colliquatis charta illinatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Picis nigrae *P.* 3 solvantur leni calore balnei vaporum in Olei Terebinthinae *P.* 1 et, si opus fuerit, colentur. Colatura per aliquot dies seposita, tum decanthata ope penicilli chartae sericeae inducatur, quae per nonnullas hebdomades loco sicco suspendatur.

Chelidonium. Herba. *Chélidoine; Éclaire.* (Chelidonium majus L.)

Chenopodium ambrosiacum. Summitates florentes. Herba. *Ambroisie du Mexique* (Chenopodium ambrosioïdes L.)

Chermes s. Grana Kermes. *Kermès animal.* (Coccus Ilicis femina.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0050-2 DFG

China Calisaya s. **Cinchona flava.** Cortex. China regia. *Quinquina Calisaya; Quinquina jaune royal. Yellow-Cinchona.* (Cinchona Calisaya Weddell.)

China fusca s. **grisea.** Cortex Chinae s. Cinchonae fuscus s. griseus s. pallidus s. Huanuco s. Loxensis. *Quinquina gris Huanuco. Grey Bark; Pale-Cinchona Bark.* (Cinchona micrantha Ruiz et Pavon., Cinchona Condaminea Humb. etc.)

China rubra. Cortex Chinae s. Cinchonae ruber. *Quinquina rouge. Red-Cinchona Bark.* (Cinchona succirubra Pavon etc.)

China (ponderosa). Rhizoma. *Squine.* (Smilax China L.)

Chininum arsenicicum.

Chininum arsenicum. Arsenias Chinini.

Rp. Natri arsenicici exsiccati *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 96,
Chinini sulfurici *P.* 5.

Arseniati natrico, Aqua destillata ebulliente soluto, injiciatur Sulfas Chinini, et bene agitetur. Mixtura per viginti quatuor horas seponatur, ut massa crystallina exoriatur, quae paulo aquae frigidae abluta loco tepido siccetur. Dosis maxima: Millig. 15. *Ph. Russ.*

Chininum citricum.

Citras quinicus s. chinicus.

Rp. Acidi citrici *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 96,
Chinini hydrici *P.* 4.

Acido citrico Aqua destillata soluto Chininum addatur et inter lenem ebullitionem per horae quadrantem circiter continuandam solutio efficiatur. Liquor seponatur, ut crystallula concrescant. *Ph. Russ.*

Chininum ferrico-citricum.

Chininum ferro-citricum. Ferro-Chininum citricum. Citras Ferri et Quiniae. *Citrate of Iron and Quinia.*

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 13,
Chinini sulfurici *P.* 2,
Acidi sulfurici diluti (pond. spec. 1,094) *P.* 3,
Acidi citrici *P.* 6,
Ammoni caustici soluti *q. s.*,
Aquae destillatae *q. s.*

Ammoni caustici soluti *P.* 16 dilutae Aquae destillatae *P.* 80 inter agitationem immisceantur Ferro sulfurico oxydato soluto, quod antea Aquae destillatae *P.* 80 dilutum est. Mixtura aliquoties agitata post horas duas in colatorium ingeratur et praecipitatum hoc modo collectum perfecte Aqua destillata eluatur.

Postibi Chininum sulfuricum in Aquae destillatae *P.* 16 cum Acido sulfurico diluto solvatur, ex quo liquore addendo Ammoni caustici soluti quantitatem excedentem Chininum hydricum praecipitetur, quod in filtro collectum sensim affundendo Aquae destillatae *P.* 60 eluatur.

Acido citrico, calore aquae balnei in Aquae destillatae *P.* 10 soluto, adde illud praecipitatum ferricum, antea ab aqua quam maxime liberatum, et agita, ut solutio perficiatur. Quo facto admisce Chininum hydricum agitationem continuando, donec solutum fuerit. Liquori refrigerato paulatim atque parvis temporis spatiis intermissis immisce Ammoni caustici soluti *P.* 3, antea Aquae destillatae *P.* 4 dilutas, ita tamen, ut portio altera Ammoni non prius addatur, quam Chininum inde praecipitatum resolutum fuerit. Postremo liquor filtretur, evaporando ad syrupi spissitudinem redigatur et laminis porcellaneis vel vitreis inductus calore 38° C. non excedente exsiccetur. Denique sal conradendo collectum in lagenas bene obturandas condatur. Sint lamellae coloris e viridulo aurei, paulum hygroscopicae. *Ph. Brit.*

Ph. Germ. Acidi citrici *P.* 6, solutis Aquae destillatae *P.* 100, injiciantur Ferri pulverati *P.* 3, et solutio leni calore perficiatur. Evolutione gasis Hydrogenii finita liquor filtretur, evaporando ad voluminis quadrantem redigatur et cum Chinini hydrici *P.* 1 commisceatur. Quo facto liquor usque ad spissitudinem syrupi redactus et ope penicilli laminis vitreis vel orbibus porcellaneis inductus leni calore exsiccetur. Sint lamellae pellucidae e rubro fuscae.

Ph. Russ. Chinini citrici *P.* 3, et Ferri citrici *P.* 12 solvantur in Aquae destill.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0051-8 DFG

P. 144 et leni calore in lamellas, ut supra notatum est, redigantur.

Chininum hydricum.

Chininum purum. Hydras quinicus. Chinium. Quinina. Quinia. *Quinine. Quinia.* ($C^{40}H^{24}N^2O^4 + 6HO$.)

Chininum sulfuricum additis aliquot guttis Acidi sulfurici diluti solvatur in vigintuplo Aquae destillatae et misceatur cum Natro hydrico soluto, donec reactio alkalina apparuerit, nec ulterius addendo praecipitatum amplius augeatur. Praecipitatum aqua destillata eluatur lenique calore siccetur. *Ph. Helv.*

Ph. Gall., Germ., Russ.

Chininum hydrochloratum.

Hydrochloras quinicus.

Rp. Baryi chlorati *P.* 18.
Aquae destillatae *P.* 500
solutis adde
Chinini sulfurici *P.* 64.
Digere inter agitationem calore 100° C. per semihoram, tum filtra, praecipitatum
Aquae destillatae *P.* 100
eluendo. Liquor filtratus calore 50 vel 60° C. in crystalla redigatur, quae inter chartam bibulam exprimantur et calore quam minimo siccentur. *Ph. Germ.*

Chininum sulfuricum.

Sulfas quinicus s. chinicus. Sulphas Quiniae. *Sulfate de Quinine. Sulphate of Quinia.* ($C^{40}H^{24}N^2O^4$, HO, SO^3, 7 HO.)

Chininum sulfuricum acidum.

Sulfas quinicus (s. chinicus) acidus. Chininum bisulfuricum. *Sulfate acide de Quinine.* ($C^{40}H^{24}N^2O^4$, 2HO, $2SO^3$, 14HO.)

Rp. Chinini sulfurici *P.* 100.
Solve in
Acidi sulfurici concentr. *P.* 12,
antea dilutis
Aquae destillatae *q. s.*
Liquor calore balnei aquae evaporando seponendoque in crystalla cogatur. *Ph. Gall.*

Chininum valerianicum.

Valeras quinicus. *Valérianate de Quinine; Valerate de Quinine.* ($C^{40}H^{24}N^2O^4$, $C^{10}H^9O^3$, 2 HO.)

Rp. Chinini puri *P.* 3.
Spiritus V. rectfss. fervidi *P.* 10
solutis adde
Acidi valerianici *P.* 1
vel tantum, ut paulum praevaleat. Dein liquor, admixtis
Aquae destill. fervidae *P.* 10,
calore 50° C. non excedente in crystalla cogatur. *Ph. Germ.*, (*Gall.*)

Chinoïdinum. Chinioideum. Chininum amorphum fuscum. Massa fusca, specie resinae, in aqua ex parte, in Spiritu Vini, Aethere et Acidis aqua dilutis tota solubilis; quae in paratione Chinini e lixiviis subsicivis secernitur.

Chirata s. Chirayta.

Herba. *Chiretta.* (Ophelia Chirata s. Chyrayta Grieseb. s. Agathotes Chirayta Don.) *Ph. Brit.*

Chloroformium.

Chloroforme. Chloroform. Chloroformum Ph. Brit.

Ph. Gall. Pond. spec. 1,480. Punctum ebullitionis 60°,8 C.
Ph. Helv., Brit. Pond. spec. 1,490.
Ph. Russ. Pond. spec. 1,492 ad 1,495.
Ph. Germ. Pond. spec. 1,492 ad 1,496.

Chlorum aqua solutum.

Aqua Chlori s. chlorata. Liquor Chlori. *Chlore dissous; Solution aqueuse de Chlore. Solution of Chlorine.*

Ph. Gall., Germ., Helv., Brit., Russ. Aqua destillata temperiei mediae gase Chlori saturata.

Chlorum spirabile.

Vapor Chlori. *Inhalation of Chlorine.*

Rp. Calcariae chloratae *Gm.* 60,
Aquae frigidae *q. s.*
Calcaria chlorata in apparatum idoneum ingesta misceatur cum aqua et vapor inde excedens hauriatur. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0052-4 DFG

Cichorium. Folia. Radix. *Cichorée.* (Cichorium Intybus L.)

Cigaretae cum Belladonna.

Cigarettes de Belladone.

Rp. Foliorum Belladonnae *q. v.* Foliis incisis tubuli cigaretacei, e charta confecti, ope moduli proprii impleantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Cigaretae (*les Cigarettes*):
Digitalis (*de Digitale*).
Hyoscyami (*de Jusquiame*).
Nicotianae (*de Nicotiane*).
Stramonii (*de Stramoine*)
etc. etc.

Cina. Flores s. Capitula. (Santonica; Semen Cinae). Oleum aethereum. *Semen-contra; Semencine; Barbotine. Santonica.* (Artemisiae species e sectione Seriphidii adhuc ignota.)

Cinchoninum. Cinchonium. Cinchonina. *Cinchonine.*

Cinchoninum sulfuricum. Sulfas cinchonicus. *Sulfate de Cinchonine.* ($C^{40}H^{24}N^2O^2$, HO, SO^3, 2HO.)

Cinnamomum (Ceylanicum s. acutum). Cortex. Oleum aethereum. *Cannelle* (*de Ceylan*). *Cinnamon.* (Cinnamomum Ceylanicum Breyne.)

Cinnamomum Cassia. Cortex. Flores. Oleum aethereum. *Cannellier* (*Fleurs de*). Oleum Cassiae, *Essence de Cassia.*

Nota. Fleurs de Cassie de Grasse i q. flores Acaciae Farnesianae DC.

Citrus s. Limon. Cortex fructus. Fructus. Oleum aethereum ex epicarpio expressum (Oleum Citri s. de Cedro). Succus. *Citron; Limon. Lemon.* (Citrus Medica Limonum Risso.)

Citrus Cedra. Citrus Medica. Fructus. Oleum aethereum ex epicarpio expressum. *Cédrat.* (*Cédratier de Médie;* Citrus medica L. Citrus Cedra Lk.)

Clyster s. Clysterium. Conf. **Enema.**

Coca. Folia. *Coca.* (Erythroxylum Coca Lamk.)

Coccionella s. Coccus. *Cochenille. Cochineal.* (Coccus Cacti L.)

Cocculus. Fructus. *Coque du Levant.* (Menispermum Cocculus L., Anamirta Cocculus Arnott).

Cochlearia. Herba recens florens. *Cochléaria.* (Cochlearia officinalis L.)

Cocos. Oleum. (Oleum Cocoïs.) (Cocos nucifera L.)

Codeïnum.

Codeïna. *Codéine.* ($C^{36}H^{21}NO^6$, 2HO.)

Hoc alkaloïdes liquore hydrochlorico, ex quo addito Ammono caustico Morphinum praecipitatum est, continetur. Liquor a praecipitato morphinico filtratione liberatus inspissando praebet crystalla varia ex hydrochloratibus Codeïni Ammonique constantia. Crystalla salis codeïnici, cum cura electa, aqua ebulliente solvantur, quae solutio refrigeratione crystalla sericea, ad fasciculos coacervata demittit. Crystallula haec Hydrochloratem Codeïni paulo Morphino inquinatum sistentia cum Kali hydrico soluto, excessum cavendo, conterantur, quo Morphinum solvatur. Pars non soluta, Codeïnum praecipitatum sistens, primum massae viscosae similis, sensim pelluciditate orbatur, tumescit atque in massam pulveream abit, quae paulo aquae frigidae abluta siccetur, tum Aetheris quantitate sufficiente ebullientis solvatur. Solutio hoc modo effecta, aquae paulo admixto, seponatur, ut evaporatione spontanea Codeïnum crystallisatum demittat.

Sint crystallula leviora, a prismate rhomboïdali recto derivata, quorum partes 1,26 calore 15° C. solvuntur aquae partibus centenis, formulae $C^{36}H^{21}NO^6$, 2HO. Solutio aethere absoluto facta Codeïnum anhydricum praebet. *Ph. Gall.*

Coffea. Semina. *Café.* (Coffea Arabica L.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0053-9 DFG

Coffeïnum. Theïnum. Guaraninum. Substantia alkaloïdea, crystalla alba sericeo-nitentia praebens, ex Coffeae seminibus secreta. ($C^{16}H^{10}N^4O^4 + 2HO$.)

Colchicum. Bulbus. Flos. Semina. *Colchique. Colchicum.* (Colchicum autumnale L.)

Collodium.

Collodion.

Rp. Gossypii nitricati (Colloxylini) *P.* 7.

Solvantur in mixtura parata ex

Aetheris, pd. sp. 0,720, *P.* 64,
Spirit. Vini alcoholisati *P.* 22,

tum addantur

Olei Ricini *P.* 7.

Ph. Gall.

Ph. Germ., Helv. Gossypii nitricati *P.* 1 solvatur in Spiritus Vini rectfss. *P.* 3, Aetheris *P.* 18. Post sedimentationem liquor pellucidus decanthetur.

Ph. Russ. Gossypii nitricati *P.* 1, Spiritus Vini alcoholisati (pond. spec. 0,812—0,816) *P.* 3, Aetheris *P.* 18.

Ph. Brit. Gossypii nitricati *P.* 1, Spiritus Vini rectfss. *P.* 12*v*, Aetheris *P.* 36*v*.

Collodium cantharidatum.

Collodium vesicans.

Paretur aequali modo quo Collodium, nisi quod loco Aetheris adhibeatur

Aether cantharidatus,

qui paretur ex

Cantharidum grosso modo pulv. *P.* 4

et Aetheris *P.* 6,

ita ut colaturae sint *P.* 4. *Ph. Germ., Helv.*

Ph. Russ. praecipit Aetherem cantharidatum paratum ex Cantharidum contusarum *P.* 7, Aetheris *P.* 7 et Aetheris acetici *P* 2 macerando per quatuor dies. In hujus Aetheris *P.* 64 solvantur Colloxylini (Pyroxylini) *P.* 3.

Collodium flexile.

Flexible Collodion.

Rp. Collodii *Gm.* 280,
Balsami Canadensis *Gm.* 16,
Olei Ricini *Gm.* 7.

Confundendo agitandoque misceantur. *Ph. Brit.*

Collyrium cum Lapide divino.

Collyre avec la Pierre divine.

Rp. Lapidis divini *Decigm.* 4,
Aquae destillatae *Gm.* 100.

Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Collyrium opiatum.

Collyre opiacé.

Rp. Extracti Opii *Decigm.* 2,
Aquae Rosae *Gm.* 100.

Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Collyrium siccum cum Hydrargyro chlorato miti.

Collyrium cum Chloruretо hydrargyroso. *Collyre sec au Calomel.*

Rp. Hydrargyri chlorati mitis laevigati,
Sacchari albi ãã *Gm.* 10.

Misce; fiat pulvis subtilissimus. *Ph. Gall.*

Collyrium cum Zinco sulfurico.

Collyrium cum Sulfate zincico. *Collyre avec le Sulfate de Zinc.*

Rp. Zinci sulfurici *Centigm.* 15,
Aquae Rosae *Gm.* 100.

Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Colocynthis. Fructus decorticatus. *Coloquinte. Colocynth Pulp.* (Citrullus Colocynthis Arnott.)

Colocynthis praeparata.

Trochisci Alhandal.

Rp. Fructus Colocynthidis decorticati, a seminibus liberati ac minutissime concisi *P.* 5,
Gummi Arabici pulv. *P.* 1.

Instillando aquam contundantur, ut fiat pasta, quae exsiccata in pulverem subtilem redigatur. *Ph. Helv.*, (*Russ.*)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0054-5 DFG

Colombo s. Calumba.

Radix. *Colombo. Calumba.* (Cocculus palmatus DC.)

Colophonium. (Resina).

Colophone; Arcanson. Resin. (Pinus et Abies, variae species.)

Conchae praeparatae.

Testae Ostreae edulis aqua communi superinfusa decoquantur, ope scoparum setacearum mundentur et ablutae pulverataeque laevigentur. *Ph. Germ., Russ.*

Confectio Opii.

Electuarium Opii. *Confection of Opium.*

Rp. Pulveris Opii comp. *Decigm.* 125,
Syrupi Sacchari *Gm.* 37.
Misce. Dosis Decigm. 3—13. *Ph. Brit.*

Confectio Piperis.

Electuarium Piperis. *Confection of Pepper.*

Rp. Piperis nigri subt. pulv. *P.* 2,
Fructuum Carvi subt. pulv. *P.* 3,
Mellis depurati *P.* 20.
Misce. *Ph. Brit.*

Confectio Scammonii.

Electuarium Scammonii *Confection of Scammony.*

Rp. Scammonii subt. pulv. *Gm.* 85,
Rhizomat. Zingiberis subt. pulv. *Decigm.* 425,
Syrupi Sacchari *Gm.* 115,
Mellis depurati *Gm.* 57.
Bene commixtis adde conterendo
Olei Carvi *Gm.* 3,
Olei Caryophyllorum *Decigm.* 17.
Dosis *Decigm.* 6 — *Gm.* 2. *Ph. Brit.*

Confectio Sulfuris.

Electuarium Sulfuris. *Confection of Sulphur.*

Rp. Sulfuris sublimati *Gm.* 24,
Kali bitartarici pulv. *Gm.* 6,
Syrupi Aurant. cort. *Gm.* 32.
Terendo misceantur. *Ph. Brit.*

Confectio Terebinthinae.

Confection of Turpentine.

Rp. Olei Terebinthinae *Gm.* 25,
Radicis Glycyrrhizae pulv. *Gm.* 30,
Mellis depurati *Gm.* 80.
Oleo et Radici contritis admisceatur Mel. Dosis *Decigm.* 37 — *Gm.* 7. *Ph. Brit.*

Coniinum.

Cicutina. Conicinum *Conicine; Conine; Cicutine.* ($C^{16}H^{15}N$).

Rp. Fructuum Conii *P.* 3000,
Calcariae hydricae *P.* 1500,
Kali carbonici *P.* 375,
Aquae *P.* 6000.

Fructibus contusis, cum aqua Calcariaque commixtis addatur Kali carbonicum, tum destillatio efficiatur, quamdiu liquor alkalinus elicitur, qui Acido sulfurico diluto ad justum neutralisationis punctum redactus calore balnei aquae ad syrupi spissitudinem usque evaporet. Massa inde residua, in lagenam immissa, mixtura ex Spiritus Vini *P.* 2 et Aetheris *P.* 1 effecta superfundatur atque bene agitetur. Liquor filtratione a sulfate ammonico liberatus destillet, ut Spiritus Vini maxima ex parte separetur. Residuum ex destillatione in patinam fusum, admixta aquae parva quantitate, tamdiu calefiat, donec omnis Spiritus Vini effugerit, tum cum volumine dimidio liquoris Kali hydrici concentrati commixtum calore balnei olei vel Calcii chlorati destillet. Liquor aquosus elicitus, Coniino innatante ademto, retortae denuo immittatur atque destillet, qua destillatione saepius reficienda omne Coniinum colligendum est.

Coniinum obtentum, conquassando cum Kali hydrico recens fuso ab aqua liberatum, retortae infundatur, ex qua aut post aërem exhaustum aut inter gas Hydrogenium per retortam permittendum destillet. Kilogrammata terna fructuum recentium praebent Coniini Grammata tricena.

Sit liquor coloris expers, limpidus, odoris penetrantis acris ingratique, densitatis 0,878, calore 212° C. ebulliens, in aqua parum solubilis. Solutio aquosa,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0055-1 DFG

calore non adhibito effecta, inter calefaciendum turbatur. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Dosis maxima Millig. tria. Pond. spec. 0,89.

Ph. Germ. Dosis maxima Milligramma unum, singulis diebus Millig. tria. Pond. spec. 0,89.

Coniinum spirabile.

Vapor Coniae. *Inhalation of Conia.*

Rp. Extracti Conii,
Kali hydrici soluti ãã *Gm.* 4,
Aquae destillatae *Gm.* 38.

Misce. Instillentur Guttae 20 mixturae spongiae, quae apparatui idoneo imposita est, ut vapor aquae fervidae supra spongiam transductus hauriri possit. *Ph. Brit.*

Conium. Folia. Fructus. *Ciguë. Hemlock.* (Conium maculatum L.)

Conserva Cassiae.

Conserve de Casse. Casse cuite.

Rp. Pulpae Cassiae *P.* 10000,
Syrupi Violarum *P.* 7500,
Sacchari albi *P.* 2000,
Olei Aurant. florum *P.* 5.

Mixtae, Oleo excepto, calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam evaporent, sub finem operationis Oleum Aurantii florum immisceatur. *Ph. Gall.*

Conserva Cochleariae.

Conserve de Cochléaria.

Rp. Fol. rec. Cochleariae *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 3.

In mortario marmoreo contundendo in pultem tenerrimam redactae per cribrum setaceum trajiciantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur Conservae plantarum ceterarum.

Conserva Cynosbati.

Confectio Rosae caninae *Ph. Brit.* Conserva Cynorrhodi. *Conserve de Cynorrhodon. Confection of Hips.*

Rp. Hypanthior. Rosae caninae *q. v.*
Sacchari albi pulv. *q. s.*

Hypanthia recentia, ante perfectam maturitatem collecta, a perianthiis (calycibus) et parte tumescente pedunculi liberentur et carpellis atque pilis mundentur.

Tum hypanthia Vino albo conspersa in cella frigida seponantur et interdum agitentur, donec fuerint satis emollita. Dein in mortario lapideo ad pultem contusorum et per cribrum setaceum trajectorum *P.* 2 misceantur cum Sacchari *P.* 3, inter calefaciendum per aliquod tempus calore balnei aquae. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Hypanthiorum Rosae mundatorum *P.* 1 in mortario lapideo ad pultem contundatur, tum per cribrum trita cum Sacchari *P.* 2 bene conteratur.

Conserva Rosarum.

Confectio Rosae Gallicae *Ph. Brit. Conserve de Rose. Confection of Roses.*

Rp. Petalorum Rosae Gallicae pulv. *P.* 5,
Aquae Rosarum *P.* 10,
Sacchari pulv. *P.* 40.

Petala cum Aqua Rosarum mixta stent per duas horas, tum admisceatur Saccharum, ut terendo conserva efficiatur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Petal. recent. Rosae rubr. *P.* 1 in mortario lapideo ad pulpam contusa cum Sacchari *P.* 3 conteratur.

Conserva Tamarindorum.

Conserve de Tamarins.

Rp. Pulpae Tamarindorum,
Aquae ãã *P.* 50,
Sacchari pulv. *P.* 125.

Pulpae cum aqua mixtae et calore balnei aquae emollitae admisceatur Saccharum, tum mixtura ad *P.* 200 remanentes evaporet. Partes quaternae continent *P.* 1 pulpae. *Ph. Gall.*

Consolida. Radix. *Consoude.* (Symphytum officinale L.)

Convallaria. Flores. *Muguet.* (Convallaria majalis L.)

Copaiva s. **Copaiba.** Balsamum. Oleum aethereum. *Copahu. Copaiva.* (Copaiferae variae species.)

Corallium rubrum. *Corail rouge.* (Isis nobilis Pall., Corallium rubrum Lamk.)

Coriandrum. Fructus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0056-6 DFG

Oleum aethereum. *Coriandre. Coriander.* (Coriandrum sativum L.)

Cornu Cervi. *Corne de cerf; Bois de cerf.* (Cervus Elaphus L.)

Cotula foetida. Flores. *Camomille puante; Maroute.* (Anthemis Cotula L.) *Ph. Gall.*

Crocus. Stigmata. *Safran. Saffron.* (Crocus sativus L.)

Croton. Semina. Oleum seminum expressum. *Croton-tiglium; Grains de Tilly; Grains des Moluques. Croton.* (Croton Tiglium L.)

Cubebae. Fructus. Oleum aethereum fructus. *Cubèbes; Poivre à queue. Cubebs.* (Cubeba officinarum Miq.)

Cucumis. Fructus. Semina (Semina Cucumeris). *Concombre.* (Cucumis sativus L.)

Culilabanum. Cortex. *Culilawan; Cannelle giroflée des Moluques.* (Cinnamomum Culilawan Blume.)

Cuminum. Fructus. Oleum aethereum. *Cumin.* (Cuminum Cyminum L.)

Cupressus. Strobili. *Noix de Cyprès.* (Cupressus sempervirens L.)

Cuprum. *Cuivre. Copper.*

Cuprum aceticum. Acetas cupricus. *Acétate de Cuivre cristallisé; Verdet cristallisé.*

Cuprum aluminatum.

Lapis divinus. Lapis ophthalmicus St. Yvesii. *Pierre divine.*

Rp. Cupri sulfurici cryst.,
Kali nitrici,
Aluminis cum Kali ãã *P.* 20.

Pulveratae, in crucibulum immissae eo modo calefiant, ut in aqua crystallisationis deliquescant, tum, admixta

Camphorae pulv. *P.* 1,

massa in lapidem oleo parce inunctum effundatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Cupri sulfurici, Kali nitrici, Aluminis ãã *P.* 16 pulveratae et mixtae in patina porcellanea leni calore liquescant, tum ab igne remotis celeriter admisceantur Camphorae tritae et Aluminis pulv. ãã *P.* 1, antea commixtae. Massa in orbem porcellaneum effusa post refrigerationem diffringatur.

Ph. Helv., Russ. Cupri sulfurici, Kali nitrici, Aluminis ãã *P.* 16 et Camphorae *P.* 1.

Cuprum carbonicum.

Carbonas cupricus. ($CuO,CO^2 + CuO,HO$.)

Rp. Cupri sulfurici *P.* 5.
Aquae destillatae *P.* 30

solutae filtrentur et paulatim inter agitationem instillentur in

Natri carbonici cryst. *P.* 6,

solutas in

Aquae destillatae *P.* 40.

Praecipitatum inde effectum filtro colligatur atque aqua bene elutum siccetur. Sit pulvis viridis. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Paretur aequali modo ex Cupri sulfurici *P.* 4, Natri carbonici *P.* 5, solvendis aqua communi.

Cuprum chloratum ammoniacale solutum concentratum.

Liquor antimiasmaticus Koechlini. Liquor Cupri ammoniato-hydrochlorici concentratus.

Rp. Cupri carbonici *Decig.* 22.
Solve

Acidi hydrochlorici puri diluti *Decig.* 112.

Tum admisce

Ammoni hydrochlorici *Gm.* 30,
Aquae destillatae *Gm.* 105

soluta, et filtra.

Sit liquor limpidus, coloris smaragdini, pond. spec. 1,075. Partes sexagenae continent *P.* ½ Cupri metallici et *P.* 12 Ammoni hydrochlorici. *Ph. Russ.*

Cuprum oxydatum.

Rp. Cupri carbonici *q. v.*

In crucibulum porcellaneum immittatur et igne aperto percalfiat, ut Acidum carbonicum cum aqua perfecte fugetur. Sit pulvis niger. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Paretur praecipitando Cupri sulfurici *P.* 10, solutas in Aquae destillatae fervidae *P.* 120, instillando Kali hy-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0057-2 DFG

drici soluti *P.* 15. Praecipitatum calore balnei aquae tamdiu digeratur, donec colorem nigerrimum acceperit. Tum elotum siccetur.

Ph. Helv. Praecipitatum ex Cupro sulfurico in Aquae destillatae quadrupla quantitate soluto effectum addendo Kali vel Natrum hydricum solutum eluatur, siccetur et in patina porcellanea igne modico calefiat, donec prorsus atrum factum sit et ulterius calefaciendo non amplius pondere imminuatur.

Cuprum subaceticum s. **Aerugo.** *Acétate de Cuivre basique; Sous-acétate de Cuivre; Vert-de-gris.*

Cuprum sulfuricum. Vitriolum cupricum purum. Sulfas cupricus. *Sulfate de Cuivre; Couperose bleue; Vitriol bleu. Sulphate of Copper.* ($CuO, SO^3 + 5HO$) *Ph. Gall., Brit.*

Rp. Ramentorum Cupri *P.* 10.
Superinfunde
Acidi sulfurici puri *P.* 17,
Aquae destill. *P.* 60,
Acidi nitrici *P.* 20.
Primum digere, dein usque ad ebullitionem calefac. Postquam cuprum solutum fuerit, liquor ad siccum evaporet. Massa residua solvatur
Aquae destillatae
quadrupla quantitate et post filtrationem in crystalla cogatur. *Ph. Germ.*, (*Ph. Helv., Russ.*)

Cuprum sulfuricum ammoniatum. Ammoniacum cuprico-sulfuricum. Sulfas cuprico-ammonicus. *Sulfate de Cuivre ammoniacal. Ammonio-sulphate of Copper.* ($NH^4O, SO^3 + NH^3, CuO$).

Ph. Gall., Germ., Helv., Russ. Sal effectum praecipitando Cuprum sulfuricum liquore Ammoni caustici solutum admixtione Spiritus Vini.

Curare s. **Urari** s. **Wurara.** *Curare; Ourari; Wourali; Woorara.* Venenum, quo Indiani utuntur ad sagittas venenandas.

Curcas. Semina. *Curcas; Graine de Médicinier; Pignon d'Inde.* (Jatophra Curcas L.)

Curcuma. Rhizoma. *Curcuma (long et rond).* (Curcuma tinctoria Guib.)

Cusso s. **Kusso.** Flores. *Cousso. Kousso.* (Hagenia Abyssinica Willd.)

Cyanus. Flores. *Bluet; Barbeau.* (Centaurea Cyanus L.)

Cydonia. Fructus. Semina. *Coïn; (Cognasse).* (Cydonia vulgaris Pers.)

Cynoglossum. Radix. *Cynoglosse.* (Cynoglossum officinale L.)

Cynosbatos s. **Rosa canina.** Fructus s. Hypanthia et nuces Cynosbati s. Cynorrhoda. *Rosier sauvage; Églantier (sauvage). Dog-Rose; Hips.* (Rosa canina L.)

Dactyli. *Dattes; Fruits de Dattier* (Phoenix dactylifera L.)

Daucus. Fructus. Radix. *Carotte.* (Daucus Carota L.)

Decocta.

Apozemata. *Decoctions; Apozèmes.*

Decocta, si medicaminum dosis a medico non notata est, ea aquae quantitate instituenda sunt, ut colatura sit decupli ponderis substantiae adhibitae medicamentosae. Substantiarum efficaciorum dosis a medico semper definienda est. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Colatura sit octuplicis ponderis substantiae medicamentosae.

Decoctum album. Decoctum Cornu Cervi compositum. *Decoction blanche de Sydenham.*

Rp. Cornu Cervi usti praep. *Gm.* 10,
Micae panis albiss. *Gm.* 20,
Gummi Arab. pulv. *Gm.* 10,
Sacchari albi *Gm.* 60,
Aquae Naphae *Gm.* 10,
Aquae communis *q. s.*
vel quantitatem *Gm.* 1000 paulo superantem. Omnia, Saccharo Aquaque Naphae exceptis, conterendo bene mixta ebulliant per horae quadrantem, vase operculo munito. Colatura, cui Saccharum et Aqua Naphae addita sunt, exae-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0058-8 DFG

quet *Grammata* 1000*v* (*Litram* unam). *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Paretur coquendo Rasurae Cornu Cervi, Micae panis albiss. ãã *P.* 2, Aquae *P.* 144, Gummi Arab. *P.* 1, Sacchari *P.* 2. Colaturae sint *P.* 96.

Decoctum Aloës compositum.

Compound Decoction of Aloes.

Rp. Extracti Aloës Socotorin. *Gm.* 8,
Myrrhae,
Croci ãã *Gm.* 6,
Kali carbonici *Gm.* 4,
Extracti Glycyrrhizae *Gm.* 30,
Tincturae Cardamomi comp. *Gm.* 220,
Aquae destill. *q. s.*

Extractum Aloës et Myrrha grosso modo pulverata, mixta cum Kali carbonico atque Extracto Glycyrrhizae superinfundantur Aquae destillatae *Gm.* 600 et lebete operto coquantur. Post momenta horae quinque ebullitionis addatur Crocus. Tum sepone et mixturae refrigeratae immisce Tincturam. Vase clauso macera per horas duas et exprimendo cola, admixtione Aquae destillatae colaturae *Gm.* 900 supplendo. *Ph. Brit.*

Decoctum antiscorbuticum.

Apozème antiscorbutique.

Rp. Rad. Bardanae *Gm.* 10,
Rad. Rumicis acuti *Gm.* 10,
Aquae fervidae *Gm.* 1000.

Digere per horas duas et colaturae admisce
Syrupi antiscorbutici *Gm.* 100.
Ph. Gall.

Decoctum Chinae regiae.

Decoctum Cinchonae flavae. *Decoction of Yellow-Cinchona.*

Rp. Corticis Chinae regiae *Gm.* 37,5,
Aquae destillatae *Gm.* 600.

Per momenta decem horae ebulliant, lebete clauso. Colaturae *Gm.* 600 Aquam destillatam addendo suppleantur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur:

Decoct. Quercus cort.

(*Decoction of Oak Bark.*)

Decoctum Chinae regiae acidum.

Decoctum Cinchonae regiae acidum.

Rp. Cort. Chinae reg. cont. *Gm.* 80,
Acidi sulfurici diluti (1 et 6) *Gm.* 10,
Aquae *q. s.*

Coquantur per horae quadrantem in vase porcellaneo. Colaturae sint *Gm.* 800. *Ph. Gall.* (e *Ph. Norveg.*)

Decoctum Feltzii.

Apozema s. Decoctum Sarsaparillae compositum. *Tisane de Feltz.*

Rp. Rad. Sarsaparill. *Gm.* 60,
Ichthyocollae *Gm.* 10,
Stibii sulfurati nigri pulv. *Gm.* 80,
Aquae communis *Gm.* 2000.

Stibium sulfuratum sacculo linteo inclusum cum Aquae *Gm.* 2000 per horam unam coquatur. Tum, aqua defusa rejectaque, Stibio cum sacculo atque cum Radice Sarsaparillae et Ichthyocolla affundantur aquae *Gm.* 2000 et inter ebullitionem lenem mixtura evaporet usque ad volumen dimidium. Postremo cola, fac residat et decantha. *Ph. Gall.*

Decoctum Granati corticis radicis.

Decoctum Granati radicis. Apozema Corticis radicis Punicae. *Apozème d'écorce de racine de Grenadier. Decoction of Pomegranate Root.*

Rp. Cort. rad. Granati cont. *Gm.* 60,
Aquae communis *Gm.* 750.

Macera per duodecim horas, dein inter lenem ebullitionem liquor evaporet, ut duae partes e tribus remaneant. Cola. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Corticis Granati radicis *Gm.* 60 atque Aquae destillatae *Gm.* 1200 coquantur et deminuta usque ad *Gm.* 600 remanentia colentur, colaturae *Gm.* 600 Aqua destillata supplendo.

Decoctum Haematoxyli.

Decoctum Ligni Campechiani. *Decoction of Logwood.*

Rp. Ligni Haematoxyli rasp. *Gm.* 30,

Aquae destillatae *Gm.* 600.
Per decem momenta horae ebulliant, sub finem coctionis
Cort. Cinnamomi grosso modo pulv. *Gm.* 4
addantur. Colaturae *Gm.* 600 Aqua destillata suppleantur. *Ph. Brit.*

Decoctum Hordei.

Decoction of Barley.

Rp. Seminis Hordei excorticati globulati (ut dicunt perlati) *Gm.* 60,
Aquae destillatae *Gm.* 900.
Semen aqua frigida ablutum cum Aqua destillata per horae momenta viginti ebulliat, lebete operto, tum fiat colatura. *Ph. Brit.*

Decoctum Lichenis Islandici.

Decoctum Cetrariae. *Decoction of Iceland Moss.*

Rp. Lichenis Islandici *Gm.* 30,
Aquae destillatae *Gm.* 600.
Lichen aqua frigida ablutus cum Aqua destillata per horae momenta decem ebulliat, tum leni expressione cola. Colaturae *Gm.* 600 Aquam destillatam addendo suppleantur. *Ph. Brit.*

Decoctum Papaveris.

Decoction of Poppies.

Rp. Capsularum Papaveris *Gm.* 60,
Aquae destillatae *Gm.* 900.
Ebulliant per horae decem momenta, lebete operto, tum colentur. Colaturae *Gm.* 600 Aqua destillata suppleantur. *Ph. Brit.*

Decoctum Pareirae.

Decoction of Pareira.

Rp. Radicis Pareirae incis. *Gm.* 45,
Aquae destillatae *Gm.* 600.
Per horae quindecim momenta ebulliant. Colaturae *Gm.* 600 Aqua destillata suppleantur. *Ph. Brit.*

Decoctum Quercus aluminatum.

Rp. Corticis Quercus inc. *P.* 4,
Aquae *P.* 128,
Aluminis *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 4.
Cortex cum aqua decoquatur, ut sint colaturae *P.* 64, quibus Alumen et Syrupus admisceantur. Si poscitur, paretur. *Ph. Russ.*

Decoctum Rumicis Acetosae compositum.

Apozème d'Oseille composé. Bouillon aux herbes.

Rp. Fol. rec. Rumicis Acet. *Gm.* 40,
Fol. rec. Lactucae capitatae *Gm.* 20,
Fol. rec. Betae Ciclae *Gm.* 10,
Herbae rec. Cerefolii *Gm.* 10,
Salis culinaris *Gm.* 2,
Butyri recentis *Gm.* 5,
Aquae communis *Gm.* 1000.
Foliis herbaque aqua ablutis, coque, dein adde Sal culinare Butyrumque et cola. *Ph. Gall.*

Decoctum Sarsaparillae.

Decoctum Sarsae. *Decoction of Sarsaparilla.*

Rp. Radicis Sarsaparillae Jamaicensis in transversum incisae *Gm.* 75,
Aquae destill. fervidae *Gm.* 900.
Post digestionem peractam per horam unam ebulliant per decem momenta horae, lebete operto, et post refrigerationem colentur. Colaturae *P.* 600 Aqua destillata suppleantur. *Ph. Brit.*

Decoctum Sarsaparillae compositum.

Decoctum Sarsae compositum. *Compound Decoction of Sarsaparilla.*

Rp. Rad. Sarsaparillae Jamaicensis in transversum concis. *Gm.* 71,
Ligni radicis Sassafras raspati,
Ligni Guajaci raspati,
Radicis Glycyrrhizae conc. ãã *Decigm.* 71
Corticis Mezerei conc. *Decigm.* 39,
Aquae destill. fervid. *Gm.* 852.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0060-8 DFG

Digere per horam unam, deinde coque per horae decem momenta, vase operculo tecto. Tum exprimendo cola, affundendo Aquam destillatam, ut efficiantur colaturae *Gm.* 580 vel Centimetra cubica 568 (*Ph. Gall. Gm.* 575). *Ph. Brit., Gall.*

Decoctum Scoparii.

Decoction of Broom.

Rp. Summitatum florent. Scoparii *Gm.* 30,
Aquae destillatae *Gm.* 600.

Ebulliant per decem horae momenta et colentur, colaturae *Gm.* 600 Aqua destillata supplendo. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur:

Decoctum Taraxaci radicis (*Decoction of Dandelion*).

Decoctum sudorificum.

Apozème sudorifique; Tisane sudorifique.

Rp. Ligni Guajaci rasp. *Gm.* 60,
Rad. Sarsaparill. diffissae et incis. *Gm.* 30,
Aquae *q. s.*

Ebulliant per horam unam. Tum, additis
Rad. Sassafras inc. *Gm.* 10,
Rad. Glycyrrh. inc. *Gm.* 20,
digere per horas duas. Postremo cola, fac residant et decantha. Colaturae sint *Gm.* 1000*v* (*Litra* una). *Ph. Gall.*

Decoctum Ulmi.

Decoction of Elm Bark.

Rp. Corticis Ulmi incisi *Gm.* 75,
Aquae destillatae *Gm.* 600.

Ebulliant per horae decem momenta, lebete operto, et colentur, colaturae *Gm.* 600 Aqua destillata supplendo. *Ph. Brit.*

Decoctum Zittmanni fortius.

Decoctum Sarsaparillae compositum fortius *Ph. Germ., Helv.*

Rp. Radicis Sarsaparillae de Honduras *Gm.* 500.

Digere per noctem unam cum trigintuplo aquae (*litris* 15), tum ebulliant in lebete ferreo encausto obducto. Post horae quadrantem suspendatur in liquido bulliente sacculus continens
Calomelanos *Gm.* 21,
Cinnabaris praep. *Gm.* 5,
Aluminis,
Sacchari ãã *Gm.* 31.

Sub finem coctionis porro addantur
Fructus Anisi
Fruct. Foeniculi ãã *Gm.* 21,
Radicis Glycyrrhizae *Gm.* 62,
Foliorum Sennae Alexandrinorum *Gm.* 125.

Continuatur coctio, donec post expressionem supersint colaturae *Gm.* 8000 (vel *Kilogm.* 8). Postquam per noctem subsederit, decanthetur liquor in lagenas signandas: „Decoctum Sarsaparillae compositum fortius." *Ph. Helv.*

Rp. Radicis Sarsaparillae incisae *P.* 100.

Superinfusae
Aquae communis *P.* 2600
digerantur per horas viginti quatuor et, additis
Sacchari et
Aluminis ãã *P.* 6,
calefiant in balneo vaporis, saepius agitando ac vase operto, per horas tres. Ad finem digestionis addantur
Fructuum Anisi,
Fruct. Foeniculi ãã *P.* 4,
Foliorum Sennae *P.* 24,
Rad. Glycyrrhiz. glabrae *P.* 12,
tum exprimendo colatura perficiatur Colatura per aliquod tempus seposita decanthetur, et sint *P.* 2500 Nisi aliud a medico praeceptum est, *Gm.* 2500 in doses octo dividantur. NB. Si Decoctum Zittmanni praescriptum est, eodem modo paretur, nisi quod cum Saccharo Alumineque
Hydrargyri chlorati mitis *P.* 4,
Cinnabaris praeparatae *P.* 1,
omnia sacculo linteo inclusa, addantur. *Ph. Germ.*

Rp. Rad. Sarsaparillae inc. *Gm.* 360.
Aquae *Gm.* 25920
superfusa digerantur per horas viginti quatuor et, additis
Sacchari,
Aluminis ãã *Decigm.* 225,
Hydrargyri chlor. mitis *Gm.* 15,
Cinnabaris pp. *Centigm.* 375,
omnibus sacculo linteo inclusis, coquan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0061-3 DFG

tur, donec circiter *Gm.* 9360 liquoris remanserint, sub finem coctionis addendo

Fructuum Anisi,
Fruct. Foeniculi ãã *Gm.* 15,
Rad. Glycyrrhizae *Gm.* 45.

Fiat exprimendo colatura, cujus sint decanthatae *Gm.* 8640. *Ph. Russ.*

Decoctum Zittmanni mitius s. **tenue.**

Decoctum Sarsaparillae compositum mitius s. tenue *Ph. Germ., Helv.*

Rp. Residuum integrum, quod post colaturam Decocti Zittmanni fortioris colligitur.

Admisceantur

Rad. Sarsaparillae *Gm.* 250,
Aquae *Gm.* 15000 (*Litrae* 15),

tum coquantur, donec liquor *Grammatis* 7000 evaporando deminutus fuerit. Ad finem coctionis addantur

Corticis Citri fructus,
Cort. Cinnamomi Ceyl.,
Seminis Cardamomi,
Radicis Glycyrrhizae ãã *Gm.* 31.

Exprimendo fiat colatura, quae per noctem unam seposita decanthetur et signetur: „Decoctum Sarsaparillae compositum tenue.“ *Ph. Helv.*

Rp. Species ex decocto fortiore residuas,
Rad. Sarsaparillae *P.* 50.

Superinfunde

Aquae *P.* 2600,

tum digere per horas tres, vase operto, calore balnei vaporis saepius agitando. Ad finem digestionis adde

Corticis Citri fructus,
Cort. Cinnamomi Cassiae,
Sem. Cardamomi,
Radicis Glycyrrhizae glabrae ãã *P.* 3.

Exprimendo fiat colatura. Liquor per aliquod tempus sepositus decanthetur et sint liquoris *P.* 2500. Nisi aliud a medico praescriptum est, *Gm.* 2500 colaturae in octo doses dividenda sunt. *Ph. Germ.*

Rp. Residuum specierum ex decocto fortiore,
Rad. Sarsaparillae *Gm.* 180,
Aquae *Gm.* 25920.

Coque donec liquor circiter ad *Gm.* 9360 remanentes redactus fuerit, quibus immitte

Corticis Citri fructus,
Cort. Cinnamomi Cassiae,
Fruct. Cardamomi minoris,
Rad. Glycyrrhizae ãã *Centigm.* 1125.

Post digestionem per aliquod tempus peractam fiat colatura, cujus sint decanthatae *Gm.* 8640. *Ph. Russ.*

Dextrina. Dextrinum. *Dextrine.* ($C^{12}H^{10}O^{10}$). Massa sicca, Gummi Arabico similis, coloris parum flavescentis, cum aqua solutionem limpidam praebens. Paretur ex Amylo.

Dianthus Caryophyllus. Petala. Flores Tunicae hortensis. *Oeillet rouge.* (Dianthus Caryophyllus ruber L.)

Dictamnus. Herba florens. *Dictame de Crète.* (Origanum Dictamnus L.)

Dictamnus albus. Radix. *Fraxinelle; Dictame blanc.* (Dictamnus albus L.)

Digitalina.

Digitalinum. *Digitaline. Digitalin.* ($C^{54}H^{45}O^{30}+8HO$?)

Rp. Fol. Digitalis purpureae pulv. *P.* 200.

Irroratas

Aquae destill. *P.* 300

immitte in vas percolatorium. Affunde paulatim Aquae dest. q. s., ut colaturae *P.* 600*v*, ponderis spec. minimum 1,050, efficiantur. Colatura, admixtis

Aceti plumbici *P.* 50,

filtretur et commisceatur cum

Natri carbonici *P.* 8 et
Natri phosphorici ammoniacalis *P.* 4,

antea in aqua solutis. Denuo filtra et colaturae adde

Acidi tannici *P.* 8,

antea in aqua solutas. Praecipitatum inde exortum in filtro collige et, admixtis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0062-9 DFG

Plumbi oxydati *P.* 5,
Carbonis animalis *P.* 10,
exsicca, dein
Spiritus V. rectfss. *q. s.*
massam siccam exhauri. Liquor spirituosus ad siccum evaporet, quod remanet
Chloroformii *q. s.*
resolvendo. Solutio chloroformica ad evaporationem spontaneam reponatur. Massa neutralis inde remanens, speciei resinosae, odoris proprii et magnae amaritiei servetur. *Ph. Gall.*

Rp. Fol. Digital. pulv. *P.* 1140.
Exhauriantur digerendo per horas viginti quatuor, calore 49° C.
Spiritus V. rectfss. *q. s.*
et in vase depulsorio colatura efficiatur. Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, calore balnei aquae tamdiu evapora, quamdiu Spiritus Vini avolat. Residuum extractiforme solve in
Aquae destillatae *P.* 142,
quibus antea admixtae sunt
Acidi acetici (pond. sp. 1,044) *P.* 14.
Liquorem cum
Carbonis animalis dep. *P.* 7
digere, et post filtrationem dilue
Aquae destillatae
ea quantitate, ut *P.* 570 expleantur. Tum liquor instillando
Ammoni caustici soluti *q. s.*
accurate neutralisatus commisceatur cum
Acidi tannici *P.* 10⅓
antea solutis in
Aquae destillatae *P.* 85.
Praecipitatum inde exortum collige, Aquae destill. paulo ablue et, addita parva quantitate Spiritus Vini, terendo in mortario commisce cum
Plumbi oxydati *P.* 8.
Mixturae in lagenam ingestae denuo admisce
Spirit. V. rectfss. *P.* 115,
tum digere per horam unam calore 71° C. Quo facto immisce
Carbonis animalis dep. *P.* 8.
Postremo filtra, liquorem calore balnei aquae evaporando ad siccum redige, et massam remanentem Aethere puro iterum iterumque ablue.

Sint massae porosae mamilliformes aut lamellares, albae, odoris expertes, valde amarae, facile solubiles in Spiritu Vini, fere insolubiles in Aqua atque in Aethere Dosis *Millig.* 1 ad 2. *Ph. Brit.*

Digitalis. Folia (paulo ante florescentiam collecta). Flores. *Digitale. Digitalis.* (Digitalis purpurea L.)

Donax. Rhizoma. *Canne de Provence; Grand Roseau.* (Arundo Donax L.)

Draco. Resina. Sanguis Draconis. *Sang-dragon.* (Daemonorops Draco Blume.)

Dracunculus. Herba. *Estragon.* (Artemisia Dracunculus L.)

Dulcamara. Stipites. *Douce-amère. Dulcamara.* (Solanum Dulcamara L.)

Ebulus. Fructus. *Hièble.* (Sambucus Ebulus L.)

Elaeosaccharum.

Ph. Helv. Paretur, quum poscitur, e Sacchari *Gm.* 4 et Olei aetherei *Guttis* 2 (vel *Centigm.* 2) conterendo.

Ph. Germ. Paretur ex Sacchari *P.* 50 conterendis cum Olei aetherei *P.* 1.

Ph. Russ. Paretur, quum poscitur, ex Olei aetherei *Gutta* 1 et Sacchari *Centigm.* 125.

Hoc modo parentur Elaeosacchara Anisi, Carvi, Foeniculi, Baccarum Iuniperi, Menthae piperitae etc. *Ph. Russ.*

Elaeosaccharum Anisi.

Oléosaccharure d'Anis.

Rp. Olei Anisi *Gutt.* unam vel *Centigm.* 5,
Sacchari albi *Gm.* 4.
Conterendo in mortario misceantur. *Ph. Gall.*

Elaeosaccharum Citri.

Ph. Russ. Paretur conterendo Olei aetherei Citri *Guttam* 1 cum Sacchari *Centigm.* 375.

Eodem modo parentur:

Elaeosacch. Aurantii florum,
— **Rosarum.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0063-5 DFG

Elaeosaccharum Flavedinis Citri.

Elaeosaccharum Citri *Ph. Gall.* *Oléosaccharure de Citron.*

Rp. Fructum Citri No. 1,
Sacchari in frustis *Gm.* 10.

Flavedo fructus frustis Sacchari defricetur, tum frusta in mortario in pulverem conterantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Elaeosacch. Flavedinis (*Oléosaccharures*)
Aurantii (*d'Orange*)
Citri Cedrae (*de Cédrat*)
Citri Limettae (*de Bergamote.*)

Elaterium s. **Ecbalium.** Fructus recens. *Concombre sauvage. Squirting Cucumber.* (Momordica Elaterium L., Ecbalium agreste Rich.)

Elaterium.

Extractum Elaterii *Ph. Lond.* *Elaterium.*

Ph. Brit. Sedimentum succi fructuum Momordicae Elaterii L. Fructus ante maturitatem collecti, in longitudinem dissecti leniter exprimantur et succus inde obtentus ac per cribrum setaceum fusus ad sedimentationem reponatur. Liquore claro decanthato sedimentum in colatorio linteo colligatur et tegulis porosis impositum siccetur. Liquor decanthatus seponendo aliquantulum sedimenti amplius demittit, quod eodem modo colligatur ac siccetur.

Sit massa levis, e subviridi grisea, saporis acris atque amari, in fractura tenerius granulata, cum Acidis non effervescens, plerumque in placentis paulum curvatis, lineam crassis. *Dosis: Millig.* 4 ad 32.

Electuarium anthelminthicum.

Rp. Rhizomatis Filicis,
Rad. Valerianae,
Florum Cinae,
Kali sulfurici ãã *P.* 2.

Pulveratae misceantur cum
Aquae destillatae *P.* 8,
Mellis *P.* 16.

Ph. Gall. (*e Ph. Bad. et Belg.*).

Electuarium Copaïvae compositum.

Opiatum cum Copahu compositum. *Opiat de Copahu composé.*

Rp. Balsami Copaïvae,
Cubebarum pulv.,
Catechu pulv. ãã *P.*

Balsamo cum Catechu bene mixto terendo addantur Cubebae, ut fiat electuarium. *Ph. Gall.*

Electuarium Croci compositum.

Electuaire de Safran composé; Confection d'Hyacinthe.

Rp. Terrae sigillatae praep.,
Lapidum Cancrorum praep. ãã *P.* 8,
Corticis Cinnam. Ceyl. *P.* 3,
Herbae Origani Cretici,
Ligni Santali citrini,
Ligni Santali rubri,
Myrrhae ãã *P.* 1.

Misceantur et in pulverem subtilissimum redigantur. Tum

rp. Mellis albi *P.* 24,
Syrupi Dianthi Caryophylli *P.* 48.

Leni calore commistis, colatis et dein paululo refrigeratis adde
Croci pulverati *P.* 1.

Macera per horas duodecim, tum admisce pulverem antea compositum. *Ph. Gall.*

Electuarium Diascordium.

Diascordium. *Electuaire Diascordium.*

Rp. Herbae Scordii *P.* 60,
Flor. Rosarum rubrar.,
Rhizomatis Bistortae,
Radicis Gentianae,
Rhizomat. Tormentillae,
Herbae Origani Cretici,
Seminum Berberidis,
Benzoës in lacrimis,
Galbani,
Gummi Arabici ãã *P.* 2,
Rhizomatis Zingiberis,
Piperis longi ãã *P.* 1,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0064-0 DFG

Corticis Cinnam. Ceyl. *P.* 4,
Boli Armenae *P.* 8,
Extracti Opii *P.* 1,
Melliti rosati *P.* 130,
Vini Malacensis *P.* 20.

Mellito rosato ad *P.* 100 remanentes evaporando redacto et adhuc calido primo Extractum Opii in Vino solutum addatur, dein ceterae species subtilissime pulveratae sensim admisceantur. Grammata singula contineant Milligrammata 6 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Electuarium Rhei compositum.

Electuaire de Rhubarbe composé; Electuaire catholicum.

Rp. Rhizomatis Polypodii *P.* 80,
Radicis Cichorii *P.* 20,
Radicis Glycyrrhizae *P.* 10,
Herbae Agrimoniae,
Fol. Scolopendrii ãã *P.* 30.

Concisae superinfundantur

Aquae *P.* 1000

et decoquantur modico calore, donec *P.* 333 evaporando consumptae fuerint. Colaturae exprimendo collectae adde

Sacchari albi *P.* 640

et coquendo fac evaporaret, ut syrupus spissus efficiatur. Tum primo admisce syrupo ab igne remoto

Pulpae Tamarindorum,
Pulpae Cassiae ãã *P.* 40,

deinde pulveratas

Radicis Rhei,
Foliorum Sennae ãã *P.* 40,
Radicis Liquiritiae *P.* 10,
Fructuum Foeniculi *P.* 15,
Seminum Violae *P.* 20,
Sem. Cucurbitae Peponis *P.* 15.

Ph. Gall.

Electuarium Sennae.

Electuarium Sennae comp. Confectio Sennae. *Electuaire lénitif. Confection of Senna.*

Rp. Hordei excorticati *P.* 60,
Aquae *q. s.*

Coquantur, donec Hordeum emollitum fuerit. Tum coctionem continuando paulo addantur

Rhizomat. Polypodii *P.* 60,
Rad. Glycyrrhizae *P.* 30,
Fol. recent. Scolopendrii *P.* 45,
Fol. recent. Mercurialis ann. *P.* 120,
Passularum *P.* 60,
Iujubarum *P.* 45.

Exprimendo cola. Deinde

rp. Folior. Sennae *P.* 60,
Aquae *q. s.*,

coque et cola.

Colaturae commixtae evaporent, ut *P.* 2500 remaneant, quae, adjectis

Sacchari *P.* 1200

ad syrupum densiorem redigantur. Quo facto, syrupo immisceantur

Pulpae Tamarindorum,
Pulpae Cassiae,
Pulpae Prunorum ãã *P.* 200,
Folliculorum Sennae pulv. *P.* 150,
Fruct. Foeniculi pulv.,
Fruct. Anisi pulv. ãã *P.* 10.

Ph. Gall.

Ph. Germ., *Helv.*, *Russ.* Fol. Sennae pulv. *P.* 9, Fruct. Coriandri pulv. *P.* 1, Syrupi Sacchari *P.* 48, Pulpae Tamarind. *P.* 16 misceantur.

Ph. Brit. Caricarum *P.* 12 et Prunorum siccatorum *P.* 6 cum Aquae destill. *P.* 24 per horas quatuor in vase tecto coquantur, tum aqua evaporando deminuta restituatur et addantur Fructuum Tamarindorum et Pulpae Cassiae ãã *P.* 9. Digestione horis duabus peracta, massa decocta per cribrum setaceum teratur, semina et alias partes duras rejiciendo. Pulpae hoc modo obtentae addantur Sacchari *P.* 30 et Extracti Liquiritiae *P.* $^3/_4$, quae leni calore solvantur, tum liquori adhuc paulum calenti sensim immisceantur Foliorum Sennae subtiliter pulveratorum *P.* 7 et Fructuum Coriandri subt. pulv. *P.* 3. Mixtura aut evaporando aut aquam destill. addendo ad pondus *P.* 75 redigatur et sit consistentiae electuarii.

Electuarium Theriaca.

Theriaca. *Thériaque.*

Rp. Rhizomatis Zingiberis,
— Iridis Florent. ãã *P.* 6,
— Acori Calami,
— Tormentillae ãã *P.* 3,
— Meu *P.* 2,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0065-6 DFG

Rhizomat. Aristolochiae vulg.,
— Asari ãã P. 1,
Radicis Valerianae P. 6,
— Valerian. Celticae P. 2,
— Rhapontici P. 3,
— Gentianae P. 2,
Ligni Aloës P. 1,
Cort. Cinnam. Ceylanic. P. 10,
Bulbi Scillae P. 6,
Herbae Schoenanthi Arab.,
— Origani Cretici,
Foliorum Lauri ãã P. 3,
Summitatum Scordii P. 6,
— Melissae Calaminthae,
— Marrubii albi,
— Teucrii montani ãã P. 3,
— Teucrii Chamaedryos,
— Ajugae Chamaepityos,
— Hyperici perforat. ãã P. 2,
— Centaurii minoris P. 1,
Petalorum Rosae Gallicae P. 6,
Florum Stoechadis,
Corticis Citri ãã P. 3,
Piperis longi P. 12,
Piperis nigri P. 6,
Fructuum Petroselini P. 3,
— Ammios officinalis,
— Foeniculi,
— Seseleos Massiliensis,
— Anisi ãã P. 2,
— Athamantae Cretensis P. 1,
Seminum Ervi Erviliae P. 20,
— Brassicae Napi P. 6,
— Cardamomi min. P. 8,
Agarici albi P. 6,
Opii Smyrnaici P. 12,
Succi Glycyrrhizae P. 6,
Catechu P. 4,
Gummi Arabici P. 2,
Myrrhae P. 4,
Olibani P. 3,
Sagapeni P. 2,
Galbani,
Opopanacis ãã P. 1,
Benzoës P. 2,
Viperae siccatae P. 6,
Castorei P. 1,
Micae Panis siccae P. 6,
Ferri sulfurici exsiccati,
Terrae sigillatae ãã P. 2,
Bituminis Iudaici P. 1.

Subtiliter pulveratae misceantur et signentur: Pulvis theriacalis.

Theriaca paretur e
Pulveris theriacalis P. 100,
Terebinthinae de Chio P. 5,
Mellis albi P. 350,
Vini Malacensis P. 25

hoc modo:

Terebinthinae leni calore liquefactae immisce Pulveris theriacalis q. s., tum adde paulatim Mel calefactum, postremo partem reliquam Pulveris theriacalis et Vinum, bene agitando, ut fiat electuarium molle. Post aliquot menses opus est hoc electuarium in mortarium immittere et denuo agitare, ut divisio partium constituentium exacte efficiatur. Grammata quaterna Theriaci continent circiter Centigrammata 5 Opii, respondentia Milligrammatis 25 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. designat nomine Theriaca (*Treacle*) Syrupum Caramel, qui in depuratione Sacchari Indici obtinetur.

Elemi. Resina. *Élemi du Brésil. Elemi.*

Elixir Aurantii compositum.

Tinctura Aurantii composita *Ph. Helv.* Elixir viscerale Hoffmanni.

Rp. Cort. fruct. Aurantii P. 6,
Cort. Cinnam. Cassiae P. 2.
Kali carbonici puri P. 1.

Concisis contusisque affunde
Vini Hispanici P. 50,

tum macera. In colatura exprimendo collecta solve

Extractorum
Absinthii,
Cascarillae,
Gentianae,
Trifolii ãã P. 1.

Postquam subsederunt, filtra. Sit elixir limpidum. *Ph. Germ.*

Ph. Russ., Gall. (receptum ex *Ph. Bav., Boruss., Germ.*) Praeceptum differt Vini Hispanici P. 48.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0066-2 DFG

Ph. Helv. Cort. fruct. Aurantii conc. *P.* 4, Fruct. Aurantii immaturorum contus. *P.* 2, Vini Malacensis *P.* 48, Spiritus Vini rectf. *P.* 4 macerent per hebdomadem et exprimendo colentur. In colatura solvantur Extractorum Absinthii, Cardui benedicti, Cascarillae, Gentianae ãã *P.* 1 et Natri carbonici cryst. *P.* 1. Liquor per mensem unum sepositus decanthetur vel filtretur.

Elixir Gari.

Elixir de Garus.

Rp. Spiritus Gari *P.* 1000,
Vanillae *P.* 1,
Croci *P.* 1/2.

Seponantur mixtae per dies duos, et inter macerationem addatur syrupus hoc modo paratus:

rp. Herbae Adianti pedati *P.* 20.

Infunde

Aquae fervidae *P.* 500.

Post horam dimidiam coletur et colatura cum

Aquae Naphae *P.* 200
et Sacchari albi *P.* 1000

ad syrupum redigatur.

Postremo illa mixtura macerata filtretur. *Ph. Gall.*

Elixir pectorale.

Elixir e Succo Glycyrrhizae (s. Liquiritiae). Mixtura pectoralis *Ph. Helv.*

Rp. Extracti Glycyrrhizae *P.* 1.

Calore non adhibito solvatur in

Aquae Foeniculi *P.* 3.

Liquori subsidendo decanthandoque depurato admisceatur

Liquoris Ammoni anisati *P.* 1.

Sit limpidum, e fusco nigrum. *Ph. Helv.*, (*Russ*).

Ph. Germ. Paretur aequali modo, nisi quod solutioni statim Liquor Ammoni anisatus admiscetur. Sit turbidum, atque ante dispensationem agitetur.

Emplastrum adhaesivum.

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 6,
Colophonii *P.* 1.

Colliquatae calefiant, donec spuma, quae initio exoritur, desierit atque massa saturate fuscescens olei instar fluat. Emplastrum vetustum recenti praeferendum. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Empl. Plumbi penitus exsiccati *P.* 6, Resinae Pini exsiccatae *P.* 1 vel 2 colliquentur. Fiant magdalides.

Ph. Russ. Empl. Plumbi *P.* 4, calefaciendo et liquando bene exsiccatis addatur Colophonii colati *P.* 1. Colliquatione effecta massa effundatur, ut fiant tabulae.

Emplastrum adhaesivum Kraffti.

Emplastrum adhaesivum album.

Rp. Resinae Dammarae electae pulverataeque *P.* 16,
Olei Olivarum Prov. *P.* 5.

Calore balnei aquae colliquatae colentur. *Ph. Russ.*

Emplastrum adhaesivum nigrum.

Ph. Germ. Paretur uti Emplastrum adhaesivum, nisi quod Colophonio Pix nigra substituatur.

Emplastrum Ammoniaci.

Emplastrum Gummi-resinae Ammoniaci.
Emplâtre de Gomme Ammoniaque.

Rp. Cerae flavae,
Resinae Pini,
Terebinth. laricinae ãã *P.* 1,
Gummi-resinae Ammoniaci *P.* 2.

Colliquatae in ollam fundantur.

Ph. Germ., *Russ.* Cerae flavae et Resinae Pini ãã *P.* 4 colliquatae colatae et semirefrigeratae commisceantur cum Gummi-resinae Ammoniaci *P.* 6, Galbani *P.* 2, antea pulveratis et in Terebinthinae communis *P.* 4 calore balnei vaporis solutis. Fiant magdaleones.

Emplastrum Ammoniaci cum Hydrargyro.

Ammoniacum and Mercury Plaster.

Rp. Olei Olivarum *P.* 7,
Sulfuris sublimati *P.* 1.

Inter agitationem sensim calefiant, ut Sulfur solvatur, tum cum hoc liquore

Hydrargyri *P.* 170

terendo extinguantur. Quo facto admisceantur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0067-7 DFG

Gummi-resinae Ammoniaci
P. 680,
antea liquatae. *Ph. Brit.*

Emplastrum aromaticum.

Rp. Cerae flavae *P.* 32,
Sebi taurini *P.* 24,
Terebinthinae *P.* 8.
Colliquatis semirefrigeratisque immisce
Olei Myristicae *P.* 6,
Olibani pulv. *P.* 16,
Benzoës pulv. *P.* 8,
Olei Menthae pip.,
Olei Caryophyllor. ãã *P.* 1.
Fiant magdalides, charta cerata obvolvendae. *Ph. Germ.*

Emplastrum Belladonnae.

Belladonna Plaster.

Rp. Cerae flavae *P.* 4,
Resinae Pini,
Colophonii,
Olei Olivarum ãã *P.* 2.
Colliquatae per aliquod tempus in eadem temperatura contineantur, tum semirefrigeratis immisceantur
Foliorum Belladonnae pulverat.,
antea probe siccat. *P.* 5.
Ope Olei Olivarum miscela ad magdalides malaxetur, quarum superficies flammae Spiritus ope paulo illiquefiat. *Ph. Germ.*

Aequali modo parentur:

Emplastrum Conii,
— Hyoscyami,
— Meliloti.

Ph. Brit. Extracti Belladonnae *P.* 3 solvantur conterendo in Spiritus Vini rectificatissimi *P.* 5, tum seponantur, ut subsidant. Liquor decanthatus, Spiritu Vini destillando elicito, evaporet, tum misceatur cum Emplastri Resinae *P.* 3. Calore balnei aquae agitentur, donec massa emplastica effecta fuerit.

Emplastrum calefaciens.

Warm Plaster.

Rp. Cantharidum grosso modo pulv.
P. 1,
Aquae fervidae *P.* 5.
Digere per horas sex et exprimendo cola. Colaturae calore balnei aquae evaporando usque ad voluminis trientem remanentem redactae adde inter agitationem
Olei Myristicae expressi,
Cerae flavae,
Resinae Pini ãã *P.* 1,
Empl. saponati *P.* 13,
Empl. Resinae *P.* 8,
antea colliquatas. *Ph. Brit.*

Emplastrum Cantharidum camphoratum.

Vésicatoire camphré.

Ph. Gall. Emplastrum Cantharidum extensum solutione Camphorae saturata, cum Aethere parata, illinatur.

Emplastrum Cantharidum (ordinarium).

Emplastrum vesicans. *Emplâtre vésicatoire. Cantharides Plaster.*

Rp. Elemi *P.* 10,
Olei Olivarum *P.* 4,
Ungt. basilici *P.* 30,
Cerae flavae *P.* 40.
Colliquatis immisce
Cantharidum subtil. pulv. *P.* 42,
tum agita, donec massa rigescere incipiat, quae in ollam infundatur. *Ph. Gall.*

Ad usum hoc emplastrum supra Emplastrum Diachylon extensum extendatur.

Ph Germ. Cerae flavae *P.* 6, Picis albae, Olei Olivarum, Terebinthinae communis ãã *P.* 3 liquatis immisceantur Cantharidum grosso modo pulveratarum *P.* 5. Digerantur per aliquot horas calore balnei vaporis, dein ad refrigerationem usque agitentur. Fiant magdalides ope Olei Olivarum malaxandae.

Ph. Helv. Olei Sesami et Cantharidum subtiliter pulv. ãã *P.* commixtae calore balnei vaporis per aliquot horas digerantur, tum colliquentur cum Terebinthinae *P.* 1 et Cerae flavae *P.* 4. Post refrigerationem magdalides formentur.

Ph. Brit. Cerae flavae et Sebi ãã *P.* 5, Adipis suilli *P.* 4, Resinae Pini *P.* 2 colliquatis immisceantur Cantharidum pulv. *P.* 8. Mixtura agitetur, donec refrixerit.

Ph. Russ. Cerae flavae, Colophonii ãã

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0068-3 DFG

P. 8, Sebi taurini *P.* 4, Terebinthinae laricinae *P.* 2 colliquatae cum Cantharidum grosso modo pulv., antea calore 25 ad 30° C. siccatarum *P.* 8. per unam horam calore balnei aquae digerantur, tum ad refrigerationem usque agitentur. Fiant magdalides.

Emplastrum Cantharidum perpetuum.

Rp. Mastiches pulveratae,
Terebinthinae ãã *P.* 6.
Leni calore colliquando mixtis adde
Cantharid. subt. pulv. *P.* 2,
Euphorbii pulv. *P.* 1,
ut fiat emplastrum. *Ph. Germ.*, *Helv.*
Ph. Russ. Colophonii, Mastiches pulv. ãã *P.* 24, Olei Lini *P.* 8, Cerae flav. *P.* 4 colliquatis immisceantur Cantharidum subt. pulv. *P.* 10, Euphorbii subt. pulv. *P.* 5. Fiant magdalides.

Emplastrum Cerati Saponis.

Soap Cerate Plaster.

Rp. Plumbi oxydati pulv. *P.* 60,
Aceti (pond. spec. 1,017—1,019) *P.* 652.
Inter agitationem coquantur, donec Acidum cum Oxydo conjunctum fuerit. Tum adde
Saponis natrico-oleïnici pulv. *P.* 40
et denuo coque, ut humidum maxima ex parte evaporet. Dein adde
Cerae flavae *P.* 50 et
Olei Olivarum *P.* 73,
antea colliquatas. Inter agitationem omne humidum evaporet, ut fiat emplastrum justae consistentiae. *Ph. Brit.*

Emplastrum ceroneum.

Emplâtre céroène.

Rp. Resinae Pini Burgund. *P.* 40,
Picis navalis,
Cerae flavae ãã *P.* 10,
Sebi ovilli *P.* 5.
Leni calore colliquatis colatisque, dein semirefrigeratis immisce
Boli Armenae laevigatae *P.* 10,
Myrrhae pulveratae,
Olibani pulverati,
Minii laevigati ãã *P.* 2.
Ph. Gall.

Emplastrum Cerussae.

Emplastrum album coctum.

Rp. Plumbi oxydati subt. pulv. *P.* 2,
Olei Olivarum *P.* 9.
Coque in lebete cupreo inter agitationem perpetuam, interdum aquam instillando, donec Plumbum oxydatum solutum fuerit. Tum adde
Cerussae subt. pulv. *P.* 14
et coquere perge, aquam calidam instillando, sed ne humor deficiat, ut fiat emplastrum, ad bacillos malaxandum. *Ph. Germ.*, *Helv.*, *Russ.*

Epmlastrum Conii.

Emplastrum Cicutae. *Emplâtre de Ciguë.*

Rp. Resinae Pini *P.* 94,
Picis albae depuratae *P.* 44,
Cerae flavae *P.* 64,
Olei Conii *P.* 13.
In lebete cupreo colliquatis immitte
Foliorum recent. Conii contusorum *P.* 200.
Tum coque usque ad humidi consumtionem et exprime. Colatura denuo liquata lente refrigescat, ut faeces subsidant, quae separentur. Dein additis
Gummi-resinae Ammoniaci depuratae *P.* 50
colliquando fiat massa emplastica, quae in ollam fundatur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Olei Sesami, Colophonii ãã *P.* 1, Cerae flavae *P.* 2 leni calore colliquatis inter refrigerationem immisceantur Herbae Conii recens pulveratae *P.* 2. Simili modo paretur:

Empl. Hyoscyami.

Ph. Russ. Cerae flavae, Colophonii, Olei Olivarum ãã *P.* 1 colliquatis immisceantur Herbae Conii pulv. *P.* 2. Fiant magdaleones. Simili modo paretur:

Empl. Hyoscyami.

Emplastrum Diapalma.

Emplâtre diapalme.

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 800,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0069-2 DFG

Cerae albae *P.* 80.
Colliquatis adde
Zinci sulfurici *P.* 25,
antea solutas
Aquae quantitate sufficiente.
Tum massa inter perpetuam agitationem ad aquae omnis consumptionem usque evaporet. *Ph. Gall.*

Emplastrum diaphoreticum Mynsichti.

Rp. Cerae flavae *P.* 12,
Empl. Plumbi simplicis,
Colophonii ãã *P.* 4.
Colliquatis immisce
Terebinth. communis *P.* 6,
Gummi-resinae Ammoniaci depuratae *P.* 2,
Galbani dep. *P.* 1,
antea leni calore colliquando mixtas. Massae semirefrigeratae inter agitationem adde
Myrrhae *P.* 4,
Olibani,
Mastiches,
Succini pulv. ãã *P.* 1.
Fiat emplastrum in magdalides malaxandum. *Ph. Russ.*

Emplastrum Extracti Conii.

Emplastrum Extracti Cicutae. *Emplâtre d'Extrait de Ciguë.*

Rp. Extracti Conii spirituosi *P.* 9,
Elemi *P.* 2,
Cerae albae *P.* 1.
Elemi et Cerae colliquatis addatur Extractum. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Emplastra cum Extractis (*Emplâtres d'Extraits*)
Belladonnae (*de Belladone*),
Digitalis (*de Digitale*),
Stramonii (*de Stramoine*).
etc. etc.

Emplastrum Ferri oxydati.

Emplastrum Ferri *Ph. Brit.* Emplastrum cum Oxydo ferrico. *Emplâtre de Canet, Onguent de Canet.*

Rp. Empl. Plumbi simplicis,
Empl. Plumbi comp.,
Cerae flavae ãã *P.* 10.
Colliquatis immisce
Colcotharis *P.* 10,
antea terendo cum Oleo Olivarum laevigatas. Quo facto adde
Olei Olivarum
eam quantitatem, ut olei sint omnino *P.* 8 assumptae. Miscela rigescens in magdalides malaxetur.

Ph. Brit. Ferri oxydati hydrici siccati subt. pulv. *P.* 1 misceatur cum Resinae Burgundicae *P.* 2 et Empl. Plumbi. *P.* 8, antea colliquatis, et agitetur ad refrigerationem usque.

Emplastrum foetidum.

Emplastrum Asae foetidae. Emplastrum resolvens Schmuckeri.

Rp. Gummi resinae Ammoniaci pulv. *P.* 20,
Asae foetidae pulv. *P.* 8,
Terebinthinae comm. *P.* 1.
Calore balnei vaporis colliquatis admisce
Olei Olivarum *P.* 1,
dein
Saponis domestici pulv. *P.* 4.
Ph. Germ.

Ph. Russ. Ammoniaci *P.* 12, Asae foetidae *P.* 4, Terebinthinae et Empl. Plumbi ãã *P.* 1 l. a. colliquatae effundantur, ut fiant tabulae.

Emplastrum ad Fonticulos.

Rp. Picis albae *P.* 3,
Sebi taurini *P.* 1,
Emplastri Plumbi *P.* 36.
Leni igne colliquatis linteum tenerum inducatur, quod deinde charta cerata interposita complicatum ferro cylindrico pertundatur, ut frustula rotunda *Centimetrorum* trium latitudinis efficiantur. *Ph. Germ.*

Emplastrum frigidum.

Emplastrum Meliloti compositum.

Rp. Cerae flavae *P.* 12,
Emplastri Plumbi simpl.,
Sebi ãã *P.* 18,
Resinae Pini *P.* 24.
Colliquatis, tum refrigescentibus immisce miscelam pulveream, paratam e

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0070-3 DFG

Summitatum Meliloti,
Galbani,
Olibani,
Fruct. Foeniculi,
Seminum Feni Graeci,
Rhizomat. Curcumae ãã *P.* 1.
Ph. Helv.

Eplastrum fuscum.

Emplastrum Minii adustum. Emplastrum (Unguentum) Matris *Ph. Russ.* *Onguent de la mère Thècle; Emplâtre brun.*

Rp. Olei Olivarum *P.* 10,
Adipis suilli,
Butyri,
Cerae flavae ãã *P.* 5.

Colliquatae in aheno cupreo calefiant, donec vapores prodeant. Adjectis

Plumbi oxydati laevigati *P.* 5

coquere perge et assidue agita ope spathulae ligneae, donec massa colorem fuscum acceperit. Dein addantur

Sebi ovilli *P.* 5,
Picis nigrae depurat. *P.* 1.

Massa aut in ollam aut in capsulas papyraceas effundatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Minii laevigati *P.* 2, Olei Olivar. *P.* 4 in lebete cupreo inter perpetuam agitationem coquantur, donec colorem e nigro fuscum induerint, tum addatur Cerae flavae *P.* 1. Effundantur in capsulas papyraceas.

Ph. Russ. Empl. Plumbi *P.* 52, Adipis, Butyri insulsi, Sebi bovini ãã *P.* 17 in lebetem cupreum immissae inter agitationem colliquentur et tamdiu incalescant, donec colorem e nigro fuscum adeptae fuerint. Tum ab igne remotis adde Cerae flavae *P.* 17 et Picis nigrae *P.* 4. Post colliquationem massa emplastica effundatur, ut fiant tabulae.

Emplastrum fuscum camphoratum.

Emplastrum fuscum *Ph. Helv.*, Emplastrum miniaceo-camphoratum *Ph. Gall.* *Emplâtre de Nuremberg Ph. Gall.* *Emplâtre de Minium camphré.*

Rp. Emplastri Plumbi simplicis *P.* 600,
Cerae flavae P. 300,
Olei Olivarum *P.* 100.

Colliquatis immisceantur

Minii laevigati *P.* 150,

tum paululo refrigeratis

Camphorae pulv. *P.* 12.

Ph. Gall.

Ph. Germ. Emplastri fusci ejusdem Pharmacopoeae *P.* 100 liquatis addatur Camphorae *P.* 1, antea Olei Olivarum pauxillo soluta. Effundantur in capsulas papyraceas.

Ph. Helv. Olei Sesami *P.* 64 ad 200° C. calefactis addantur sensim per cribrum mittendo Minii *P.* 32. Tum calorem auge et inter agitationem continuam coque, donec miscela e fusco nigra evaserit, et adde Cerae flavae *P.* 16. Refrigescentibus immisce Camphorae *P.* 1, solutam in Olei Sesami *P.* 2.

Emplastrum Galbani crocatum.

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 24,
Cerae flavae *P.* 8.

Colliquatis et paulum refrigeratis admisce

Galbani depurati *P.* 24,

ante in

Terebinthinae commun. *P.* 6

calore balnei vaporis solutas, et

Croci pulverati *P.* 1

cum Spiritu Vini contritam ad pultem. Fiant magdalides. *Ph Germ.*

Ph. Helv., *Russ.* Empl. Plumbi *P.* 24, Cerae flavae *P.* 8, Galbani *P.* 24, Terebinth. *P.* 4, Croci pulv. *P.* 3.

Emplastrum glutinans.

Emplâtre agglutinatif; Emplâtre d'André de la Croix.

Rp. Picis albae *P.* 200,
Elemi *P.* 50,
Terebinthinae laricinae,
Olei Lauri unguinosi ãã *P.* 25.

Leni calore liquatae colentur et infundantur in ollam. *Ph. Gall.*

Emplastrum Hydrargyri.

Emplastrum mercuriale. *Emplâtre mercuriel; Emplâtre de Vigo cum Mercurio.*

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 200,
Cerae flavae,
Resinae Pini depurat. ãã *P.* 10,
Gummi- resinae Ammoniaci depuratae *P.* 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0071-9 DFG

Colliquando mixtis adde
Bdellii,
Olibani,
Myrrhae ãã *P.* 3,
Croci *P.* 2,
antea omnes in pulverem redactas. Miscelae agitatae, dum rigescat, immisce
Hydrargyri *P.* 60,
conterendo cum
Styracis liquidi dep. *P.* 30,
Terebinthinae laricinae *P.* 10,
Olei Lavandulae *P.* 1,
perfecte extinctas. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Hydrargyri *P.* 8 conterendo cum Terebinthinae *P.* 4 et inspergendo paulum Olei Terebinthinae ita extinguantur, ut oculo nudo globuli metallici non amplius perspiciantur. Tum inter agitationem sensim immisceatur mixtura colliquando effecta ex Emplastri Plumbi *P.* 24 et Cerae flavae *P.* 6. Fiant magdalides.

Ph. Helv. Hydrargyri *P.* 3 extinctae, Terebinthinae *P.* 1 misceantur cum Empl. Plumbi *P.* 8 et Cerae flavae *P.* 2, antea colliquatis et semirefrigeratis.

Ph. Brit. Olei Olivarum *P.* 6 vel 7 cum Sulfuris sublimati *P.* 1 inter agitationem calefiant usque ad conjunctionem. Liquore hoc Hydrargyri *P.* 170 perfecte extinguantur. Dein inter agitationem addantur Emplastri Plumbi *P.* 340, antea liquatae.

Ph. Russ. Hydrargyri *P.* 8 conterendo cum Unguenti Hydrargyri cinerei *P.* 2 perfecte extinctae inter agitationem sensim commisceantur cum Empl. Plumbi *P.* 25, Cerae flavae *P.* 6 et Terebinthinae *P.* 2, antea colliquando conjunctis et semirefrigeratis.

Emplastrum Meliloti.

Rp. Cerae flavae *Gm.* 1080,
Colophonii *Gm.* 2160,
Sebi taurini *Gm.* 1440.
Colliquatae digerantur per aliquot horas cum
Herbae Meliloti conc. *Gm.* 180,
Indigo pulverati *Gm.* 2,
Rhizomatis Curcumae pulv. *Gm.* 15,
et saepius agitentur. Colatura in capsulas chartaceas effundatur. *Ph. Russ.*

Emplastrum opiatum.

Emplastrum Opii. *Opium Plaster.*

Rp. Elemi *P.* 4,
Terebinthinae *P.* 6.
Colliquatis immisce miscelam pulveream, paratam e
Mastiches,
Olibani ãã *P.* 4,
Benzoës *P.* 2,
Opii *P.* 1.
Ph. Germ.

Ph. Helv. Olei Sesami *P.* 2, Terebinthinae, Elemi ãã *P.* 3 colliquatis colatisque immisce Mastiches, Olibani, Benzoës ãã *P.* 2 et Opii *P.* 1, omnes pulveratas.

Ph. Brit. Opii pulv. *P.* 1 et Empl. Resinae *P.* 9 calore balnei aquae misceantur.

Emplastrum oxycroceum.

Rp. Cerae flavae,
Colophonii,
Picis albae ãã *P.* 6.
Leni igne colliquatis adde
Ammoniaci pulv. et
Galbani pulv. ãã *P.* 2,
antea leni calore in
Terebinth. communis *P.* 3
solutas. Dein immisce
Mastiches pulv.,
Myrrhae pulv.,
Olibani pulv. ãã *P.* 2,
Croci pulv. *P.* 1.
antea conterendo mixtas. Fiant magdalides. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Cerae flavae, Colophonii ãã *P.* 32 colliquatis et semirefrigeratis immisce Orleanae et Croci ãã *P.* 1, antea cum Spiritu Vini contritas. Tum addatur miscela calore balnei aquae effecta e Galbani pulv. P. 4, Ammoniaci, Myrrhae pulv. ãã *P.* 2, Terebinthinae *P.* 8. Fiant bacilli.

Emplastrum Picis.

Pitch Plaster.

Rp. Resinae Burgundicae *Gm.* 520,
Thuris Americani *Gm.* 260,
Resinae Pini,
Cerae flavae ãã *Gm.* 90,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0072-5 DFG

Olei Myristicae expressi *Gm.* 20,
Olei Olivarum *Gm.* 36,
Aquae *Gm.* 40.
Inter agitationem leni calore colliquatae evaporent ad justam emplastri consistentiam. *Ph. Brit.*

Emplastrum Picis irritans.

Rp. Picis albae *P.* 32,
Cerae flavae,
Terebinthinae ãã *P.* 12.
Calore balnei vaporis colliquatis immisce
Euphorbii pulv. *P.* 3.
Ph. Germ.

Emplastrum Picis nigrae.

Rp. Resinae Pini *P.* 23,
Picis nigrae *P.* 16,
Cerae flavae *P.* 8,
Terebinthinae communis *P.* 4.
Colliquentur leni calore et in capsulas chartaceas effundantur. *Ph. Russ.*

Emplastrum Plumbi compositum.

Emplastrum Lithargyri comp. Emplastrum Diachylon comp. s. Diachylon gummatum. Emplastrum Galbani *Ph. Brit.* *Emplâtre Diachylon gommé. Galbanum Plaster.*

Rp. Empl. Plumbi simplicis *P.* 150,
Cerae flavae *P.* 25,
Picis albae depurat. *P.* 10,
Terebinthinae *P.* 15,
Elemi depurati *P.* 10,
Olei Olivarum *P.* 5,
Gummi-resinae Ammoniaci depuratae,
Galbani depurati,
Sagapeni depurati ãã *P.* 3.
Leni calore colliquatae, tum satis refrigeratae in magdalides redigantur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv., Russ. Empl. Plumbi simpl. *P.* 24 et Cerae flavae *P.* 3 colliquatis, tum semirefrigeratis immisceantur Ammoniaci (Gummi-resinae), Galbani et Terebinthinae communis ãã *P.* 2, antea calore balnei vaporis liquefactae. Fiant magdalides.

Ph. Brit. Galbani et Ammoniaci ãã *P.* 1 colliquatae et premendo colatae commisceantur cum Cerae flavae *P.* 1 et Empl. Plumbi simplicis *P.* 8, antea colliquatis.

Emplastrum Plumbi jodati.

Emplastrum Plumbi Jodidi.
Jodide of Lead Plaster.

Rp. Plumbi jodati subt. pulv. *P.* 1.
Misce cum
Empl. saponati,
Empl. Resinae ãã *P.* 4,
antea colliquatis. *Ph. Brit.*

Emplastrum Plumbi molle.

Emplastrum Lithargyri molle.

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 3,
Adipis suilli *P.* 2,
Sebi taurini,
Cerae flavae ãã *P.* 1.
Colliquatae colentur. Fiant tabulae. *Ph. Germ.*

Emplastrum Plumbi (simplex).

Emplastrum Lithargyri (simplex). Emplastrum Diachylon simplex. Emplastrum simplex. *Emplâtre simple. Lead Plaster.*

Rp. Plumbi oxydati,
Adipis suilli,
Olei Olivarum ãã *P.* 1,
Aquae communis *P.* 2.
Coquantur saepius aquam instillando inter perpetuam agitationem, ut fiat massa emplastica. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Plumbi oxydati subtilissime pulv., Adipis suilli, Olei Olivarum ãã *P.* coquantur etc.

Ph. Helv. Plumbi oxydati *P.* 10, Adipis suilli, Olei Sesami ãã *P.* 9, Aquae *P.* 2 coquantur etc.

Ph. Brit. Plumbi oxydati subtilissime pulv. *P.* 64, Olei Olivarum *P.* 146 (160*v*) et Aquae *P.* 70 coquantur calore balnei vaporis per quatuor vel quinque horas, inter continuam agitationem, et aqua instilletur, si necesse est.

Ph. Russ. Plumbi oxydati pulv. *P.* 5, Olei Olivarum *P.* 9, Aquae q. s. coquantur etc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0073-0 DFG

Emplastrum Resinae.

Resin Plaster.

Rp. Resinae Pini *P.* 2,
Empl. Plumbi simpl. *P.* 16,
Saponis natrico-oleïnici *P.* 1.

Emplastro Plumbi leni calore liquato adde Resinam et Saponem antea colliquando mixta, tum agita. *Ph. Brit.*

Emplastrum resolvens.

Emplâtre résolutif; Emplâtre des quatre fondants.

Rp. Emplastri saponati,
— Conii,
— Plumbi compositi,
— Hydrargyri ãã P.

Leni calore liquatae agitando misceantur. *Ph. Gall.*

Emplastrum saponatum.

Emplastrum cum Sapone. *Emplâtre de Savon. Soap Plaster.*

Rp. Empl. Plumbi simpl. *P.* 80,
Cerae albae *P.* 4.

Colliquatis immisce inter agitationem
Saponis albi *P.* 5.

Ph Gall.

Ph. Brit. Empl. Plumbi *P.* 36 leni calore liquatis immisce Saponis natrico-oleïnici *P.* 6 et Resinae Pini *P.* 1, antea colliquando mixtas. Inter assiduam agitationem massa ad consistentiam justam evaporet.

Ph. Russ. Empl. Plumbi *P.* 12, Cerae flavae *P.* 2 colliquatis immisceatur Saponis Hispanici pulv. P. 1. Fiant magdalides.

Emplastrum saponatum camphoratum.

Emplastrum saponatum *Ph. Germ., Helv.* *Emplâtre de Savon camphré.*

Rp. Emplastri saponati *P.* 100,
Camphorae pulv. *P.* 1.

Exacte misceantur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Empl. Plumbi *P.* 72, Cerae flavae *P.* 12 colliquatis semirefrigeratisque agitando immisce Saponis oleacei pulv. siccati *P.* 6 et Camphorae *P.* 1 pauxillo Olei Olivarum solutam. Fiant magdalides.

Ph. Helv. Empl. Plumbi *P.* 24, Empl. Cerussae *P.* 16 colliquatas misce cum Saponis Veneti pulv. *P.* 8. Miscelae semirefrigeratae immisce Camphorae *P.* 1, solutam in Olei Sesami *P.* 1. Emplastrum refrigescens in capsulas effundatur.

Emplastrum Schiffhauseni.

Rp. Minii,
Cerussae ãã *P.* 24,
Olei Olivarum *P.* 72.

Blando igne coquantur, ut massa emplastica efficiatur, quae colliquetur cum
Colophonii *P.* 6.

Dein semirefrigeratis admisce
Saponis Hispanici pulv. *P.* 24,
Camphorae pulv. *P.* 5.

Emplastrum in capsulas chartaceas effundatur, ut fiant tabulae. *Ph. Russ.*

Si poscitur

Emplastrum Schiffhauseni cum Castoreo,

centenis Partibus Emplastri Schiffhauseni immisceas Castorei Canadensis *P.* 1. *Ph. Russ.*

Emplastrum Tartari stibiati.

Emplastrum Stibio-Kali tartarici. Emplastrum stibiatum.

Rp. Tartari stibiati subtilissime pulv. *P.* 1,
Cerati Resinae Pini *P.* 7.

Misceantur. *Ph. Germ., Russ.*

Emplastrum vesicans Mediolanense.

Mouches de Milan.

Rp. Picis albae depuratae,
Cerae flavae ãã *P.* 50.

Colliquatae cum
Cantharidum pulv. *P.* 50

digerantur per aliquot horas calore balnei aquae. Tum adde
Terebinth. laricinae *P.* 10

et massae inter agitationem semirefrigeratae immisce
Olei Lavandulae,
Olei Thymi ãã *P.* 1.

Haec massa emplastica dividatur in frustula ponderis Grammatis unius, quae singula ad globulos formata involvantur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0074-6 DFG

pannulis bombycinis (taffetas) diametri Centimetrorum sex. *Ph. Gall.*

Emulsio Olei Ricini.

Emulsion purgative avec l'huile de Ricins.

Rp. Olei Ricini *Gm.* 30,
Gummi Arab. pulv. *Gm.* 8,
Aquae Menth. pip. *Gm.* 15,
Aquae communis *Gm.* 60,
Syrupi Sacchari *Gm.* 30.

Fiat l. a. emulsio. *Ph. Gall.*

Emulsio oleosa *Ph. Helv.* Conf. *Emulsiones.*

Emulsio cum Resina Jalapae.

Emulsion purgative avec la résine de Jalap.

Rp. Resinae Jalapae *Gm.* 0,50,
Sacchari albi *Gm.* 30,
Aq. flor. Naphae *Gm.* 10,
Aq. communis *Gm.* 120,
Vitelli Ovi $^1/_2$.

Resina Jalapae cum parva quantitate Sacchari conterendo ad pulverem subtilissimum redigatur et, Vitello ovi addito, tritura continuetur. Dein Sacchari quantitas reliqua et aqua paulatim immisceantur. *Ph. Gall.*

Emulsio cum Scammonio.

Mistura Scammonii. *Emulsion purgative avec la Scammonée. Scammony Mixture.*

Rp. Scammonii Halepensis *Gm.* 1,
Lactis vaccini *Gm.* 120,
Sacchari albi *Gm.* 15,
Aquae Lauro-Cerasi *Gm.* 5.

Scammonio cum Saccharo exacte contrito paulatim admisce, tritum continuando, Lac et Aquam. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Emulsio cum Resina Scammonii,

nisi quod loco Scammonii sumantur *Decigrm.* 5 Resinae Scammonii ope carbonis decolorati.

Ph. Brit. Resinae Scammonii *Centigm.* 26, Lactis vacc. *Gm.* 57. Resina cum paululo Lactis bene contrita sensim Lacte diluatur, ut fiat emulsio aequabilis.

Emulsio simplex.

Emulsio Amygdalarum. Mistura Amygdalae. *Emulsion simple; Lait d'Amandes. Almond Mixture.*

Rp. Amygdalar. dulc. *Gm.* 50,
Sacchari albi *Gm.* 50,
Aquae communis *Gm.* 1000.

Amygdalae cum tertia parte Sacchari et paulo aquae in mortario marmoreo ad pultem tenerrimam contundendo redigantur, deinde colatura cum expressione efficiatur. *Ph Gall.*

Eodem modo parentur:

Emulsio Cannabis fruct. (*Émulsion de Chènevis.*)

Emulsio Pistacearum (*Émulsion de Pistaches.*)

Ph. Brit. Paretur e Pulveris Amygdalae comp. *Gm.* 71 et Aquae dest. *Gm.* 568. Fiat emulsio, quae coletur.

Ph. Helv. Paretur ex Amygd. dulc., Sacchari ana *P.* 1, Aq. *q. s.* Colaturae sint *P.* 12.

Emulsiones.

Ph. Germ. Emulsiones *e seminibus* parentur l. a. e Seminis *P.* 2 et tanta quantitate aquae, ut colaturae *P.* 10 efficiantur.

Emulsiones oleosae l. a. parentur ex
Olei Amygdalarum aut olei cujuslibet praescripti *P.* 1,
Gummi Arabici pulv. *P.* $^1/_2$,
Aquae communis *P.* $8^1/_2$.

Ph. Russ. Emulsiones *verae* s. ex *seminibus* parentur e Seminis *P.* 1 et aquae *P.* 8. Colaturae sint *P.* 8. Emulsiones *spuriae* s. *oleosae* l. a. parentur ex Olei *P.* 2, Gummi Arabici pulv. *P.* 1 et aquae *P.* 16.

Ph. Helv. Emulsio oleosa paretur ex Olei Amygdalarum *P.* 4, Mucilaginis Gummi Arabici *P.* 6, Aq. q. s., ut pondus liquoris emulsivi exaequet *P.* 32.

Enema Aloës.

Enema of Aloes.

Rp. Aloës *Decig.* 26,
Kali carbonici *Gm.* 1,
Mucilaginis Amyli *Gm.* 285.

Misce et solve. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0075-2 DFG

Enema amylatum.

Injectio amylata; Lavement avec l'Amidon.

Rp. Amyli *Gm.* 15,
Aquae frigidae *Gm.* 100.
Mixtis agitatisque affunde
Aquae ebullientis *Gm.* 400.
Ph. Gall.

Enema Asae foetidae.

Enema foetidum. *Enema of Assafoetida.*

Rp. Asae foetidae *Gm.* 2,
Aquae destillatae *Gm.* 120.
Misce l. a., ut fiat liquor emulsivus. *Ph. Brit.*

Enema joduratum.

Injectio Kalii jodati jodurata. *Injection d'Jodure de Potassium joduré.*

Rp. Jodi,
Kalii jodati ãã *Gm.* 5.
Solve in
Aquae destillatae *Gm.* 100,
tum admisce
Spirit. Vini rectfss. *Gm.* 50.
Ph. Gall.

Enema laxans.

Injectio laxans. *Lavement laxatif.*

Rp. Melliti Mercurialis *Gm.* 100,
Aquae *Gm.* 400.
Misce *Ph. Gall.*

Enema cum Magnesia sulfurica.

Enema Magnesiae Sulfatis. *Enema of Sulphate of Magnesia.*

Rp. Magnesiae sulfuricae *Gm.* 28,
Olei Olivarum *Gm.* 26,
Mucilaginis Amyli *Gm.* 430.
Solve et agitando misce. *Ph. Brit.*

Enema cum Opio.

Enema of Opium.

Rp. Tincturae Opii *Gm.* 2,
Mucilaginis Amyli *Gm.* 60.
Misce. *Ph. Brit.*

Enema purgans.

Injectio purgans. *Lavement purgatif.*

Rp. Foliorum Sennae *Gm.* 15.
Superinfunde
Aquae ebullientis *Gm.* 500.
Stent per horae quadrantem, tum exprimendo cola. In colatura solvantur
Natri sulfurici *Gm.* 15.
Ph. Gall.

Enema Solani nigri foliorum.

Injectio Solani nigri. *Injection de feuilles de Morelle.*

Rp. Foliorum siccatorum Solani nigri *P.* 5.
Superinfunde
Aquae ebullientis *P.* 100.
Stent per horam unam et exprimendo colentur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Injectiones (*les Injections*),
Belladonnae fol. (*de feuilles de Belladone*),
Conii fol. (*de feuilles de Ciguë*),
Hyoscyami fol. (*de feuilles de Jusquiame*),
Juglandis fol. (*de feuilles de Noyer*),
Papaveris capsularum (*de capsules de Pavot blanc*).

Enema Tabaci.

Enema of Tabacco.

Rp. Foliorum Tabaci *Decig.* 13,
Aquae fervidae *Gm.* 230.
Stent per semihoram et colentur. *Ph. Brit.*

Enema cum Terebinthina.

Enema of Turpentine.

Rp. Olei Terebinthinae *Gm.* 25,
Mucilaginis Amyli *Gm.* 430.
Misce. *Ph. Brit.*

Equisetum fluviatile L. *Prêle d'eau.*

Equisetum hiemale L. *Prêle d'hiver.*

Eruca. Semen. *Moutarde blanche.* (Sinapis alba L.)

Eruca sativa. Herba ante florescentiam collecta. *Roquette cultivée.* (Eruca sativa Lamk. s. Brassica Eruca L.)

Erucastrum. *Roquette sau-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0076-7 DFG

vage (Erucastrum obtusangulum Reichb. s. Brassica Erucastrum L.)

Eryngium. Radix. *Panicaut; Chardon Roland.* (Eryngium campestre L.)

Erysimum. Herba florens. *Vélar; Tortelle; Herbe aux chantres.* (Sisymbrium officinale DC. s. Erysimum officinale L.)

Essentia Anisi.

Spiritus anisatus. *Essence of Anise.*

Rp. Olei Anisi *P.* 7,
Spiritus V. rectfss. *P.* 24.
Misce. *Ph. Brit.*

Essentia Menthae piperitae.

Spiritus menthatus. *Essence of Peppermint.*

Rp. Olei Menthae pip. *P.* 10,
Spiritus V. rectfss. *P.* 36.
Misce. *Ph. Brit.*

Euphorbium. (*Gummi-resina*). *Euphorbe* (*des Canaries*) (Euphorbia Canariensis L.)

Euphrasia. Herba florens. *Euphraise.* (Euphrasia officinalis L.)

Extracta.

Extraits. Extract.

Ph. Germ., (*Russ.*) In paratione extractorum macerationes calore 10 ad 20° C., digestiones calore 35 ad 40° C. perficiantur.

Liquores, qui substantias exhauriendo obtinentur, statim usque ad trientem voluminis remanentem evaporandi sunt, tum loco frigido per aliquot dies seponantur, ut subsidant atque a sedimento liberari possint. Liquores autem spirituosi aut aetherei post decanthationem filtrentur et inter continuam agitationem calore balnei vaporis ad justam spissitudinem redigendi sunt, Aetherem tamen et Spiritum Vini antea destillando elicere licet.

Balnei vaporis calor fervorem aquae ebullientis nunquam superet.

Inspissatio liquorum aethereorum calore 50° C. nunquam excedente efficiatur.

Consistentia extractorum in tres gradus dispertitur, atque extracta quidem

1. tenuiora sunt spissitudinis mellis recentis;
2. spissiora sunt ejus densitatis, ut refrigerata nequeant effundi, sed spathula in fila duci possint; et
3. sicca ea, quae terendo in pulverem redigi queunt.

De modo parandi extracta narcotica sicca Extractum Aconiti siccum conferatur.

Ph. Helv. Ea obtenta liquida, quorum propria formula non aliter praecipit, in lebetibus cupreis stanno probe obductis super libero carbonum igne evaporari licet, ita tamen, ne liquidum ebulliat, inde vero Mariae balneo inter continuam agitationem ad justam spissitudinem redigantur.

Spiritus ab illis extractis, quae Spiritu Vini parantur, abstractus ad alium usum ne adhibeatur, antequam depuratus sit.

Consistentiae sequentes tres gradus discernuntur:

1. consistentiae syrupi spissioris respondet;
2. cum illa mellis concreti convenit, ita ut extractum de spathula non amplius defluat, sed filum trahat, vel pultem referat;
3. consistentiam pilularem aequat.

Ph. Gall. Evaporatio liquorum in paratione extractorum nunquam igne aperto, sed eo modo perficiatur, ut calor perquam demissus adhibeatur et fervorem aquae ebullientis nunquam superet.

Si medicus extractum, quod et aquâ et Spiritu Vini paratum in promptu habetur, postulat, genere extracti hoc non designato, semper illud aqua paratum dispensetur.

Extractum Absinthii.

Rp. Herbae Absinthii conc. *P.* 1.
Misceatur cum
Aquae fervidae *q. s.*,
ut fiat puls tenuis, quae seponatur per diem unum, saepius agitando, tum fortiter exprime. Residuum, aquae fervidae dimidio quantitatis antea adhibitae admixto, denuo per diem unum maceretur et exprimatur. Colaturae confusae evaporando comminuantur, ut exaequent *P.* 3, tum loco frigido ad subsidendum per diem et noctem seponantur. Tandem liquor decanthatus calore balnei aquae ad extracti mollis spissitudinem evaporetur. *Ph. Helv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0077-3 DFG

Eodem modo parentur:

Extractum Cardui benedicti fol.
— **Centaurii minoris** herb.
— **Chamomillae** florum.
— **Dulcamarae** stipit.
— **Fumariae** herb. flor.
— **Gentianae,** nisi quod loco aquae ferventis aqua frigida (+ 10 ad 20° C.) adhibeatur.
— **Graminis** rhizomatis, nisi quod rhizoma cum aqua per horam unam coquatur.
— **Lupuli** strobilorum.
— **Marrubii** herbae.
— **Millefolii** herbae.
— **Quassiae,** nisi quod lignum raspatum cum aqua per horam unam coquatur.
— **Taraxaci** e radice cum herba, vere collectis.
— **Trifolii fibrini** foliorum mensibus Majo et Junio collectorum.

Ph. Russ. Herbae siccae Absinthii concisae *P.* 4 primo Aquae ebullientis *P.* 16 affundendo seponendoque per horas viginti quatuor, deinde affundendo Aquae ebullientis *P.* 10 exhauriantur et exprimantur. Colaturae filtratae aut in vase evaporatorio, ex quo aër maxima ex parte exhaustus est, aut in lebete aperto ad extracti mollis consistentiam redigantur.

Eodem modo parentur:

Extractum Cardui benedicti
— **Centaurii** minoris.
— **Dulcamarae** stipit.
— **Frangulae** cort.
— **Gentianae**
— **Trifolii.** fol.

Ph. Germ. Herbae Absinthii *P.* 2, superinfusae Spiritus Vini rectfss. et aquae ãã *P.* 6, digerantur per horas viginti quatuor et exprimantur. Residuo denuo affundantur Spiritus Vini rectfss. et aquae ãã *P.* 3. Digerantur eodem modo et exprimantur. Ex liquoribus commixtis extractum spissius paretur.

Eodem modo parentur:

Extractum Calami rhizomatis.
— **Gratiolae** herbae.
— **Guajaci** ligni.
— **Juglandis** foliorum.
— **Millefolii** ex aequalibus partibus florum et foliorum.
— **Rhei.**
— **Sabinae** summitatum.

Extractum Aconiti.

Extract of Aconite.

Rp. Folior. et Summitat. florescentium Aconiti Napelli *q. v.*

Contunde in mortario lapideo et exprime. Succum hunc expressum sensim calefac usque ad 55° C., tum materiam viridem inde secretam ope panni gossypini separa. Colaturam iterum calefac usque ad 93° C., ut albuminum in coagulum coëat, quod filtrando separetur. Dein liquor filtratus calore balnei aquae ad syrupi spissitudinem evaporet et commisceatur cum illa materia viridi antea separata. Quo facto inter assiduam agitationem evaporatio calore 60° C. non excedente continuetur, ut extractum consistentiae pilularis efficiatur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

Extractum (*Extract*):
Belladonnae e foliis e ramulis junioribus recent. (*of Bella donna*).
Conii e foliis ramulisque junioribus recent. (*of Hemlock*).
Hyoscyami e foliis ramulisque junioribus (*of Hyoscyamus*).
Lactucae virosae ex herba florescente (*of Lettuce*).

Extractum Aconiti.

Rp. Herbae Aconiti recens siccatae et grosso modo pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini rectf. *P.* 4.

Digere calore 30 ad 40° C. per duos dies, vase arcte clauso, tum fortiter exprime. Residuum, affusis

Spiritus Vini rectf. *P.* 2,
eadem ratione tracta. Colaturae commixtae, subsidendo filtrandoque depuratae, omni Spiritu Vini destillando elicito, loco frigido per diem et noctem seponantur, tum decanthatae et denuo filtratae calore balnei vaporis ad extracti mollis consistentiam redigantur. *Ph. Helv.*

Eodem modo parentur:

Extractum Belladonnae e foliis plantae florentis.
— **Conii** maculati e foliis plantae florentis.
— **Digitalis** foliorum.
— **Hyoscyami** e foliis plantae florentis.
— **Lactucae** virosae e stipitibus foliis et summitatibus plantae florentis.
— **Stramonii** e foliis plantae florentis.

Ph. Russ. Herbae Aconiti florescentis siccatae concisae *P.* 5 superfundantur aquae calidae *P.* 30 et macerent per diem et noctem. Post expressionem residuo affunde aquae calidae *P.* 30, macera et exprime. Liquores commixti colentur et calore balnei aquae ad extracti spissioris consistentiam evaporando redigantur. Extractum hoc Spiritus Vini rectfss. duplo sui ponderis superfusum per diem et noctem digeratur, tum fiat inter expressionem colatura, quae Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito evaporet, ut extractum spissius efficiatur.

Eodem modo parentur:

Extractum Belladonnae fol.
— **Conii maculati** herb.
— **Digitalis** fol.
— **Hyoscyami** fol.
— **Stramonii** fol.

Extractum Aconiti siccum.

Extractum Aconiti cum Dextrino *Ph. Russ.*

Rp. Extracti Aconiti,
Radicis Glycyrrhizae subtiliter pulv. ãã *P.* 1.
In mortario porcellaneo calefacto commisceantur, tum calore 40 ad 50° C., exsiccentur. Massa sicca, adhuc calida, conteratur cum
Radicis Glycyrrhizae pulv.
ea quantitate, ut pondus totum *P.* 2 adaequet. *Ph. Germ.*

Eodem modo parentur cetera extracta narcotica sicca.

Ph. Helv. Extracti Aconiti *P.* 2, Sacchari Lactis et Radicis Glycyrrhizae pulv. ãã *P.* 1 misceantur et calore 40 ad 50° C. siccentur, donec pondus non amplius diminuatur. Massa adhuc calida conteratur cum Sacchari Lactis ea quantitate, ut pondus massae totius adaequet *P.* 4. Pulveris *P.* 2 respondent Extracti parti uni.

Eodem modo parentur:

Extracta sicca
Belladonnae,
Conii,
Digitalis,
Hyoscyami.

Ph. Russ. Extracti Aconiti *P.* 8 mixtae cum Dextrini *P.* 9 calore 30 ad 40° C. exsiccentur et quantitate Dextrini sufficiente commisceantur, ut sit pulvis ponderis *P.* 16.

Eodem modo parentur:

Extractum cum Dextrino
Belladonnae,
Conii maculati,
Digitalis,
Hyoscyami,
Strychni seminis.

Extractum Aconiti tuberum.

Extractum Aconiti *Ph. Germ.*

Rp. Tuberum Aconiti *P.* 2.
Grosso modo pulveratis affunde
Spiritus Vini rectf. *P.* 4,
macera per dies octo saepius agitando vase clauso, tum exprimendo cola. Residuo affunde
Spiritus Vini rectf. *P.* 3,
macera per dies quatuor et exprime. Colaturae commixtae filtrataeque in extractum spissius redigantur Dosis maxima: *Centig.* 3, et uno die *Centig.* 12. *Ph. Germ.*

Eodem modo paretur:

Extractum Hellebori viridis radicis.

Extractum Aloës.

Rp. Aloës lucidae pulv. *P.* 1,
Aquae frigidae *P.* 4.

Digerantur per diem et noctem et saepius agitentur. Liquor decanthatus et colatus calore balnei aquae eo usque evoporet, ut massa residua refrigescens rigescat et in baculos formari queat, qui loco temperato penitus exsiccati ad pulverem conterantur. Serva in vase probe clauso. *Ph. Helv.* (*Ph. Russ.*)

Eodem modo paretur:

Extractum Myrrhae.

Ph. Germ. Aloës *P.* 1, superfusa Aquae destillatae fervidae *P.* 4, agitetur, donec Aloë esse soluta videatur. Post horas quadraginta octo liquor decanthetur, coletur atque in extractum siccum redigatur. Extractum praebeat cum aqua solutionem turbidam.

Extractum Aloës Socotrinae.

Extract of Socotrine Aloes.

Rp. Aloës Socotrinae contus. *P.* 1,
Aquae dest. fervidae *P.* 10.

Aloë cum Aqua inter agitationem bene mixta seponatur per horas duodecim, tum liquor decanthetur, residuum per colatorium fundendo. Colatura calore balnei aquae vel fluxu aëris fervidi ad siccum redigatur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur:

Extractum Aloës Barbadensis.

(*Extract of Barbadoes Aloes.*)

Extractum amarum.

Rp. Extracti Absinthii,
Extracti Gentianae,
Extracti Trifolii ãã *P.*

Misce. *Ph. Russ.*

Extractum Arnicae.

Rp. Florum Arnicae *P.* 1,
Rhizomatum Arnicae *P.* 2.

Minutim concisis affunde
Spirit. Vini rectf. *P.* 12,

tum digere, vase clauso, per dies duos calore 30 ad 40° C., saepius agitando. Post fortem expressionem residuo denuo affunde
Spirit. Vini simplicis*) *P.* 12,

et digere ut antea.

Colaturae confusae, tum filtratae, Spiritu Vini destillando elicito, calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam evaporentur.
Ph. Helv.

*) *Ph. Helv.* nomen hoc posuit, praeparatum autem hoc nomine signatum non recepit.

Eodem modo parentur:

Extractum Cascarillae cort.
— **Columbo** e radice; extractum calore balnei vaporis exsiccando in pulverem redigatur.
— **Gratiolae** ex herba florente siccata.
— **Hellebori** nigri e rhizomate.
— **Juglandis** e foliis, mense Julio collectis et siccatis.
— **Pimpinellae** e radice.
— **Scillae** e bulbis.
— **Valerianae** e rhizomate.

Ph. Germ. Florum Arnicae *P.* 1, Spiritus V. rectf. et aquae ãã *P.* 6 macerent per duos dies, tum exprimantur. Residuum affusis Spiritus V. rectf. et aquae ãã *P.* 3 maceret per dies duos et exprimatur. Colaturae filtratae evaporando in extractum spissius redigantur.

Extractum Aurantii.

Paretur e Cortice Aurantii fructuum a parenchymate interiore mundato, ut Extractum Arnicae, eo discrimine tamen, ut ad *P.* 1 flavedinis extrahendam sumantur Spiritus Vini rectificati *P.* 3.
Ph. Helv.

Eodem modo parentur:

Extractum Calami e rhizomate.
— **Enulae** e radice.
— **Senegae** e radice grosso modo pulv.

Ph. Germ. Corticis Aurantii fructus *P.* 1 cum Spiritus V. rectfss. et aquae ãã *P.* 2 digerantur per dies tres, tum exprimantur. Residuum cum Spiritus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0080-9 DFG

V. rectfss. et aquae ℞ *P.* 1 denuo digeratur per dies tres atque exprimatur. Colaturae commixtae filtrataeque in extractum spissius redigantur.

Eodem modo parentur:

Extractum Colombo, nisi quod extractum siccum efficiatur.
— **Helenii** radicis.
— **Pimpinellae** radicis.
— **Sarsaparillae** radicis, nisi quod extractum siccum efficiatur.
— **Senegae** radicis, nisi quod extractum siccum efficiatur.
— **Valerianae** radicis.

Extractum Belae liquidum.

Extractum fructus Aegles Marmeleos.
Liquid Extract of Bael.

Rp. Fructus Belae *P.* 8,
Aquae destillatae *P.* 120*v.*
Spirit. Vini rectfss. *P.* 1*v.*

Fructus in Aquae destillatae quantitatis notatae triente maceretur per horas duodecim, tum liquor decanthetur. Haec operatio bis repetatur, sed quaeque maceratio per horam unam tantum continuetur. Colaturae exprimendo collectae mixtaeque per pannum laneum colentur et evaporando ad *P.* 7 (septem) redigantur, quibus refrigeratis Spiritus Vini admisceatur.

Extractum Belladonnae.

Rp. Foliorum ramulorumque recentium Belladonnae florescentis *P.* 24.
Aquae communis *P.* 1

superspersas in mortario lapideo contunde et exprime. Residuum cum

Aquae communis *P.* 3

commixtum denuo exprime. Liquores confusi usque ad 100° C. calefiant, dein per colatorium fusi evaporando ad *P.* 2 remanentes redigantur, quae commixtae cum

Spiritus Vini rectfss. *P.* 2

per horas viginti quatuor seponantur, saepius agitando, tum colentur. Quod in colatorio remanet, contritum cum

Spiritus Vini rectf. *P.* 1

denuo fortiter exprimendo coletur. Colaturae nunc commixtae filtrentur et evaporando ad extracti spissioris densitatem redigantur. Praebeat extractum cum aqua solutionem fere limpidam. *Ph. Germ.*

Eodem modo parentur:

Extractum Chelidonii herbae florescentis.
— **Conii** herbae.
— **Digitalis** foliorum et ramulorum florescentium.
— **Hyoscyami** foliorum et ramulorum florescent.
— **Lactucae** herbae florescentis.
— **Pulsatillae** herbae florescentis.
— **Stramonii** foliorum.

Extractum Cannabis Indicae.

Extract of Indian Hemp.

Rp. Herbae Cannabis Indicae grosso modo pulv. *P.* 6,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 25.

Macera per hebdomadem, tum exprime. Colaturam filtratam, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam redige. *Dosis: Grm.* 0,016—0,065. *Ph. Brit.*

Ph. Germ. Herbae Cannabis Indicae *P.* 1 cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 6 digeratur per triduum et exprimatur. Residuum superfusum Spiritus Vini rectfss. *P.* 4 ut antea digeratur et exprimatur. Colaturae filtratae in extractum spissius redigantur. Extractum aqua non solvitur.

Extractum Cardui benedicti.

Rp. Foliorum Cardui benedicti *P.* 1.
Superinfunde

Aquae fervidae *P.* 6.

Post digestionem per horas sex peractam exprime. Residuum superfusum

Aquae fervidae *P.* 3

digere ut antea et exprime. Colaturae commixtae l. a. ad extractum spissius redigantur. *Ph. Germ.*

Eodem modo parentur:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0081-5 DFG

Extractum Centaurii herbae.

— **Dulcamarae** stipitum, nisi quod aquae fervidae *P.* 2 adhibeantur.

— **Frangulae** corticis, nisi quod aquae fervidae *P.* 4 et deïn *P.* 2 adhibeantur.

— **Gentianae** nisi quod loco aquae fervidae adhibeatur aqua frigida.

— **Glycyrrhizae** nisi quod loco aquae fervidae adhibeatur aqua frigida.

— **Marrubii** herbae, nisi quod aqua caloris 35° C. adhibeatur.

— **Polygalae** herbae.

— **Ratanhae** radicis, nisi quod aqua frigida adhibeatur et colaturae in extractum siccum redigantur.

— **Taraxaci** plantae totius florescentis siccatae.

— **Trifolii fibrini** foliorum.

Extractum Carnis.

Rp. Carnis vaccinae macrae, a pinguedine ossibusque liberatae, minutim concisae *P.* 10.

Contunde in mortario lapideo cum

Aquae communis *P.* 1,

ut fiat puls aequabilis, cui immisceantur

Aquae communis *P.* 20.

Digere in lebete stanneo calore vaporis balnei per horam unam, saepius agitando, tum exprimendo cola. Post expressionem massam carneam residuam misce cum

Aquae communis *P.* 10

et denuo exprime. Colaturae commixtae usque ad *P.* 3 remanentes evaporent, dein refrigeratae colando a pinguedine liberentur, et evaporando ad extracti spissioris densitatem redigantur. Extractum cum aqua praebeat solutionem limpidam. *Ph. Germ.*

Extractum Cascarillae.

Rp. Corticis Cascarillae grosso modo pulv. *P.* 1,

Spiritus Vini diluti *P.* 6.

Cortex primo illius Spiritus Vini *P.* 4 digerendo per horas viginti quatuor, dein Spiritus Vini *P.* 2 exhauriatur. Colaturae exprimendo filtrandoque collectae et mixtae, Spiritu Vini destillando elicito, ad extracti mollis consistentiam evaporent. *Ph. Russ.*

Eodem modo paretur:

Extractum Granati corticis radicis,

nisi quod cortex minutim concisus Spiritus Vini diluti tripla quantitate bis exhauriatur.

Ph. Germ. Corticis Cascarillae *P.* 1, superfusa aquae ebullientis *P.* 4, stet per horas duodecim et saepius agitetur. Tum cola et exprime. Residuum aquae ebullientis *P.* 2 superfusum ut antea tractetur. Colaturae commixtae, decanthatione depuratae evaporando ad extracti spissioris densitatem redigantur. Extractum praebeat cum aqua solutionem turbidam.

Extractum Cassiae.

Extrait de Casse.

Rp. Fruct. Cassiae Fistulae *q. v.*,

Aquae dest. frigidae *q. s.*

Massa pulposa, e fructibus Cassiae exempta permixtaque cum Aqua destillata, per pannum laneum fundatur, pressione non adhibita. Residuo in calatorio Aquae destillatae paulo eluto, colaturae calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam redigantur. *Ph. Gall.*

Extractum Chamomillae.

Rp. Florum Chamomillae *P.* 2.

Superinfunde

Spiritus Vini rectfss. et

Aquae communis ãã *P.* 8,

tum digere per horas viginti quatuor atque exprime. Residuum superfusum

Spiritus Vini rectfss. et

Aquae communis ãã *P.* 4.

eodem modo tractetur. Colaturae commixtae evaporando ad extracti spissioris densitatem redigantur. *Ph. Germ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0082-0 DFG

Extractum Chamomillae Romanae.

Extractum Anthemidis. *Extract of Chamomile.*

Rp. Florum Chamomillae Romanae (Anthemidis nobilis) *Grm.* 500,
Olei Chamomillae Romanae (s. Anthemidis) *Decigrm.* 9,
Aquae destillatae *Grm.* 5000.

Flores in aquam immissi coquantur, donec evaporando Aquae pars dimidia consumpta fuerit. Tum inter expressionem cola. Colaturae filtratae, calore balnei aquae ad consistentiam pilularem redactae admisceatur Oleum Anthemidis. *Ph. Brit.*

Extractum Chelidonii.

Succus herbae Chelidonii florentis exprimendo collectus ebulliat et colatus calore balnei vaporis ad tertiam voluminis partem redigatur. Tum in lagena obturata, quam succus prorsus impleat, per noctem seponatur. Liquor a sedimento defusus et filtratus calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam evaporet. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Paretur ex herba florescente Chelidonii eodem modo quo Extractum Taraxaci.

Extractum Chinae.

Extractum Cinchonae. *Extrait de Quinquina.*

Rp. Cort. Chinae Huanuco grosso modo pulv. *P.* 1.

Affunde

Aquae destill. fervidae *P.* 8.

Sepone per horas viginti quatuor, interdum agitando, tum cola et residuo denuo affunde

Aquae dest. fervidae *P.* 4.

Colaturae singulae decanthatae et evaporando ad syrupi spissitudinem redactae commisceantur et ad consistentiam extracti mollis redigantur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Corticis Chinae fusci *P.* 1 cum Spiritus Vini rectf. *P.* 4 per horas viginti quatuor digeratur, interdum agitando, tum exprimatur. Residuum Spiritus Vini rectf. *P.* 2 superfusum eodem modo tractetur. Colaturae commixtae decanthando filtrandoque depuratae ad extractum spissius redigantur. Extractum cum aqua praebeat solutionem turbidam.

Extractum Chinae Calisayae (regiae).

Extractum Cinchonae Calisayae. *Extrait de Quinquina Calisaya.*

Rp. Cort. Chinae Calisayae *P.* 1,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,914, *P.* 6,
Aquae destill. frigidae *P.* 1.

Cortex modo subtiliore pulveratus in vase deturbatorio affundendo Spiritum vini exhauriatur. Liquori inde obtento, Spiritu calore balnei aquae destillando elicito, Aqua destillata admisceatur, interdum agitando. Post horas duodecim filtra et liquor calore balnei aquae ad consistentiam pilularum redigatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Extractum siccum Chinae rubrae (*Extrait de Quinquina rouge.*)

Extractum Chinae (Calisayae) liquidum.

Extractum Cinchonae flava liquidum. *Liquid Extract of Yellow Cinchona.*

Rp. Corticis Chinae Calisayae grosso modo pulv. *P.* 16,
Aquae destillatae *q. s.*,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 1*v.*

Macera corticem in Aquae destillatae *P.* 40*v.* per horas viginti quatuor., saepius agitando. Tum in vas depulsatorium transfer, et corticem aquam affundendo exhauri, donec colaturae *P.* 240*v* collectae fuerint vel aqua coloris expers stillare coeperit. Colatura calore 71° C. non excedente usque ad *P.* 20*v.* remanentes evaporet et per chartam filtretur. Tum evaporatio continuetur, donec liquor ad *P.* 3*v* reductus fuerit vel pondus specificum 1,200 acquisiverit. Post refrigerationem Spiritus Vini inter assiduam agitationem admisceatur. Pondus specificum mixturae sit 1,100. *Ph. Brit.*

Extractum Chinae frigide paratum.

Cortex Chinae Huanuco per diem et noctem in Aquae destillatae frigidae quantitate quadrupla maceretur et exprimatur. Residuum expressionis eo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0083-6 DFG

dem modo tractetur. Colaturae commixtae et filtratae in vase porcellaneo calore balnei vaporis ad extracti mollis consistentiam redigantur. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Paratio variatur maceratione per horas quadraginta octo efficienda.

Ph. Germ. Corticis Chinae fusci *P.* 4 macera Aquae destillatae *P.* 24 per biduum, tum exprime. Residuum Aquae destillatae *P.* 12 superfusum eadem ratione tractetur. Colaturae commixtae decanthando a sedimento liberatae evaporent usque ad *P.* 3 remanentes, quae post refrigerationem filtratae evaporando in extractum spissius redigantur. Extractum cum aqua praebeat solutionem turbidulam.

Extractum Chinae siccum.

Extractum siccum Cinchonae. Extractum Chinae *Ph. Helv., Russ. Extrait sec de Quinquina; Sel essentiel de la Garaye.*

Rp. Extracti Chinae *q. v.*

Admixta aqua ad syrupi densioris spissitudinem redactum ope penicilli orbibus porcellaneis inducatur et leni calore plane exsiccetur. Tum massa cultri obtusati ope radendo collecta in parvis vitris siccis, bene obturandis servetur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Cort. Chinae Huanuco contusus, superinfusa aquae bullientis quantitate quadrupla, digeratur per horas quatuor calore balnei vaporis. Colatura statim evaporando ad extractum redigatur. Cortex remanens interea iterum eodem quo antea modo tractetur, exprimatur etc. Extractum hoc cum extracto antea effecto mixtum penitus exsiccandum calore balnei vaporis in pulverem redigatur.

Ph. Russ. Corticis Chinae fusci minutim contusi *P.* 1 primo Aquae ebullientis *P.* 4, deinde *P.* 3 seponendo per horas viginti quatuor, et exprimendo exhauriatur. Colaturae mixtae subsidendo decanthandoque depuratae evaporent et exsiccentur. Sit pulvis fuscus.

Extractum Cinae (aethereum.)

Rp. Florum Cinae pulv. *P.* 1,
Aetheris *P.* 3.

Post macerationem exprimendo cola et residuum, affusis

Aetheris *P.* 2,

denuo macera atque eodem modo cola.

Colaturae filtratae, Aethere destillando elicito, leni calore ad mellaginis spissitudinem evaporent. *Ph. Russ.*

Eodem modo parentur:

Extractum Cubebarum aethereum.

— Filicis aeth.

Ph. Germ. Florum Cinae *P.* 2 macerent Aetheris et Spiritus Vini rectfss. ℏ *P.* 3 mixtis per dies tres, tum liquore defuso exprimantur. Residuum Aetheris et Spiritus Vini rectfss. ℏ *P.* 2 superfusum eadem ratione tractetur. Colaturae commixtae filtrataeque in extractum tenuius redigantur. Extractum aqua non solvitur.

Extractum Colchici aceticum.

Acetic Extract of Colchicum.

Rp. Bulborum Colchici recentium, a tunica liberatorum. *P.* 56.

Bulbi contusi et commixti cum

Acidi acetici, pond. spec. 1,044, *P.* 3*v.*

exprimantur. Colatura sedimentando decanthandoque depurata usque ad ebullitionem (100° C.) calefiat, tum per pannum laneum fusa calore 71° C. non excedente in balneo aquae ad extracti mollis consistentiam redigatur. Dosis *Grm.* 0,032—0,13. *Ph. Brit.*

Extractum Colchici (bulbi).

Extract of Colchicum.

Rp. Bulborum Colchici recentium, a tunica externa liberatorum *q. v.*

Bulbi contusi exprimantur. Succus sedimentando decanthandoque depuratus usque ad ebullitionem (100° C.) calefiat, tum per pannum laneum colatus calore 71° C. non excedente in balneo aquae evaporet, ut fiat extractum consistentiae pilularis. *Ph. Brit.*

Extractum Colocynthidis.

Ph. Helv. Paretur e fructibus Colocynthidis, a seminibus liberatis, concisis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0084-2 DFG

ut Extractum Arnicae, eo tantum discrimine, ut ad *P.* 1 fructuum exhauriendam sumantur *P.* 6 Spiritus. Extractum calore 40 ad 50° C. penitus exsiccetur et in pulverem redigatur.

Ph. Germ., Russ. Fruct. Colocynth. a seminibus liberati et grosso modo concisi *P.* 2 cum Spiritus Vini rectificati *P.* 12 per tres dies, interdum agitando, digerantur, tum exprimantur. Residuum cum mixtura e Spiritus Vini rectificati et Aquae ãã *P.* 5 (ãã *P.* 8 *Ph. Germ.*) superfusum inter iteratam agitationem per horas viginti quatuor (per tres dies *Ph. Germ.*) digeratur atque exprimatur. Colaturae commixtae et filtratae evaporando in extractum siccum redigantur.

Extractum Colocynthidis compositum.

Compound Extract of Colocynth.

Rp. Sem. Cardamomi pulv. *P.* 1,
Saponis medicati *P.* 3,
Scammonii Halepensis *P.* 4,
Fruct. Colocynth. decorticati, a seminibus liberati, *P.* 6,
Extracti Aloës *P.* 12,
Spirit. Vini rectf. *P.* 125.

Digere per dies quattuor, saepius agita et exprimendo cola. Colatura filtrata calore balnei vaporis ad consistentiam massae pilularum evaporetur. *Ph. Helv.*

Ph. Brit. Idem praeceptum recipit, nisi quod Fructus Colocynthidis Spiritus Vini rectificati *P.* 160*v* macerando exhauriantur, dein aliae species in tinctura inde obtenta solvantur et postremo Semina Cardamomi pulverata extracto admisceantur.

Ph. Germ. Extracti Colocynthidis *P.* 3, Aloës *P.* 10, Resinae Scammoniae *P.* 8, Extracti Rhei *P.* 5 misceantur, ut fiat pulvis.

Ph. Russ. Extr. Colocynthidis sicci *P.* 3, Aloës pulv. *P.* 10, Scammonii *P.* 8, Extracti Rhei *P.* 5. Misceantur et fiat pulvis, qui servetur.

Extractum Colombo.

Extractum Calumbae. *Extract of Calumba.*

Rp. Rad. Colombo incis. *P.* 2,
Aquae destillatae. *P.* 10*v*.

Macera radicem in Aquae *P.* 5 per horas duodecim et exprimendo cola. Residuum denuo eodem modo tracta. Colaturae commixtae filtrataeque calore balnei aquae ad consistentiam pilularem redigantur. *Ph. Brit.*

Extractum Conii.

Extractum Cicutae *Extrait de Ciguë.*

Rp. Folia Conii florescentis.

In mortario marmoreo contusa exprimantur. Succus liquidus inde obtentus calefiat, donec albumen coagulatum cum chlorophyllo conjunctum spumae instar coierit. Colatura dein inter continuam agitationem ad trientem voluminis redacta per horas duodecim seponatur, ut sedimentum demittat. Postremo liquor decanthatus et colatus ad extracti mollis consistentiam calore balnei aquae evaporet. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Extracta foliorum (herbae) (*les Extraits de feuilles*),
Aconiti (*d'Aconit*),
Belladonnae (*de Belladone*),
Cichorii (*de Chicorée*),
Fumariae (*de Fumeterre*),
Hyoscyami (*de Jusquiame*),
Lactucae viros. (*de Laitue vireuse*),
Rhois radicantis (*de Rhus radicans*),
Stramonii (*de Stramoine*),
Taraxaci (*de Pissentlit*),
Trifolii aquat. (*de Trèfle d'eau*) *et*
Extract. Juglandis putaminum recentium (*Extrait de Brou de noix*).

Extractum Cubebarum.

Cubebae pulveratae, in vas depulsorium ingestae cum Aetheris quadrupla quantitate per diem et noctem macerentur et l. a. Aetheris *q. s.* exhauriantur. Liquor collectus, Aethere calore balnei vaporis elicito, eodem calore ad mellaginis spissitudinem redigatur. Ante dispensationem diligenter versetur. *Ph. Helv.*

Eodem modo paretur:

Extractum Filicis aethereum e rhizomate men-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0085-7 DFG

sibus Augusto vel Septembri collecto, excorticato.

Ph. Germ. Cubebarum *P.* 1 maceret Aetheris *P.* 3 per tres dies, tum liquore defuso residuum exprimatur. Denuo affusis Aetheris *P.* 2 eadem ratione pergatur. Colaturae commixtae filtrataeque in extractum tenuius redigantur. Extractum aqua non solvitur.

Eodem modo paretur:

Extractum Filicis rhizomatis recens siccati pulveratique.

Extractum Digitalis.

Extrait de Digitale.

Rp. Foliorum siccat. Digitalis grosso modo pulv. *P.* 1.

Affunde

Aquae destill. fervidae *P.* 6,

et per horas duodecim sepone. Colatura cum expressione facta, residuo denuo affunde

Aquae dest. fervidae *P.* 2,

sepone ut antea et exprimendo cola. Colaturae primo collectae, evaporando ad spissitudinem syrupi redactae adde colaturam secundam, postremo liquorem ad consistentiam extracti mollis redige. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Extracta (*les Extraits*)

Absinthii summit. (*de sommités d'Absinthe*),

Artemisiae fol. (*de feuilles d'Armoise*),

Borraginis fol. (*de feuilles de Bourrache*),

Chamomillae flor. (*de fleurs de Camomille*),

Cardui benedicti fol. (*de feuilles de Chardon bénit*),

Centaurei summit. (*de sommités de petite Centaurée*),

Chamaedryos summit. (*de sommités de Chamaedrys ou de Germandrée*),

Sennae fol. (*de feuilles de Séné*).

Extractum Digitalis spirituosum.

Extractum Digitalis alcohole paratum.

Extrait alcoolique de Digitale.

Rp. Fol. Digitalis pulv. *P.* 1,

Spirit. Vini, pond. spec. 0,914, *P.* 6.

Pulveri in vas depulsorium immisso affunde Spiritus Vini eam quantitatem, ut madeat. Tum sepone per horas duodecim. Post hoc tempus l. a. sensim affunde Spiritum Vini. Colatura collecta, Spiritu destillando elicito, calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam evaporet. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Extracta spirituosa (*les Extraits alcooliques*),

Aconiti fol. (*de feuilles d'Aconit*),

Belladonnae fol. (*de feuilles de Belladone*),

Caïncae rad. (*de racine de Caïnca*),

Chinae Calisayae (*de Quinquina Calisaya*),

Chinae fuscae (*de Quinquina gris Huanuco*),

Chinae rubrae (*de Quinquina rouge*),

Conii fol. (*de feuilles de Ciguë*),

Granati cort. rad. (*d'écorce de racine de Grenadier*),

Hyoscyami fol. (*de feuilles de Jusquiame*),

Ipecacuanhae rad. (*de racine d'Ipécacuanha*),

Narcissi Pseudonarcissi fol. (*de feuilles de Narcisse des prés*),

Polygalae rad. (*de racine de Polygala*),

Pulsatillae fol. (*de feuilles d'Anémone pulsatille*),

Rutae fol. (*de feuilles de Rue*),

Sabinae fol. (*de feuilles de Sabine*),

Sarsaparillae (*de racine de Salsepareille*),

Stramonii fol. (*de feuilles de Stramoine*),

Ulmi cort. (*d'écorce d'Orme*).

Extractum Ebuli.

Succus Ebuli inspissatus.

Fructus Ebuli maturi recentes calefiant atque agitentur, ut disrumpantur, tum exprimantur. Succus expres-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0086-3 DFG

sus subsidat, deinde colatus ad extracti spissioris densitatem evaporando redigatur. Hujus succi inspissati, adhuc calentis *P.* 12 immisceatur

Sacchari pulverati *P.* 1.

Sit coloris e rubro fusci, cum aqua praebeat solutionem paullum turbidam. *Ph. Germ.*

Extractum Ferri pomati.

Extract de Malate de Fer.

Rp. Pomorum acidorum immaturorum *P.* 6.

In pultem contusas commisce cum

Ferri limati puri *P.* 1.

Digere saepius agitando et aquam evaporatam restituendo, donec massa aequabiliter nigruerit. Tum dilue aquae aliquantulo et exprime, quae extractio residui expressi eodem modo iteretur. Colatura subsidendo filtrandoque depurata calore balnei vaporis ad extracti mollis consistentiam redigatur. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Praeceptum *Ph. Helv.*, nisi quod fila Ferri sumantur. Post digestionem per duas hebdomades peragendam fila Ferri massae eximantur, et extractum deinde evaporando effectum aquae quadruplo sui ponderis solvatur, filtretur denuoque in extractum spissum redigatur.

Ph. Germ. Fructuum Mali acidulorum, *P.* 48 in pultem contundendo redigantur atque exprimantur. Succus subsidat et coletur, tum calore balnei vaporis (95 ad 100° C.) cum Ferri pulverati *P.* 1 calefiat, quamdiu ferrum solvitur. Dein sepone per aliquod tempus, saepius agitando, et filtra. Liquor filtratus, in vas porcellaneum immissus, ad extracti spissioris densitatem evaporet. Extractum cum aqua solutionem fere limpidam exhibens contineat in partibus centenis non minus quam senas (6) Ferri partes.

Extractum Filicis.

Extractum Filicis maris aethereum. Oleum Filicis. *Extrait éthéré de Fougère mâle.*

Rp. Rhizomatis Filicis a partibus vetulis mundati, recens siccati *P.* 1,

Aetheris *P.* 2.

Rhizoma subtiliter pulveratum, in vas depulsorium immissum, l. a. Aetherem sensim affundendo, vase clauso, exhauriatur. Liquor stillando obtentus, Aethere omni cautionis genere et lenissimo calore destillando elicito, calore balnei aquae per aliquod tempus agitetur, ut extractum efficiatur, quod in vase clauso serves. *Ph. Gall.*, (*Brit.*)

Eodem modo parentur:

Extracta aetherea (*les Extraits éthérés*).

Cantharidum (*de Cantharides*),

Cinae florum (*de Semen-contra*).

Extractum Gentianae.

Extrait de Gentiane. Extract of Gentian.

Rp. Radicis Gentianae *q. v.*,

Aquae destill. frigidae *q. s.*

Radix grosso modo pulverata, quantitate Aquae destillatae dimidia ponderis humectata, seponatur per horas duodecim, tum in vas depulsorium ingesta l. a. sensim aquam affundendo sat exhauriatur. Liquor collectus calore balnei aquae calefiat, et coagulum inde effectum colando separetur. Tandem colatura evaporando ad consistentiam mollem extracti redigatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Extracta (*les Extraits*)

Bardanae rad. (*de racine de Bardane*),

Bistortae rhizomatis (*de racine de Bistorte*),

Dulcamarae stipit. (*de tiges de Douce-amère*)

Enulae rad. (*de racine d'Aunée*).

Glyzyrrhizae rad. (*de racine de Réglisse*),

Graminis rhizomatis (*de racine de Chiendent*).

Monesiae cort. (*d'écorce de Monésia.*)

Patientiae rad. (*de racine de Patience*).

Quassiae ligni (*de bois de Quassia amara*).

Ratanhae rad. (*de racine de Ratanhia*).

Saponariae rad. (*de racine de Saponaire*).

Ph. Brit. Radicis Gentianae incisae *P.* 1, superinfusis Aquae destillatae fer-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0087-9 DFG

vidae *P.* 10, seponatur per horas duas, tum per horae quadrantem ebulliat. Colatura exprimendo effecta calore balnei aquae ad consistentiam pilularem redigatur.

Extractum Glycyrrhizae

Extract of Liquorice.

Rp. Radicis Glycyrrhizae *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 10*v*.

Radicem grosso modo pulveratam in Aquae *P.* 5*v* macera per horas duodecim, tum exprimendo cola. Residuum, affusis Aquae *P.* 5, denuo macera per sex horas atque exprimendo cola. Colaturae mixtae usque ad ebullitionem calefactae per pannum laneum colentur et calore balnei aquae evaporando ad consistentiam pilularem redigantur. *Ph. Brit.*

Extractum Gnidii aethereum.

Extrait éthéré de Garou.

Rp. Corticis Daphnes Gnidii *P.* 1,
Spirit. Vini, pd. sp. 0,864, *P.* 7,
Aetheris *P.* 1.

Cortex quantum fieri potest pulvereus, in vas depulsorium immissus, sensim affundendo Spiritum Vini exhauriatur. Liquor collectus, Spiritu Vini destillando elicito, in lagenam epistomio vitreo munitam ingeratur et, superinfuso Aethere, per horas viginti quatuor seponatur, saepius agitando. Deinde liquorem aethereum, Aethere omni cautione adhibita destillando elicito, calore balnei aquae ad mellis spissitudinem redige. *Ph. Gall.*

Extractum Graminis.

Rp. Rhizomatis Graminis *P.* 1.
Superinfunde
Aquae fervidae *P.* 6,
tum digere per horas sex et cola. Colatura statim ad spissitudinem syrupi evaporata solvatur
Aquae destillatae
quadrupla quantitate et post filtrationem evaporando ad extracti spissioris densitatem redigatur. Extractum cum aqua exhibeat solutionem limpidam. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Paretur aequali modo, nisi quod Rhizomatis Graminis *P.* 1 primum maceretur Aquae frigidae *P.* 4 per horas duodecim, dein post expressionem Aquae frigidae *P.* 2. Colaturae commixtae evaporando ad duos trientes sui ponderis redactae per horas duodecim seponantur, tum decanthentur et usque ad spissitudinem extracti redigantur. Hoc extractum aquae quadruplo solutum filtretur et denuo evaporet, ut extractum spissius exhibeatur.

Extractum Graminis liquidum.

Mellago Graminis.

Rp. Extracti Graminis *P.* 3,
Aquae destillatae *P.* 1.
Solve. *Ph. Russ., Helv.*

Eodem modo paretur:

Extractum Taraxaci liquidum s. Mellago Taraxaci.

Extractum Gratiolae.

Ph. Russ. Paretur aequali modo quo Extractum Colocynthidis, eo discrimine, ut sumantur Herbae Gratiolae *P.* 2, Spiritus Vini rectificati *P.* 6 et mixtura parata e Spiritus Vini rectificati et Aquae ãã *P.* 3.

Extractum Guajaci.

Extrait de Gayac.

Rp. Ligni Guajaci raspati *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 9.
Coque per horam unam et cola. Residuo affunde.
Aquae destillatae *P.* 9,
denuo coque et cola. Colaturae per horas duodecim sepositae, tum decanthatae evaporent, donec consistentiam mollem acquisiverint, et misceantur cum
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864,
parte octava ponderis massae inspissatae. Mixtione bene exacta evaporatio continuetur, ut fiat extractum justae consistentiae. *Ph. Gall.*

Extractum Haematoxyli.

Extractum Ligni Campechiani. *Extrait of Logwood.*

Rp. Ligni Campechiani raspati *P.* 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0088-4 DFG

Affunde

Aquae destill. fervidae *P.* 10.

Sepone per horas viginti quatuor, deinde coquendo liquorem ad dimidium voluminis redactum cola. Colatura calore balnei aquae, agitando ope spathulae ligneae, evaporet atque exsiccetur. Lebes ferreus ne adhibeatur. *Ph. Brit.*

Ph. Germ. Ligni Campechiani *P.* 1 cum Aquae *P.* 8 coquatur usque ad dimidium volumen liquoris remanens, tum fiat colatura. Lignum residuum denuo cum aquae *P.* 6 coquatur et ope preli fiat colatura. Liquores commixti et decanthatione depurati in extractum siccum redigantur. Extractum cum aqua solutionem turbidam praebet.

Eodem modo paretur:

Extractum Quassiae ligni, nisi quod extractum spissius efficiatur.

Extractum Jalapae.

Extract of Jalap.

Rp. Tuberum Jalapae *P.* 1,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 5,
Aquae destillatae *P.* 10.

Jalapae tubera grosso modo pulverata cum Spiritu Vini per septimanam macerentur, tum exprimantur. Colatura filtrata, Spiritu Vini destillando elicito, ad extracti mollis consistentiam evaporet.

Residuum ex expressione cum Aqua destillata per horas quatuor maceretur, tum exprimendo colatura efficiatur. Liquor calore balnei ad extracti mollis consistentiam redactus et cum extracto spirituoso, antea effecto, commixtus calore 60° C. non excedente ad consistentiam pilularem evaporet. Dosis *Grm.* 0,32 ad 1,0. *Ph. Brit.*

Extractum Ipecacuanhae.

Rp. Radicis Ipecacuanhae *P.* 1.

Superinfunde

Spiritus Vini rectfss. *P.* 3,

macera per tres dies et exprime. Residuum

Spiritus Vini rectfss. *P.* 2

superfusum ut antea tractetur. Colaturae commixtae filtrataeque atque ad densitatem extracti spissi evaporando redactae solvantur

Aquae destillatae *P.* 4

et post filtrationem in extractum siccum redigantur. Extractum cum aqua solutionem limpidam exhibeat. *Ph. Germ.*

Extractum Juglandis Corticis fructus.

Rp. Corticis fructus Juglandis recentis *P.* 10,
Aquae communis *P.* 1.

In mortario lapideo contusae exprimantur, et succus colatus in vas porcellaneum infusus ad extracti spissioris densitatem evaporet. Extractum cum aqua exhibeat solutionem turbidam. *Ph. Germ.*

Extractum Juglandis nucum.

Fructus immaturi Juglandis Regiae recentes, mense Julio collecti, in mortario lapideo ope pistilli lignei contusi exprimantur et residuum cum aquae aliquantulo pinsitum iterum exprimatur. Colaturae confusae blando calore ad extracti mollis consistentiam evaporentur. *Ph. Helv.*

Extractum Juniperi.

(Succus Juniperi inspissatus.) *Extrait de Genièvre.*

Rp. Fruct. Juniperi rec. siccat. *P.* 1.

In mortario marmoreo paulo contusam macera in

Aquae destill. tepidae (30° C.) *P.* 3

per horas viginti quattuor, tum leviter exprimendo cola. Residuum denuo macera eadem quantitate Aquae destill. tepidae, et post horas duodecim cola. Colaturae singulae, per pannum laneum fusae et ad syrupi spissitudinem calore balnei aquae redactae commisceantur atque evaporent, ut fiat extractum molle. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Russ. Fructus Juniperi recentes contusi, quadruplo aquae fervidae mixti, post refrigerationem modice exprimantur. Colatura subsidat, per pannum fundatur et ad extracti tenuioris spissitudinem evaporet.

Ph. Helv. Extracto e Fructuum Juniperi *P.* 8 obtento ad finem evaporationis addatur Sacchari *P.* 1. Sit spissitudinis mellis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0089-3 DFG

Extractum Lactucae.

Thridace; Extrait de Laitue.

Rp. Corticis recentis caulis Lactucae sativae (capitatae) *q. v.*

In mortario marmoreo contunde et fortiter exprime. Succus collectus calefiat, ut albumen coagulet, dein coletur per pannum laneum. Colatura postremo calore balnei aquae ad extracti densioris consistentiam evaporet. *Ph. Gall.*

Extractum Lupuli.

Extract of Hop.

Rp. Strobilorum Lupuli *P.* 8,
Spirit. Vini rectifss. *P.* 15,
Aquae destillatae *P.* 80.

Strobilos cum Spiritu Vini per septimanam macera, tum exprime et filtra. Colaturam, Spiritu Vini destillando elicito, ad extractum molle redige. Residuum expressionis cum Aqua destillata per horam unam coque et exprime. Colatura evaporando ad extractum molle redacta cum extracto spirituoso, antea effecto, commisceatur et calore 60° C. non excedente ad consistentiam pilularem evaporet. Dosis: *Grm.* 0.3 ad 1,0. *Ph. Brit.*

Ph. Germ. Fructuum Lupuli *P.* 1, superfusa Spiritus Vini rectf. *P.* 8, per tres dies digeratur, tum exprimatur. Residuum cum Spiritus Vini rectf. et aquae ana *P* 2 eadem ratione tractetur. Colaturae commixtae filtrataeque evaporando in extractum spissius transducantur. Extractum aqua ex parte solvitur.

Extractum Mezerei.

Rp. Corticis Mezerei *P.* 1.
Superinfunde
Spiritus Vini rectfss. *P.* 4,
digere per tres dies et exprime. Residuum
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3
superfusum eodem modo tractetur. Colaturae commixtae in extractum tenuius redigantur. Extractum aqua non solvitur. *Ph. Germ.*

Extractum Mezerei aethereum.

Ethereal Extract of Mezereon.

Rp. Corticis Mezerei *P.* 8,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 80*v*,
Aetheris *P.* 10*v*.

Cortex incisa cum Spiritus Vini *P.* 60*v* per tres dies maceretur, saepius agitando, tum exprimendo coletur. Residum, affusis Spiritus Vini *P.* 20*v*, denuo per tres dies maceretur, et exprimendo coletur. Colaturae mixtae filtrataeque, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, ad extractum molle evaporent quod in lagenam ingestum et Aethere superinfusum per horas viginti quatuor inter iteratam agitationem maceretur. Deinde liquor aethereus decanthetur et, Aethere destillando ex parte elicito, leni calore ad extracti mollis consistentiam redigatur. *Ph. Brit.*

Extractum Myrrhae.

Rp. Myrrhae *P.* 1.
Aquae destillatae *P.* 4
superfusa per dies duos maceret. Post decanthationem residuum
Aquae destillatae *P.* 2
superfundatur, tum post macerationem per diem unum peractam decantha. Liquores confusi et colati in extractum siccum ducantur. Extractum cum aqua solutionem turbidam praebet. *Ph. Germ.*

Extractum Opii.

Extrait d'Opium; Extrait thébaique.

Rp. Opii Smyrnaici *P.* 1.

Opio in taleolas tenuissimas discisso superinfunde

Aquae dest. frigidae *P.* 8.

Sepone per horas viginti quatuor, saepius agita, dein exprimendo cola. Massae post colaturam residuae affunde

Aquae dest. frigidae *P.* 4,

et interdum agitando macera per horas duodecim, tum exprimendo cola. Colaturae confusae et filtratae evaporent calore balnei aquae, donec extracti consistentia effecta fuerit. Hoc extractum Aquae frigidae quantitate decupla solvatur, dein seponatur et filtretur. Colatura denuo evaporando ad justam extracti densioris consistentiam redigatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv., Russ. Opium Smyrnaicum concisum Aquae destillatae quadruplo superinfusum macera saepius agitando per diem et noctem, tum exprimendo cola. Residuum (Aquae destillatae triplo ponderis Opii superfusum, *Ph. Germ.*) eodem modo tracta. Cola-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0090-8 DFG

turae confusae filtrataeque calore balnei vaporis ad siccum evaporent, et extractum in vitris clausis servetur.

Ph. Brit. Opium *P.* 2 in Aquae destillatae frigidae *P.* 15 maceretur, tum exprimantur, quae operatio cum residuo expressionis bis iteretur. Colaturae per pannum laneum fusae evaporando ad consistentiam pilularem redigantur.

Extractum Opii liquidum.

Liquid Extract of Opium.

Rp. Extracti Opii *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 16*v*.

Macera et saepius agita. Deinde admisce

Spiritus Vini rectfss. *P.* 4*v*

et filtra. Colaturae sint *P.* 20*v*. Dosis 10 ad 40 Guttas. *Ph. Brit.*

Extractum Papaveris.

Extract of Poppies.

Rp. Capsularum Papaveris siccat., a seminibus liberatarum et grosso modo pulv. *P.* 8,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 1*v*,
Aquae destill. ferventis *q. s.*

Capsulae cum Aquae destillatae ferventis *P.* 20*v* mixtae stent per horas viginti quatuor et saepius agitentur. Tum in vas depulsorium ingestis affunde aquae ejusdem q. s., ut capsulae bene exhauriantur et colaturae *P.* 80*v* colligantur, quae calore aquae balnei evaporando ad *P.* 10*v* reducantur, dein post refrigerationem cum Spiritu Vini commisceantur. Mixtura per horas viginti quatuor seposita, tum filtrata calore balnei aquae ad consistentiam pilularem evaporando redigatur. Dosis 0,13 ad 0,32 Grm. *Ph. Brit.*

Extractum Pareirae.

Extract of Pareira.

Rp. Radicis Pareirae (Cissampeli) grosso modo pulv. *P.* 16,
Aquae dest. fervidae *P.* 160*v* vel *q. s.*

Digere radicem cum Aquae dest. ferventis *P.* 20*v* per horas viginti quatuor, tum in vas deturbatorium immitte. Sensim affundendo Aquam fervidam radix sat exhauriatur vel colaturae *P.* 160*v* colligantur, quae calore balnei aquae ad consistentiam pilularem evaporando redigantur. Dosis Grm. 0,65 ad 1,3. *Ph. Brit.*

Extractum Pareirae liquidum.

Liquid Extract of Pareira.

Paretur aequali modo quo Extractum Pareirae, nisi quod colatura (e radicis *P.* 16) evaporando ad *P.* 13*v* remanentes reducta et refrigerata commisceatur cum

Spiritus Vini rectfss. *P.* 3*v*,

quae mixtura filtretur. *Ph. Brit*

Extractum Physostigmatis seminis.

Extractum Fabae Calabariensis. *Extrait de fève de Calabar.*

Rp. Seminum Physostigmatis venenosi *P.* 1,
Spirit. Vini, pd. sp. 0,864, *P.* 5.

Semina subtilissime pulverata, in vesicam destillatoriam immissa cum Spiritus Vini *P.* 1*v*. calore balnei aquae per horas duas digerantur, tum in vas depulsorium translatis l. a. sensim affunde Spiritus Vini ferventis *P.* 1. Haec ratio continuetur, donec liquor stillans fere coloris expers evadere coeperit.

Liquor collectus, Spiritu Vini destillando elicito, calore balnei aquae ad extracti consistentiam evaporet, inter continuam agitationem, ut extractum homogeneum efficiatur. Partes 1000 seminum praebent extracti *P.* 25 vel 30. *Ph Gall.*

Ph. Brit. Sem. Physostigmatis grosso modo pulveratorum *P.* 8 commisceantur cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 10*v* et seponantur per horas quadraginta octo, saepius agitando. Tum in vas depulsorium ingere et sensim affundendo Spiritus Vini rectfss. *P.* 30*v* semina satis exhauriantur. Post expressionem colaturae commixtae filtrentur et, Spiritu Vini destillando e retorta elicito, calore balnei aquae ad extracti mollis consistentiam evaporent.

Ph. Russ. Sem. Physostigmatis gr. m. pulv. *P.* 20 affunde Spiritus Vini rectfss. *P.* 60, Aquae destill. *P.* 20, Aceti puri *P.* 5. Digere interdum agitando, vase clauso, per biduum et exprimendo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0091-4 DFG

cola. Residuum, Spiritus V. rectfss. *P.* 30 et Aquae destill. *P.* 10 superfusis, eodem modo tractetur. Colaturae commixtae filtratae calore balnei vaporis ad extracti mollis consistentiam evaporent.

Extractum Pini foliorum.

Extractum Pini silvestris.

Folia Pini silvestris recentia cum Aquae q. s. in vesicam destillatoriam immittantur et destillando Oleum Pini foliorum colligatur. Tum liquor ex vesica exemtus, sedimentando colandoque depuratus ad extracti consistentiam tenuioris evaporet. *Ph. Russ.*

Extractum Quassiae.

Extract of Quassia.

Rp. Ligni Quassiae *P.* 2,
Aquae destillatae *q. s.*

Macera lignum raspatum, Aquae destillatae *P.* 1*v* humectatum per horas duodecim. Tum in vas depulsorium ingere et lignum sensim affundendo Aquam destillatam satis exhauri. Colatura evaporet ex parte et filtretur, antequam spissescat. Postremo ad consistentiam pilularem evaporando redigatur. *Ph. Brit.*

Ph. Russ. Lignum Quassiae minutim concisum bis exhauriatur affundendo Aquae ebullientis quantitatem quadruplam. Seponendo per horas quadraginta octo, exprimendo colandoque, tum evaporando fiat extractum spissius.

Extractum Ratanhae.

Extractum Ratanhiae. Extractum Krameriae. *Extract of Rhatany.*

Radici Ratanhae grosso modo pulveratae quadruplum Aquae fervidae infundatur. Post refrigerationem exprimatur. Residuum eadem ratione adhuc bis tractetur. Colaturae commixtae in lagenis prorsus replendis obturatisque per diem et noctem seponantur, et deinde decanthatae statim calore blando, ad finem in patina porcellanea calore balnei aquae ad siccum evaporent. Sit pulvis. *Ph. Helv.*

Ph. Brit. Radicis Ratanhae grosso modo pulveratae *P.* 8 macerentur in Aquae destillatae *P.* 15*v* per horas viginti quatuor, tum in vas depulsorium ingestis Aquae destillatae *q. s.* affundatur, ut colaturae *P.* 120*v* colligantur vel radix sat exhausta sit. Colatura evaporando ad siccum redigatur.

Ph. Russ. Radicis Ratanhae grosso modo pulveratae *P.* 1 primo Aquae frigidae *P.* 4 et macerando per horas triginta sex, deinde Aquae frigidae *P.* 3 atque macerando per horas viginti quatuor exhauriatur. Colaturae post sedimentationem filtratae evaporent, ut fiat extractum siccum.

Extractum Rhamni cathartici.

Succus Rhamni cath. inspissatus. *Extrait de baies de Nerprun; Rob de Nerprun.*

Rp. Fructus Rhamni cath.

Inter manus compressi seponantur per 24 horas, tum exprimantur. Succus post sedimentationem per pannum laneum fusus calore balnei aquae ad mellis densioris consistentiam evaporet. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Extractum vel **Succus inspissatus Sambuci** (*Rob ou Extrait de Sureau*).

Extractum Rhei.

Extrait de Rhubarbe. Extract of Rhubarb.

Rp. Radicis Rhei optimae in frustulis *P.* 1.

Affunde

Aquae destill. frigidae *P.* 5.

Post 24 horas cola leviter exprimendo, filtra et continuo colaturam evaporando ad syrupi spissitudinem redige. Residuo ex expressione denuo affunde

Aquae dest. frigidae *P.* 3,

tum exprime et filtra. Hanc colaturam evaporando coarctatam commisce cum colatura priore inspissata, et mixturam in consistentiam extracti mollis redige. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Paretur e radice Rhei optimi modo quo Extractum Chinae frigide paratum, nisi quod extractum calore balnei vaporis exsiccetur et in pulverem redigatur.

Ph. Brit. Radicis Rhei incisae *P.* 8 in Spiritus V. rectifss. *P.* 5*v* et Aquae destillatae *P.* 50 macera per dies quatuor, tum decantha et exprime. Colatura subsidendo filtrandoque depurata

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0092-0 DFG

calore 71° C. non superante ad consistentiam pilularem evaporando redigatur.

Ph Russ. Radicis Rhei concisae *P.* 1 in Aquae communis frigidae *P.* 2 per horas viginti quatuor macera, interdum agita et exprime. Residuum eodem modo tractetur. Colaturae commixtae subsidendo decanthandoque depuratae leni calore in extractum siccum redigantur.

Extractum Rhei compositum.

Rp. Resinae Jalapae,
Saponis medicati ãã *P.* 1,
Extracti Aloës *P.* 2,
Spirit. Vini rectificati *P.* 4.

Conterendo mixtis adde
Extracti Rhei *P.* 6,
et massam calore balnei vaporis, sedulo agitando, ad consistentiam pilularem redige, tum calore 30 ad 40° C. prorsus exsicca. Sit pulvis. *Ph. Helv.*

Ph. Germ., Russ. Extracti Rhei *P.* 3 et Extracti Aloës *P.* 1 in Aquae destill. *P.* 4 leni calore emollitis admisce Saponis jalapini *P.* 1 antea in Spiritus Vini rectificati *P.* 4 solutam. Mixta evaporando in extractum siccum redigantur. Sit pulvis.

Extractum Sambuci.

Succus Sambuci inspissatus. Roob Sambuci.

E Fruct. Sambuci recent. modo quo Succus Ebuli inspissatus paretur. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Fructus Sambuci nigrae maturi recentes calore balnei vaporis inter agitationem calefiant, donec dirupti fuerint, tunc exprimantur. Colatura post sedimentationem ad extracti mollis consistentiam evaporet.

Extractum Sarsaparillae liquidum.

Extractum Sarsae liquidum. *Liquid Extrait of Sarsaparilla.*

Rp. Radicis Sarsaparillae Jamaicensis *P.* 16,
Aquae destillatae, ad 71 ad 72° C. calefactae, *P.* 280*v*,
Spiritus Vini rectfic. *P.* 1*v*.

Digere radicem in transversum incisam cum dimidia quantitate Aquae per horas sex et decantha. Residuum digere cum reliqua quantitate Aquae per idem temporis spatium et exprime. Liquores commixtos atque filtratos evapora calore balnei aquae, donec *P.* 7*v* remanserint vel liquor pondus specificum 1,13 acquisiverit. Post refrigerationem admisce Spiritum vini. Pond. spec. sit 1,095. *Ph. Brit.*

Extractum Scillae spirituosum.

Extractum Scillae *Ph Germ.* Extractum Scillae alcohole paratum. *Extrait de Scille.*

Rp. Squamarum siccatarum Scillae contusarum *P.* 1,
Spirit. Vini pond. spec. 0,914 *P.* 8.

Macera squamas Scillae in Spiritu Vini *P.* 6 per dies decem, exprimendo cola. Residuo expressione obtento quantitatem reliquam Spiritus Vini affunde et post dies tres exprime. Colaturae confusae filtrataeque, Spiritu destillando elicito, balnei aquae calore, ad extracti mollis consistentiam evaporent. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Extracta (*les Extraits*)
Agaricialbi (*d'Agaric blanc*),
Cantharidum (*de Cantharides*),
Colocynthidis (*de Coloquinte*),
Colombo (*de Colombo*),
Croci (*de Safran*),
Lupuli strobilorum (*de cônes de Houblon*),
Papaveris capsularum (*de Pavot blanc*).

Ph. Germ. Bulbi Scillae *P.* 1, superfusa Spiritus Vini rectf. *P.* 4, per quatuor dies maceretur, tum exprimendo colatura efficiatur, quae decanthata filtrataque in extractum spissius redigatur.

Extractum Secalis cornuti.

Extractum haemostaticum. Ergotina.

Rp. Secalis cornuti messis ultimae pulv. *P.* 1,
Aquae frigidae *P.* 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0093-6 DFG

Macera per horas sex, tum exprime et residuum, affusis aquae *P.* 2, eodem modo tracta. Colaturae mixtae calore balnei vaporis inspissentur, ut aequent syrupum, qui dein cum tripla quantitate

Spiritus Vini rectificati

conquassetur et per diem unum seponatur. Dein liquor filtratus calore balnei vaporis ad extracti mollis consistentiam redigatur. *Ph. Helv.*, (*Russ.*)

Ph. Germ. adhibere praecipit Aquam destillatam. Colaturae inspissatae solvantur in Spiritus Vini rectf. *P.* 1 etc.

Extractum Secalis cornuti liquidum.

Extractum Ergotae liquidum. *Liquid Extract of Ergot.*

Rp. Secalis cornuti grosso modo pulv. *P.* 16.

In vas depulsorium immissis sensim affunde

Aetheris *P.* 20*v*,

quae antea cum Aquae destillatae *P.* 10*v* conquassatae, deinde ab aqua decanthatae sunt. Secale cornutum hoc modo ab oleo liberatum digere cum

Aquae destill. *P.* 60*v*,

per horas duodecim calore 71° C. Dein exprimendo cola, et colaturam calore balnei aquae evaporando usque ad *P.* 9*v* remanentes redige, quibus refrigeratis admisceantur

Spiritus V. rectfss. *P.* 8*v*.

Mixtura stet per horam unam, deinde filtretur. Sint *P.* 16*v*. *Ph. Brit.*

Extractum Senegae.

Ph. Russ. Paretur modo quo Extractum Colocynthidis e Radicis Senegae grosso modo pulveratae *P.* 1, Spiritus Vini rectificati *P.* 3 atque mixtura parata e Spiritus Vini rectificati et Aquae ãã *P.* 1.

Extractum Stramonii seminum.

Extr. Str. sem. alcohole paratum. Extractum Stramonii *Ph. Brit. Extrait de semences de Stramoine. Extract of Stramonium.*

Rp. Seminum Stramonii *P.* 1,
Spirit. Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 6,
Aquae destill. frigidae *q. s.*

Semina grosso modo pulverata per aliquot horas leni calore cum parte dimidia quantitatis notatae Spiritus Vini digerantur, et cum expressione colentur. Residuum cum reliqua quantitate Spiritus digere et exprimendo cola. Colaturae commixtae filtrataeque, Spiritu destillando elicito, calore balnei aquae evaporent. Residuum inde obtentum in Aquae destillatae frigidae quantitate quadrupla solvatur, filtretur et postremo calore balnei aquae ad extracti densi consistentiam evaporando redigatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Extracta seminum (*les Extraits de Semences*)

Belladonnae (*de Belladone*),
Colchici (*de Colchique*),
Conii (*de Ciguë*),
Hyoscyami (*de Jusquiame*).

Rp. Seminum Stramonii grosso modo pulverat. *P.* 8,
Aetheris *P.* 10*v*,
Aquae destillatae q. s.,
Spirit. Vini tenuioris q. s.

Aether in lagenam immissus cum Aquae destillatae *P.* 5 bene conquassetur et, disjunctione peracta, decanthetur. Seminibus in vas depulsorium ingestis hic Aether affundatur. Colatura aetherea rejecta, Spiritus Vini tamdiu sensim affundatur, donec semina satis exhausta fuerint. Colatura spirituosa, inde obtenta, Spiritu Vini destillando elicito, calore balnei aquae evaporando ad consistentiam pilularem redigatur. Dosis 15 *Milligr.* ad 3 *Centigr. Ph. Brit.*

Extractum Strychni seminis aquosum.

Ph. Helv. Paretur e Seminibus Strychni grosso modo pulveratis, ut in Extracto Chinae praescriptum est, nisi quod coquendo exhauriantur. Sit pulvis.

Extractum Strychni seminis spirituosum.

Extractum Nucis vomicae spirituosum. Extractum Nucis vomicae *Ph. Gall.*, *Brit. Extrait de Noix vomique. Extract of Nux vomica.*

Rp. Seminum Strychni *P.* 1,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0094-1 DFG

Spiritus Vini, pd. sp. 0,864, *P.* 8.

Semina grosso modo pulverata primo in Spiritus Vini *P.* 6 per duas ad tres dies macerent et exprimantur. Residuum expressionis dein in reliqua quantitate Spiritus Vini denuo maceret et exprimatur. Colaturae commixtae filtrataeque, Spiritu Vini destillando elicito, evaporando ad extracti consistentiam redigantur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv., (*Brit.*) Seminum Strychni grosso modo pulverat. *P.* 1 cum Spiritus Vini rectificatissimi *P.* 2 in vesicam destillatoriam immissam digere per diem unum, reaffundendo quod destillando transeat, tum post refrigerationem exprime. Residuum eadem ratione iterum tractetur. Colaturae confusae filtrataeque, in vesicam immissae, tum destillando ad quartam partem voluminis deminutae in vase aperto calore balnei vaporis ad extracti mollis consistentiam redigantur.

Ph. Germ., *Russ.* Aquali modo Sem. Strychni *P.* 2 primo Spiritus Vini rectificati *P.* 4 et digerendo (50—60°) per duos dies, postea ejusdem Spiritus *P.* 3 exhauriantur. Colaturae mixtae filtrataeque, Spiritu vini destillando elicito, evaporando in extractum siccum redigantur.

Extractum Succi Glycyrrhizae.

Extractum Glycyrrhizae s. Liquiritiae *Ph. Helv.*, *Russ.* Succus Glycyrrhizae (Liquiritiae) depuratus. *Extrait de Suc de Réglisse; Suc de Réglisse purifié.*

Rp. Succi Glycyrrhizae Calabrici *q. v.*

In frustula discisso et misso in orbem cribrarium, qui diaphragmatis instar in vase stanneo collocatus est, affunde

Aquae destill. frigidae

quantitatem sufficientem. Succo dissoluto, liquor per pannum laneum coletur et calore balnei aquae ad justam extracti densioris consistentiam redigatur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. (*Germ.*, *Russ.*) Succus Calabrinus optimus, interjecto stramine loto, in strata disponatur et aqua frigida perfundatur. Post diem et noctem, liquore limpido strophingis ope defuso, denuo aqua frigida perfundatur, et agatur ut antea. Colaturae blando calore ad extracti densioris consistentiam redigantur.

Extractum Taraxaci.

Extract of Dandelion.

Rp. Radicis recentis Taraxaci *q. v.*

Radix contusa exprimatur. Succus inde collectus ad sedimentationem seponatur, tum decanthatus et usque ad 100° C. calefactus hoc gradu caloris per sextam horae partem contineatur, et tandem colatus calore 71° C. non excedente evaporando ad consistentiam pilularem redigatur. *Ph. Brit.*

Ph. Russ. Succus expressus ex radice cum herba Taraxaci, vere collecta, ebulliat, dein colatus loco frigido seponatur. Residuum ex expressione aquae fervidae dupla quantitate superfusum stet per horas duodecim, tum fiat colatura, quae succo antea collecto decanthatoque admisceatur. Liquidum totum evaporando ad trientem usque voluminis redactum loco frigido seponatur et, postquam subsederit, de faece decanthatum calore balnei aquae ad extracti consistentiam spissioris usque evaporet.

Extractum Valerianae aethereum.

Ph. Russ. Paretur modo quo Extractum Cinae e Rhizomatis Valerianae *P.* 1, atque mixtura parata ex Aetheris et Spiritus Vini rectificatissimi ãã *P.* 2.

Extractum Valerianae spirituosum.

Rp. Radicis Valerianae minutim concis. *P.* 1.

Spiritus Vini rectf. *P.* 5

superinfusa digeratur per tres dies et exprimatur. Residuum superinfusum

Spiritus Vini rectf.
et Aquae ãã *P.* 1,

denuo digeratur et exprimatur. Colaturae filtratae, Spiritu Vini destillando elicito, evaporent calore balnei aquae, ut extractum spissius exhibeatur. *Ph. Russ.*

Faham s. **Angrecum.** (Herba florens). *Faham.* (Angrecum fragrans Dup. Th.)

Farfara. Flores. Folia. *Tussilage; Pas-d'ane.* (Tussilago Farfara L.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0095-7 DFG

Farina Hordei praeparata.
Amylum Hordei. Hordeum praeparatum.
Rp. Farinae Hordei *q. s.*
Farina in vas stanneum immissa et bene compressa, ita ut sit vas ad duos trientes repletum, suspendatur in vesica destillatoria, aqua ad duos trientes repleta, et alembico imposito aqua per dies duos, singulis per horas quindecim, ebulliat. Post hoc tempus, strato supremo farinaceo ablato, massa siccetur et in pulverem redigatur. *Ph. Russ.*

Fel Tauri. *Bile de boeuf. Gall of te Ox; Ox bile.* (Bos Taurus L.)

Fel Tauri depuratum.
Fel Tauri depuratum siccum. Fel bovinum purificatum *Ph. Brit.* Natrum choleïnicum non satis purum. *Purified Ox Bile.*
Rp. Fellis Tauri recentis,
Spiritus V. rectfss. ãã *P.*
Misceantur et post aliquod tempus filtrentur. Liquor dein destillando maxima ex parte a Spiritu Vini liberatus cum Carbone animali depurato agitetur, postremum filtratus evaporando ad siccum redigatur. Sit pulvis e subflavo albus, facile humescens. *Ph. Germ., Russ.*
Ph. Brit. Fellis Tauri recentis *P.* 1*v* commisceatur cum Spiritus V. rectfss. *P.* 2*v* et stent per horas duodecim. Tum liquor a sedimento in lebetem porcellaneum defusus calore balnei aquae evaporet, donec ad consistentiam massae pilularis reductus fuerit.

Fel Tauri inspissatum.
Extractum Fellis bovini *Extrait de Fiel de Boeuf.*
Rp. Vesicarum Fellis taurinarum recentium *q. v.*
Liquor e vesicis apertis effluens statim per pannum laneum fundatur et calore balnei aquae ad extracti densioris consistentiam redigatur. *Ph. Gall, Germ., Russ.*
Ph. Helv. Fel taurinum recens calefactum per linteum coletur et statim ad extracti mollis consistentiam calore balnei vaporis evaporetur.

Fenum Graecum. Semina. *Fenugrec.* (Trigonella Fenum Graecum L.)

Fermentum Cerevisiae. *Beer Yeast.* Fermentum inter cocturam cerevisiae effectum.

Fernambucus. Lignum. Lignum Brasiliense. *Bois de Fernambouc; Bois de Brésil.* (Caesalpinia echinata Lamk.)

Ferro-Ammonum citricum.
Ferrum citricum cum Ammonio citrico. Citras Ferri et Ammoniae. *Citrate de Fer ammoniacal. Citrate of Iron and Ammonia*
Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 100.
In patinam porcellaneam immissis adde
Ferri oxydati hydrati, recens praecipitati
eam quantitatem, quae *P.* 53 Ferri oxydati sicci exaequat. Tum, admixtis
Ammoni caust. soluti (pd. spec. 0,92) *P.* 18,
digere per aliquod tempus calore 60° C. Post refrigerationem liquor filtratus evaporando ad syrupi spissitudinem redigatur et laminis vitreis inductus loco calido (40—50° C) exsiccetur, ut lamellae efficiantur. *Ph. Gall.*
Ph. Helv. Ferrum oxydatum hydratum, recens praecipitatum e
Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 10
digeratur per diem unum cum
Acidi citrici cryst. *P.* 7,
Aquae destill. *P.* 14.
Post filtrationem addatur
Ammoni caust. soluti
tantum, ut pallulum praevaleat. Liquor ad spissitudinem syrupi redactus stratis tenuibus tabulis vitreis ingeratur etc.
Ph. Russ. Simili modo paretur e
Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 10,
dilutis
Aquae comm. *P.* 120,
praecipitando ope mixturae, paratae ex
Ammoni caust soluti *P.* 10
et Aquae comm. *P.* 36,
atque miscendo praecipitatum inde exortum cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0096-3 DFG

Acidi citrici cryst. *P.* 5
et Ammoni caust. soluti *P.* 8
vel q. s., ut Ammonum paullulum praevaleat. Post filtrationem etc.

Ph. Brit. Praecipitatum Aqua destillata elutum, quod e Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 23 addito Ammono caustico soluto effectum est, addatur Acidi citrici *P.* 8, solutis in Aquae destillatae *P.* 16, et calore balnei aquae fiat solutio. Post refrigerationem porro addantur Ammoni caustici soluti *P.* 10½, tum post filtrationem liquor ad spissitudinem syrupi evaporet et laminis porcellaneis vel vitreis inductus calore 38° C non excedente exsiccetur.

Ferro-Ammonum pyrophosphorico-citricum.

Pyrophosphas ferricus cum Citrate ammonico. Ferrum pyrophosphoricum cum Ammonio citrico. *Pyrophosphate de Fer citrico-ammoniacal.*

Rp. Natri pyrophosphorici cryst. *P.* 84.
Solutas in
Aquae destill. *q. s.*
inter agitationem instilla in
Ferri sesquichlorati soluti, (pd. spec. 1,26) *P.* 156,
Aquae destill. *q. s.*
antea dilutas. Praecipitatum inde exortum, aqua bene elutum, immittatur in liquorem paratum ex
Acidi citrici *P.* 26,
solutis in
Aquae destill. *q. s.* et
saturando
Ammoni caustici soluti *q. s.*
Agitando solutio facta, calore modico evaporando ad spissitudinem syrupi redacta laminis vitreis vel orbibus porcellaneis inducatur atque hypocausti calore exsiccetur. Sint lamellae lucidae, e flavo fuscae, fere insipidae, *P.* 18 circiter Ferri in centenis partibus continentes. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Aequali modo paretur e Natri pyrophosphorici cryst. *P.* 4 in Aquae communis *P.* 96 solutis, Ferri sulfurici oxydati soluti circiter *P.* 10, Aq. communis *P.* 96 dilutis, Acidi citrici *P.* 1½, Ammoni caust. *q. s.* et Aq. comm. *P.* 8.

Ferro-Kali tartaricum (purum).

Tartras ferrico-potassicus. Ferrum tartaratum. Tartarus ferratus purus *Tartrate ferrico-potassique. Tartarus ferratus. Tartarated Iron.* (Ne commutetur cum Ferro-Kali tartarico *Ph. Russ.*)

Rp. Kali bitartarici *P.* 100.
Pulveratis, in patinam porcellaneam immissis, adde
Ferri oxydati humidi
recens praecipitati eam quantitatem, quae *P.* 43 Ferri oxydati anhydrici respondet.

Digere calore 60° C per horas duas et filtra. Tum liquor ope penicilli laminis vitreis illinatur. Massam calore hypocausti (40—50° C) exsiccatam deradendo collige et in vasis obturatis serva. Sint lamellae e rubro fuscae nitidae. *Ph. Gall*

Ph. Helv. Paretur e Tartari dep. *P.* 5, Aq. dest. 24, quibus fervefactis addatur Ferrum oxydatum humidum recens praecipitatum e Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 10. Post digestionem per plures horas filtretur, et liquor ad spissitudinem syrupi evaporando redactus tabulis vitreis vel porcellaneis illinatur etc.

Ph. Germ. Ferrum oxydatum humidum praecipitando Ammoni caustici ope e Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 16, antea dilutis Aquae destill. *P.* 64, effectum, dein bene elutum misceatur cum Kali bitartarici pulv. *P.* 5 et digeratur, donec solutio exhibita fuerit, cui addantur Kali tartarici *P.* 9. Post filtrationem liquor ad siccum evaporet. In pulverem grossum massa residua redacta servetur.

Ph. Brit. Paretur e Ferro oxydato humido, effecto e Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 79, aqua dilutis, cum Ammoni caustici soluti *P.* 96, quod misceatur cum Kali bitartarici pulv. *P.* 20 et Aquae destillatae *P.* 200, inter digestionem sensim addendis. Evaporando siccandoque fiant lamellae etc.

Ferrum. *Fer. Iron.*

Ferrum aceticum.

Rp. Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 2.
Aquae destill. fervidae *P.* 15

soluti adde tamdiu

Ammonum causticum solutum,

quamdiu inde praecipitatum exoritur, quod celeriter et perfecte aqua calida eluatur, deinde adhuc humidum in patina porcellanea commisceatur cum

Acidi acetici (pond spec. 1,040) *P.* 4

et digeratur per horas sex calore 40° ad 60° C., saepius versando. Tum stet liquor per diem et noctem immotus et tunc caute limpidus decanthetur, nec filtretur. Liquor clarus calore 60 ad 80° C. evaporet, donec spumare inceperit et refrigeratus in massam solidam concreverit. Quo facto statim pulveretur et in vitris clausis servetur. Sit pulvis ruber, acidum aceticum redolens, in aqua et spiritu solubilis, saporis aciduli. *Ph. Helv.*

Ferrum aceticum solutum.

Liquor Ferri acetici.

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 10,

Aquae destillatae *P.* 30.

Mixtis admisce inter agitationem

Ammoni caustici soluti *P.* 8,

antea dilutas

Aquae destillatae *P.* 160,

cura adhibita, ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum inde exortum Aqua destillata perfecte eluatur et ope preli tamdiu exprimatur, donec ad ponderis *P.* 5 reductum fuerit. Huic massae expressae comminutae atque in lagenam immissae affunde

Acidi acetici diluti (pond. spec. 1,040) *P.* 6.

Sepone per aliquot dies loco frigido, saepius agita et filtra. Liquori filtrato addatur

Aquae destillatae

tantum, ut pondus liquoris totius exaequet *P.* 10. Pond. spec. 1,134 ad 1,138.

Ph. Russ. Paretur ut antea e Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 10, dilutis Aquae communis *P.* 120, et Ammoni caustici soluti *P.* 10, dilutis Aquae communis *P.* 36. Praecipitatum solvatur in Acidi acetici (pond. spec. 1,040) *P.* 8. Pond. spec. 1,133 ad 1,136.

Ferrum arsenicicum.

Arsenias Ferri (s. ferrosus). *Arseniate of Iron.* ($3FeO,AsO^5$ ex parte Fe^2O^3 continens).

Rp. Natri arsenicici, calore 150° C. exsiccati *P.* 4,

Natri acetici *P.* 3.

Solve in

Aquae destill. fervidae *P.* 40.

Dein recipe

Ferri sulfurici cryst. *P.* 9,

quas solve in

Aquae destill. fervidae *P.* 60.

Praecipitatum miscendis his duobus liquoribus effectum, in colatorio gossypino collectum aqua ablue, donec liquor defluens Baryo chlorato non amplius turbetur. Dein praecipitatum exprime et lateri impositum hypocausti calore 38° C. non superante sicca. Sit pulvis amorphicus, coloris viridis. Dosis *Millig.* 4 ad 32. *Ph. Brit.*

Ferrum carbonicum saccharatum.

Carbonas Ferri saccharatus. *Saccharated Carbonate of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. *P.* 5.

Solutas

Aquae destill. fervidae *P.* 20

infunde in lagenam vitream, quae liquorem continet solvendo ex

Natri bicarbonici P. 4 et

Aquae dest. tepidae *P.* 50

paratum. Lagena aqua bulliente insuper completa seponatur per horas duas, deinde liquore claro ope siphonis dempto de sedimento, denuo lagena Aqua destillata tota repleatur et post conquassationem atque subsidentiam aqua modo antea notato defundatur. Haec operatio toties repetatur, donec aqua, quae defunditur, Baryta nitrica soluta vix turbetur. Tum sedimentum ab aqua quam maxime sejunctum, pultis tenuis instar, ingeratur in vas porcellaneum, cui insunt

Sacchari pulv. *P.* 8,

et evaporando calore balnei vaporis ad siccitatem redactum pulveretur. Sit pulvis e viridi cinereus, cujus centenae partes continent *P.* 20 Carbonatis ferrosi. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Aequali modo paretur e

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0098-4 DFG

Ferri sulfurici cryst. *P.* 12, Natri carbonici cryst. *P.* 14, Sacchari *P.* 5. Continent partes quaternae *P.* 1 Ferri.

Ph. Brit. Aequali modo paretur e Ferri sulfurici cryst. *P.* 8, Ammoni carbonici *P.* 5, Sacchari *P.* 4, Aquae destill. fervidae *P.* 1280, sed praecipitatum postremo in colatorio exceptum cum Saccharo conteratur, et calore 100° C. non excedente siccetur. Continent centenae partes minimum *P.* 57 (rectius 45) Carbonatis ferrosi.

Ph. Russ. Fac solvendo Sacchari *P.* 6 in Aquae destillatae *P.* 288 Aquam saccharatam. Tum commisce solutiones effectas et ex Ferri sulfurici crystallisati *P.* 3 et ex Natri carbonici cryst. *P.* 3, utroque soluto Aquae saccharatae partibus 12. Sedimentum exinde ortum Aqua saccharata reliqua eluatur, tum ope preli quam celerrime expressum statimque cum Sacchari *P.* 2⅝ commixtum calore balnei ad siccitatem redigatur et ad pulverem conteratur.

Ferrum chloratum.

Chloretum ferrosum.

Paretur eodem modo quo Ferrum chloratum solutum, nisi quod liquor Acidi hydrochlorici parte una acidus factus inter perpetuam agitationem ad pultem rigidam evaporando redigatur, quae refrigerata, tum contrita vasis minoribus occlusis recondatur. *Ph. Germ.*, *Helv.*, (*Russ.*)

Ferrum chloratum solutum.

Chloretum ferrosum solutum. Liquor Ferri chlorati.

Rp. Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,124) *P.* 520.

In cucurbitam vitream infusis paulatim injice

Ferri in filis s. limati *P.* 110.

Postquam gasis evolutio cessaverit, cucurbita per aliquot horas stet in balneo vaporis, deinde liquor a ferro non soluto filtratione accelerata separetur et, admixta

Acidi hydrochlorici *P.* 1,

addatur

Aquae destillatae

tantum, ut ponderis liquoris totius *P.* 1000 expleantur. Partes centenae continent *P.* 10 Ferri. Pond. spec. 1,226 ad 1,230. *Ph. Germ.*, *Ph. Russ.* Aequali modo paretur et sit pond. spec. 1,225 ad 1,227.

Ferrum citricum.

Citras ferricus.

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 10.

Dilutis

Aquae communis *P.* 120

addantur

Ammoni caustici soluti *P.* 10,

antea dilutae

Aquae communis *P.* 36.

Praecipitatum inde exortum, et aqua frigida ablutum, adhuc humidum, immissis

Acidi citrici *P.* 3,

digeratur, donec solutio effecta fuerit, quae filtrata evaporando ad spissitudinem syrupi redacta laminis vitreis inducatur et leni calore siccetur. Sint lamellae hyacinthinae. *Ph. Russ.*

Ferrum cyanatum.

Cyanuretum ferroso-ferricum. *Cyanure ferroso-ferrique; Bleu de Prusse.*

Ph. Gall. Praecipitatum siccatum, e Kalii ferro-cyanati soluti *q. s.* et Ferro sesquichlorato soluto aquaque diluto effectum.

Ph. Germ. Praecipitatum siccatum, e Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 16, dilutis Aquae destill. *P.* 140, et Kalii ferro-cyanati *P.* 7, solutis Aquae destill. *P.* 30 effectum et aqua ablutum.

Ferrum grosso modo pulveratum.

Limatura Ferri praeparata *Ph. Gall.* *Limaille de Fer préparée.*

Ph. Gall. Pulvis grossus, ope limae e ferro molli effectus.

Ferrum hydricum.

Ferrum oxydatum hydratum. Ferrum oxydatum *Ph. Germ.*, *Helv.* Hydras ferricus. Peroxydum Ferri (hydratum). *Hydrated Peroxyde of Iron.* (Fe^2O^3, $3HO + Fe^2O^3,2HO$).

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 40,

Aquae destillatae *P.* 160.

Mixtas infunde in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0099-3 DFG

Ammoni caustici soluti *P.* 32,
dilutas
Aquae destillatae *P.* 64
vel tantum, ut Ammonum praevaleat. Praecipitatum inde exortum primum aqua communi, dein Aqua destillata eluatur et leni calore siccetur. Sit pulvis e rufo fuscus. *Ph. Germ.*, (*Russ*).

Ph. Brit. Ferrum oxydatum humidum, calore 100° C. non excedente siccatum.

Ph. Helv. Ferrum oxydatum ex Ferro sesquichlorato soluto praecipitatum ope Ammoni caustici soluti, elutum, expressum et leni calore siccatum.

Ferrum hydricum in Aqua.

Hydras ferricus *Ph. Gall* Peroxydum Ferri humidum *Ph. Brit.* *Peroxyde de Fer hydraté. Moist Peroxide of Iron.*

Praecipitatum effectum miscendo Ammonum causticum solutum cum Ferro sesquichlorato soluto et aquae frigidae centupla quantitate diluto aqua abluatur et cum aqua commixtum servetur loco, cujus calor 12° C. certe superet. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 58, dilutae Aquae destillatae *P.* 200, paulatim inter agitationem infundantur in Natri hydrici soluti (pd. spec. 1,047) *P.* 346. Post horas duas praecipitatum in colatorio collectum eluatur Aqua destillata et in vas idoneum ingestum recens dispensetur. Continet circiter in centenis partibus *P.* 86 aquae chemice non conjunctae.

Ferrum hydrogenio reductum.

Ferrum ope hydrogenii paratum. Ferrum reductum s. redactum. Ferrum Quevenni. *Fer réduit par l'hydrogène. Reduced Iron.*

Ph. Gall. Paretur e Ferro oxydato siccato, quod praecipitando Ferrum sesquichloratum solutum ope Ammoni caustici effectum est, transductione Hydrogenii ab Hydrogenio sulfurato et Acido sulfuroso liberi. Ferrum oxydatum inter hanc operationem semper calore rubedinis lenioris teneatur et postea, evasione vaporis aquae ex apparatu cessante, ferrum reductum sub Hydrogenio adducto plane refrigescat, ne pyrophoricum fiat.

Ph. Brit., *Germ.*, *Russ.*

Ferrum jodatum.

Joduretum ferrosum. Jodidum Ferri. *Jodure de Fer cristallisé. Jodide of Iron.*

Rp. Rament. Ferri *P.* 2,
Aquae destill. *P.* 10.
In cucurbitam vitream ingestis paullatim adjice
Jodi *P.* 8.
Leni calore et interdum agitando fiat solutio. Liquor coloris viriduli, adjectis nonnullis lamellis ferri, quam celerrime evaporet, donec guttula exempta in tabulam vitream frigidam translata ad massam crystallinam concrescat. Tum massa adhuc liquida in orbem porcellaneum effundatur atque post refrigerationem diffracta in lagenas optime obturandas immittatur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. recepit eundem modum faciendi. Partes centenae continent circiter *P.* 18 aquae crystallinae.

Ph. Germ. Liquor filtratus, e Ferri *P.* 3, Aquae destill. *P.* 18 et Jodi *P.* 8 effectus. Paretur, quum poscitur. Jodi *P.* 4 praebent Ferri jodati *P.* 5. Ferrum jodatum, massis pilularum immiscendum, paretur illum liquorem leni calore inspissando.

Ph. Helv. Liquor filtratus, e Ferri *P.* 1, Aquae destill. *P.* 15 et Jodi *P.* 4 effectus, addendo Aquam destill. ad *P.* 20 expleatur, ut partes quaternae contineant *P.* 1 Ferri jodati.

Ferrum jodatum saccharatum.

Paretur e Ferri *P.* 1 vel 1½, Aquae destill. *P.* 5, Jodi *P.* 4 solutio, quae cito filtretur in patinam porcellaneam, cui Sacchari Lactis pulv. *P.* 12 immissae sunt, filtrum postremo paululo Aquae destillatae abluendo. Postquam haec mixtura evaporando ad massam tenacem redacta fuerit, admisceantur Sacchari Lactis pulv. *P.* 8. Massa siccata in pulverem redigatur et in vitris parvis plane repletis obturatisque servetur. Centenae partes continent *P.* 16,6 Jodi vel *P.* 20 Ferri jodati. *Ph. Helv.*, (*Germ.*, *Russ*).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0100-0 DFG

Ferrum lacticum.

Lactas ferrosus. *Lactate de Fer; Lactate de Protoxyde de Fer; Lactate ferreux.* ($FeO,C^6H^5O^5,3HO$).

Rp. Sacchari Lactis pulv. *P.* 12.
Solutas
Seri Lactis acidi turbidi *P.* 240
sepone calore 25 ad 30° C., ut fermentent, Acidum lacticum inde exortum quoque die
Natro bicarbonico
saturando, donec *P.* 13 ad 14 hujus carbonatis consumptae fuerint. Tum calore balnei vaporis calefac, adde
Acidi sulfurici diluti *q. s.*,
ut reactio paulum acidula efficiatur, cola et evapora usque ad partem sextam residuam. Liquor adhuc calidus coletur et misceatur cum
Ferri sulfurici cryst. puri *P.* 9,
solutis
Aquae destill. *P.* 18,
tum per aliquot dies loco frigido seponatur. Crystalla exorta parva copia aquae frigidae, dein Spiritu Vini abluta inter chartam bibulam preme et leni calore sicca. *Ph. Germ.*

Ph. Gall. Calcariae lacticae *P.* 100 et Ferri sulfurici cryst. *P.* 98 vel *q. s.*, aqua solutae misceantur, et admixto Spiritus Vini voluminis quadrante filtrentur atque sedimentum exprimatur. Liquor evaporando seponendoque in crystalla cogatur.

Ph. Helv. praecipit Calcariae lacticae crystallinae, calore 50 ad 60° C. siccatae *P.* 11, solutas aquae fervidae *P.* 110, quibus usque ad ebullitionem calefactis filtratisque addantur Ferri sulfurici cryst. *P.* 5, solutae aquae fervidae *P.* 15. Liquore a sedimento filtratione liberato lagena repleatur, quae per aliquot dies loco frigido seponatur, ut crystallisatio efficiatur. Crystalla aquae frigidae paulo abluta calore 60 ad 70° C. siccentur et serventur.

Ferrum oxydatum fuscum.

Oxydum ferricum aqua mediante paratum *Ph. Gall.* Ferrum carbonicum *Ph. Helv.* Crocus Martis aperitivus. *Safran de Mars apéritif; Carbonate de Fer.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. *P.* 15,
Natri carbonici cryst. *P.* 18.
Sales singuli in aqua soluti et filtrati commisceantur, infundendo paulatim sal natricum solutum in sal ferricum, et agitentur, ut attactus aëris augeatur. Praecipitatum exortum aqua abluatur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Praecipitatum effectum e Ferri sulfurici cryst. *P.* 12, solutis in Aquae destillatae *P.* 60, et Natri carbonici cryst. *P.* 14, solutis in Aquae destillatae *P.* 60, aqua bene elotum et in stragibus tenuibus dispansum calore 30 ad 40° C. siccatum.

Ferrum oxydatum rubrum.

Oxydum ferricum igne paratum. Colcothar. *Oxyde rouge de Fer.*

Ferrum sulfuricum crystallisatum exsiccetur, tum in crucibulum immissum excandescat, quamdiu vapores evadunt. Massa residua aqua fervida abluatur et laevigata atque siccata servetur. *Ph. Gall.*

Ferrum oxydulato-oxydatum.

Oxydum ferroso-ferricum. Oxydum Ferri magneticum. Aethiops martialis. *Oxyde noir de Fer; Éthiops martial. Magnetic Oxyde of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici cryst *P.* 8.
Solutis in
Aquae destillatae *P.* 120
admisce
Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 40.
Dein mixturam infunde in
Ammoni caustici soluti, quadruplo Aquae destill. diluti, *P.* 45.
vel tantum, ut alkali praevaleat. Tum in lebete ferreo semel ebulliant. Postremo praecipitatum abluatur et leni calore siccetur. Sit pulvis niger. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 2 et Ferri sulfurici cryst. *P.* 1 solutae in Aquae destillatae *P.* 4 et filtratae, adhuc calidae commisceantur cum Ammoni caustici soluti *P.* 4 aut tanto, ut praecipitatum non amplius augeatur. Liquor dein ebulliat, usquedum praecipitatum colorem nigrum traxerit, quod eluatur et siccetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0101-6 DFG

Ph. Brit. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 8 mixtae cum Ferri sulfurici cryst. *P.* 2, antea solutis in Aquae destillatae *P.* 40, infundantur inter agitationem in Natri hydrici soluti (pd. spec. 1,047) *P.* 84. Post horas duas interdum agitatae per colatorium fundantur et praecipitatum collectum atque Aquae destillatae q. s. elutum calore 49° C. non excedente siccetur. Centenae partes continent circiter *P.* 20 aquae hydraticae.

Ph. Gall. Limatura Ferri subtilis cum aquae ea quantitate humectetur, ut fiat puls, quae loco vix tepido (30° C.) seponatur et saepius agitetur, aquam, quae concalescendo forsan evaporata fuerit, restituendo. Post aliquot dies Ferrum oxydatum aqua elutriando a limatura detergatur et colligatur, tum aqua ablutum celeriter siccetur. Limatura oxydatione non tacta remanens, ut supra notatum est, tractetur.

Ferrum phosphoricum (caeruleum.)

Ferrum phosphoricum oxydulatum. Phosphas ferroso-ferricus. Phosphas Ferri. *Phosphate ferroso-ferrique; Phosphate de Fer. Phosphate of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. *P.* 1.
Aquae destill. *P.* 15

solutae instilla liquorem paratum e

Natri phosphorici cryst. *P.* 3
et Aquae destill. *P.* 15,

quamdiu inde praecipitatum efficitur. Agitatione peracta, sepone per diem unum ad sedimentationem, tum decantha, praecipitatum aqua elue et calore non adhibito aëri expone, donec massa siccata fuerit et pondus non amplius minuatur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Ferri sulf. cryst. *P.* 6, solutis *P.* 80. Aquae destill. fervidae, inter agitandum instilla Natri phosphorici cryst. *P.* 5 et Natri acetici *P.* 2, solutas *P.* 80 Aquae destill. fervidae. Praecipitatum collectum et Aqua dest. elutum calore 29° C. non superante siccetur.

Ph. Germ., Helv. Praecipitatum effectum commiscendo Ferri sulfurici cryst. *P.* 3, solutas in Aquae destill. *P.* 18, et Natri phosphorici *P.* 4, solutas in Aquae destill. *P.* 16, postremo siccatum et terendo pulveratum.

Ferrum pulveratum.

Limatura Ferri supra porphyriten laevigata. *Limaille de Fer porphyrisée.*

Ph. Gall. Ferrum grosso modo pulveratum, laevigatione sicca in pulverem subtilissimum redactum.

Ferrum sesquichloratum.

Ferrum sesquichloratum crystallisatum. *Perchlorure de Fer.* ($Fe^2Cl^3 + 12HO$.)

Lapis Haematites subtiliter pulveratus, si opus fuerit Acido hydrochlorico crudo diluto a carbonatibus eluendo liberatus, cum Acidi hydrochlorici crudi quadruplo digeratur per dies duos, saepius agitando. Liquor decanthatus clarus evaporet ad syrupi spissitudinem et seponatur, ut crystalla concrescant. Sint crystalla e flavo rubra verrucaeformia, aëre liquescentia. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. E Ferro sesquichlorato soluto paretur inspissando seponendoque.

Ferrum sesquichloratum solutum.

Liquor Ferri sesquichlorati. Chloruretum ferricum aqua solutum. Liquor Ferri Perchloridi. *Solution officinale de Perchlorure de Fer. Solution of Perchloride of Iron.*

Ph. Gall. Pond. spec. 1,26. Contineat in centenis partibus *P.* 26 Ferri sesquichlorati anhydri.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,480—1,484. Centenae partes continent Ferri *P.* 15.

Ph. Helv., Russ. Ferrum sesquichloratum cryst. ($Fe^2Cl^3 + 12HO$), solutum in Aquae destill. pari pondere. Pond. spec. 1,283 (*Ph. Helv.*), 1,365 ad 1,370 (*Ph. Russ.*)

Ph. Brit. Liquoris Ferri Perchloridi fortioris *P.* 67 et Aquae destillatae *P.* 150 misceantur.

Ferrum sulfuratum.

Sulfuretum ferrosum. *Sulfure de Fer.*

Rp. Limaturae Ferri *P.* 6,
Sulfuris sublimati *P.* 4.

Bene mixtae, in crucibulum immissae, leniter calefiant, donec reactio acris, fervore subito effecto atque eruptione vaporum sulfurosorum insignis, manifesta fuerit. Tum ignis augeatur, ut massa liquetur, quae in laminam ferream effundatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Ferri in filis aut tornati

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0102-1 DFG

P. 6 in crucibulo satis amplo, fundo perforato, ad rubedinem calefiant, tum addantur Sulfuris in frustis *P.* 4. Sulfuretum Ferri per fundum defluens ope cochlearis ferrei collige.

Ferrum sulfuricum crudum.

Sulfate de Fer; Vitriole vert.

Ferrum sulfuricum (crystallisatum.)

Sulfas ferrosus in crystallos concretus. Sulphas Ferri. *Sulfate de Fer cristallisé; Sulfate ferreux; Vitriol vert; Couperose verte. Sulphate of Iron.* ($FeO, SO^3, 7 HO$).

Ferrum sulfuricum exsiccatum.

Sulfas Ferri exsiccatus. Sulfas ferrosus siccus. *Dried Sulphate of Iron.* ($Fe O, SO^3, HO$).

Ferrum sulfuricum crystallisatum in patina porcellanea calori exponatur, qui thermometri Celsiani gradu centesimo (100°) incipiens postremum ad gradum 205 progrediatur. Sal dein residuum, ad pulverem subtilem redactum, in vas probe claudendum condatur. *Ph. Brit.*

Ferrum sulfuricum granulatum.

Sulfas Ferri granulatus. *Granulated Sulphate of Iron.*

Ph. Brit. Ferrum sulfuricum crystallisatum, solutum in aqua Acido sulfurico acidulata, infundatur in Spiritum Vini et sal inde demissum calore non adhibito siccetur.

Ferrum sulfuricum oxydatum solutum.

Sulfas ferricus solutus. Liquor Ferri Persulfatis. Liquor Ferri sulfurici oxydati. *Solution of Persulfate of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici cryst.,
Aquae destillatae ãã *P.* 40.

Solutioni perfectae admisce

Acidi sulfurici puri *P.* 7,

tum usque ad ebullitionem calefactae paulatim instilla

Acidi nitrici *P.* 12

vel q. s., donec portiuncula liquoris colorem Kali hypermanganici soluti admixti non amplius exstinguat. Liquor dein evaporando ad mellis spissitudinem redactus solvatur in

Aquae destillatae *P.* 40

et post filtrationem Aquae destillatae ea quantitate diluatur, ut pondus spec. liquoris sit 1,317 ad 1,319 et partes centenae contineant *P.* 8 Ferri. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Paretur aequali modo quo antea e Ferri sulfurici cryst. *P.* 60, Aquae destillatae *P.* 60, Acidi sulfurici *P.* 12, Acidi nitrici *P.* 15. Liquor Aquam destillatam admiscendo ad *P.* 120 adauctus sit pond. spec. 1,40 et servetur.

Ph. Brit. Paretur aequali modo. Pond. spec. sit 1,441 et contineant liquoris partes centenae *P.* 37 Ferri Persulfatis.

Filix mas. Rhizoma. Frons. *Fougère male. Male Fern.* (Polystichum Filix mas Roth s. Nephrodium Filix mas Rich.)

Foeniculum. Fructus. Oleum aeth. fructus. Radix. *Fenouil (doux). Fennel.* (Foeniculum dulce DC.)

Folia Sennae Spiritu extracta.

Folia Sennae ab resina liberata.

Folia Sennae in Spiritus Vini rectfss. quantitate quadrupla per dies duos macerent, tum exprimantur et siccentur, *Ph. Germ., Russ.*

Fomentum acetosum.

Fomentation vinaigrée.

Rp. Aceti alicujus medicamentosi *P.* 1.

Diluatur

Aquae *P.* 4.

Ph. Gall.

Fomentum emolliens.

Fotus emolliens. *Fomentation émolliente.*

Rp. Specier. emollientium *Gm.* 50,
Aquae *q. s.*

Ebulliant per decem momenta horae tum exprimendo colentur. Colaturae sint *Gm.* 1000 (*Litra* 1).

Fomentum narcoticum.

Fomentation narcotique.

Rp. Specierum narcoticarum *P.* 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0103-7 DFG

Superinfunde
Aquae ebullientis *P.* 100.
Stent per horam unam et colentur. *Ph. Gall.*

Fomentum sambucinum.
Fotus sambuceus. *Fomentation de fleurs de Sureau.*
Rp. Florum Sambuci *P.* 5.
Affunde
Aquae ebullientis *P.* 100.
Stent per horam unam, tum colentur. *Ph. Gall.*

Fomentum vinosum.
Fomentation vineuse.
Rp. Mellis albi *P.* 1.
Solve
Vini rubri *P.* 10.
Ph. Gall.

Formicae. *Fourmis.* (Formica rufa L.)

Fotus. Conf. Fomentum.

Fragaria. Fructus. Radix. *Fraises (fruits); Fraisier.* (Fragaria vesca L.)

Frangula. Cortex. (Rhamnus Frangula L.)

Fraxinus. Cortex. Folia. *Frène (élevé).* (Fraxinus excelsior L.)

Fructus Colocynthidis praeparatus.
Colocynthis praeparata.
Rp. Fruct. Colocynth. a seminibus liberatorum, minutim concis. *P.* 5,
Gummi Arabici *P.* 1,
Aquae destillatae *q. s.*
Misce, ut fiat pinsendo massa, quae siccata in pulverem subtilem redigatur. *Ph. Germ., (Russ.)*

Fructus pectorales.
Fruits pectoraux.
Rp. Dactylorum a nucleis liberatorum,
Caricarum,
Jujubarum,
Passularum Corinthiacarum
āā *P.*
Concisas misce. *Ph. Gall.*

Fucus vesiculosus. Thallus. Aethiops vegetabilis. *Fucus vésiculeux; Varec vésiculeux.* (Fucus vesiculosus L.)

Fumaria. Herba florens. *Fumeterre.* (Fumaria officinalis L.)

Fumigatio Chlori.
Fumigation Guitonienne.
Rp. Natrii chlorati *G.* 250
Mangani hyperoxydati *G.* 100
Acidi sulfurici conc. *G.* 200
Aquae *G.* 200.
Natrium chloratum pulveratum cum Mangano hyperoxydato commixtum in vas figulinum ingeratur et, admixta Aquae quantitate praescripta, Acidum sulfuricum addatur. Dein interdum bacillo vitreo agites. Chlorum, quod ex illis quantitatibus praescriptis evolvitur, ad desinfectionem cubiculi metra cubica 100 capientis sufficit. *Ph. Gall.*

Fungus (Boletus) **igniarius.** *Agaric de Chêne.* (Polyporus fomentarius, igniarius Fries).

Fungus igniarius praeparatus. *Amadou.*

Galanga. Rhizoma. *Galanga officinal; Galanga de la Chine* (petit et moyen). (Hellenia Chinensis Willd.)

Galbanum. Gummi-resina. *Galbanum (gomme-resine, mou et sec). Galbanum.* (Ferula erubescens Boissier.)

Galeopsis. Herba. (Galeopsis ochroleuca Lamarck.)

Galium album. Summitates florentes. *Caille-lait blanc.* (Galium Mollugo L.)

Galium luteum. Summitates florentes. *Caille-lait jaune.* (Galium luteum L.)

Gallae. *Galles (de Chêne d'Alep); Noix de galle* (d'Alep). *Galls.* (Ictu Cyni-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0104-3 DFG

pis Gallae tinctoriae Olivieri in Quercu infectoria Oliv. et aliis spec. exortae.)

Gallae Chinenses. *Galles de Chine* (*Ou-poey-tse*) (Dystilium racemosum.)

Gargarisma adstringens.

Gargarisme astringent

Rp. Petalorum siccat. Rosae Gallicae *Gm.* 10.
Affunde
Aquae ebullientis *Gm.* 250.
Stent per horam dimidiam et exprimendo colentur. In colatura solve
Aluminis *Gm.* 4,
tum admisce
Mellis rosati *Gm.* 50.
Ph. Gall.

Gargarisma antiscorbuticum.

Gargarisme antiscorbutique.

Rp. Specierum amararum *Gm.* 5.
Superinfunde
Aquae ebullientis *Gm.* 250.
Stent per unam horam. Cum colatura misce
Mellis depurati *Gm.* 60,
Tincturae antiscorbuticae *Gm.* 30.
Ph. Gall.

Gargarisma detergens.

Gargarisme détersif.

Rp. Mellis rosati *Gm.* 60,
Acidi sulfurici alcoholisati *Gm.* 2,
Decocti Hordei excorticati *Gm.* 250.
Misce. *Ph. Gall.*

Gargarisma cum Kali chlorico.

Gargarisma cum Chlorato potassico. *Gargarisme avec le Chlorate de Potasse.*

Rp. Kali chlorici *Gm.* 10.
Soluta
Aquae destillatae *Gm.* 250
filtra, tum adde
Syrupi Mororum *Gm.* 50.
Ph. Gall.

Gaultheria. Herba. Oleum aethereum (*Essence de Winter-green*). *Gaultherie couchée* (Gaultheria procumbens L.)

Gelatina animalis *Ph. Gall.* s. Glutinum. *Gélatine animale; Colle de Flandre.* (Ad balnea adhibetur).

Gelatina animalis *Ph. Germ., Russ.* s. pura (coloris odorisque fere expers). *Grénétine.*

Gelatina Cornu Cervi.

Gelée de Corne de Cerf.

Rp. Cornu Cervi raspati *Gm.* 250,
Aquae *Gm.* 2000,
Sacchari albi *Gm.* 125,
Fructum *unum* Citri.

Cornu Cervi aqua tepida ablutum cum aquae quantitate notata decoquatur, donec evaporando pars dimidia consumpta fuerit. Colaturae adde Saccharum, succum fructus Citri et albumen ovi in spumam conquassatum. Inter coctionem defaecatione peracta liquorem evapora, donec refrigeratus consistentiam gelatinae adipiscatur. Tum adjecta Citri flavedine digere per aliquot momenta et cola, colaturam in vase porcellaneo colligendo, quod loco frigido seponatur. *Ph. Gall.*

Gelatina Fuci crispi.

Gelatina Caragaheen. *Gelée de Carragaheen.*

Rp. Saccharolati Caragaheen *P.* 40,
Sacchari albi *P.* 20,
Aquae *P.* 100,
Aquae Aurantii flor. *P.* 5.

Saccharolatum cum aqua et Saccharo mixtum ebulliat, tum defaecatum in ollam infundatur, quae Aquam Aurantii florum continet. Gelatina sit ponderis *P.* 125. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Caragaheen *P.* 1 cum aquae *P.* 40 per semihoram calore balnei vaporis digeratur atque exprimendo coletur. Colatura cum Sacchari *P.* 2 additis inter continuam agitationem evaporet, donec *P.* 10 supersint.

Gelatina Helminthochorti.

Gelée de Mousse de Corse.

Rp. Helminthochorti (Gigartinae Helminthochorti Lmx.) *P.* 30,

Sacchari albi,
Vini albi ãã *P.* 60,
Ichthyocollae *P.* 5.

Helminthochorton cum aquae q. s. per horam unam decoquatur, ut colaturae exprimendo collectae sint *P.* 200, quibus addantur Saccharum, Vinum et Ichthyocolla, quae antea in aquae *P.* 30 macerando emollita est. Ebulliendo gelatinae consistentia efficiatur. Colaturae sint *P.* 125. *Ph. Gall.*

Gelatina Lichenis cum China.

Gelée de Lichen au Quinquina

Paretur aequali modo quo Gelatina Lichenis Islandici, nisi quod recipiantur:

Saccharolati Lichenis Islandici *P.* 75,
Syrupi Chinae *P.* 110,
Aquae *P.* 115.

Fiat gelatina ponderis *P.* 250. *Ph. Gall.*

Gelatina Lichenis Islandici.

Gelée de Lichen d'Islande.

Rp. Saccharolati Lichenis Islandici,
Sacchari albi ãã *P.* 75,
Aquae *P.* 150.

Mixtae ebulliant, ut spuma faecalis exorta in superficie liquoris coëat. Tum ab igne remotae, post aliquot momenta spuma densiore facta ablata, in ollam infundantur, quae

Aquae Aurantii florum *P.* 10

continet. Gelatina sit ponderis *P.* 250. *Ph. Gall.*

Gelatina Lichenis Islandici amara

paretur coquendo Lichenis Isl. non abluti *P.* 5 cum aquae q. s. per horae momenta quinque. Colaturae *P.* 150 sint colligendae, quae aquae *P.* 150 in praecepto antecedente substituantur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Lich. Isl. *P.* 2 cum aquae *P.* 16 coquantur, ut *P.* 8 colaturae efficiantur, in quibus solvatur Sacchari *P.* 1. Tum mixtura ad *P.* 8 remanentes evaporet.

Ph. Germ. Lich. Isl. aqua frigida loti *P.* 3 cum aquae *P.* 100 per semihoram calore balnei vaporis digerantur (coquantur *Ph. Germ.*) et exprimendo colentur. Colatura, admixtis Sacchari *P.* 3, inter continuam agitationem usque ad *P.* 10 remanentes evaporet.

Genista tinctoria. Flores.

Genêt des teinturiers; Génestrolle; Genêt purgatif. (Genista tinctoria et Genista purgans L.)

Gentiana. Radix.

Gentiane. Gentian. (Gentiana lutea L.)

Ginseng Canadensis. Radix.

Ginseng. (Panax quinquefolium L.)

Globuli martiales.

Tartarus ferratus crudus. Ferro-Kali tartaricum pro balneo. Ferro-Kali tartaricum *Ph. Russ.* Globuli Tartari ferrati. *Boules de Mars; Boules de Nancy.*

Rp. Specierum vulnerariarum *P.* 15,
Aquae *P.* 100.

Coque et exprimendo cola. Colaturam affunde ad

Limaturae Ferri *P.* 100,

tum evaporando ad siccum redige. Massam residuam pulvera atque repone. Quo facto

rp. Specierum vulnerar. *P.* 15,
Aquae *P.* 150.

Coque et exprimendo cola Colaturae admisce

Pulverem antea repositum
et Tartari crudi pulv. *P.* 100.

Tum evapora, ut puls densior efficiatur, quae per mensem unum seponatur. Dein massam in pulverem subtilem redige. Quo facto

rp. Specierum vulnerar. *P.* 40,
Aquae *P.* 300.

Decoctione facta, colaturae admisce

Pulverem antea obtentum et
Tartari crudi pulv. *P.* 200.

Evapora, ut fiat massa, quae calida mollis est, post refrigerationem autem rigescit. Haec massa adhuc calida in formam globulorum, quorum singuli grammatum 30 pondus habent, redigatur. Globuli oleo pingui parce obducti siccentur, calore non adhibito, luci solis subtracti, ne rimas fieri patiantur. Post mensem circiter unum globuli charta amiciantur et humiditati aëris subducti serventur. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0106-4 DFG

Ph. Germ. Limaturae Ferri *P.* 1 et Tartari depurati venalis *P.* 5 cum aqua ad pultem misceantur, quae saepius agitata tamdiu digeratur, aquam evaporando consumptam interdum restituendo, donec massa effecta fuerit homogenea nigra et particula exempta, in aqua maxima ex parte solubilis, solutionem e viridi nigram praebuerit. Tum exsiccata in pulverem redigatur.

Ph. Helv., Russ. Paretur aequali modo e Tartari crudi *P.* 4 et Ferri *P.* 1. *Ph. Helv.* permittit massam ad globulos redigere aut siccatam pulverare.

Glycerina s. Glycerinum.

Glycérine. Glycerine. Ph. Gall. Pond. spec. 1,26. *Ph. Germ.* 1,23. *Ph. Helv.* 1,227 ad 1,230. *Ph. Brit.* 1,25. *Ph. Russ.* 1,23 ad 1,24.

Glycerina cum Kalio jodato jodurata.

Glycerinum cum Jodureto potassico et Jodo. *Glycéré d'Jodure de Potassium joduré.*

Rp. Kalii jodati *Gm.* 5,
Jodi *Gm.* 1.
Solutis in
Aquae *Gm.* 6
admisceantur
Glycerinae *Gm.* 40.
Ph. Gall.

Glycerolatum Acidi carbolici.

Glycerinum Acidi carbolici. *Glycerine of Carbolic Acid.*

Rp. Acidi carbolici *P.* 1,
Glycerinae *P.* 5.
In mortario conterantur, donec Acidum solutum fuerit. *Ph. Brit*

Glycerolatum Acidi gallici.

Glycerinum Acidi gallici. *Glycerine of Gallic Acid.*

Rp. Acidi gallici *P.* 1,
Glycerinae *P.* 5.
In mortario contritae in patinam porcellaneam transgerantur et leni calore calefiant, ut solutio perficiatur. *Ph. Brit.*

Glycerolatum Acidi tannici.

Glycerinum Acidi tannici. Glycerinum cum Tannino. *Glycéré de Tannin. Glycerine of Tannic Acid.*

Rp. Acidi tannici pulv. *P.* 1,
Glycerolati simplicis *P.* 5.
Conterendo mixtae modice calefiant, ut solutio perficiatur. *Ph. Brit., Gall.*

Glycerolatum Belladonnae.

Glycerinum cum Extracto Belladonnae. *Glycéré d'Extrait de Belladone.*

Rp. Extracti Belladonnae *P.* 1.
Paululo aquae solvatur et misceatur cum
Glycerolati simplicis *P.* 10.
Ph. Gall.

Eodem modo parentur:

Glycerolata (*les Glycérés*),
Conii (*d'extrait de Ciguë*),
Hyoscyami (*d'extrait de Jusquiame*),
Opii (*d'extrait d'Opium*).

Glycerolatum Boracis.

Glycerinum Boracis. *Glycerine of Borax.*

Rp. Boracis pulv. *P.* 1,
Glycerinae *P.* 5.
Conterantur, donec Borax soluta fuerit. *Ph. Brit.*

Glycerolatum Kalii jodati.

Glycerinum cum Jodureto potassico. *Glycéré d'Jodure de Potassium.*

Rp. Kalii jodati *Gm.* 4.
Soluta in
Aquae destillatae *Gm.* 4
misceantur cum
Glycerolati simplicis *Gm.* 30.
Ph. Gall.

Glycerolatum Picis liquidae.

Glycerinum cum Pice liquida. *Glycéré de Goudron.*

Rp. Picis liquidae depurat. *P.* 1,
Glycerolati simplicis *P.* 3.
Misce exacte. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0107-0 DFG

Glycerolatum simplex. Unguentum Glycerini *Ph. Germ.*, *Russ* Glycerolatum Amyli. Glycerinum Amyli *Glycéré d'Amidon. Glycerine of Starck.*

Rp. Amyli triticei *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 1.

Contritis adde

Glycerinae *P.* 10.

Calore balnei vaporis massa diaphana aequabilis efficiatur. *Ph. Germ.*

Ph. Gall. Paretur ex Amyli *P.* 1 et Glycerinae *P.* 15.

Ph. Russ. Paretur ex Amyli triticei, Aquae destill. ãã *P.* 1 et Glycerinae *P.* 14.

Ph. Brit. Amyli *P.* 1 et Glycerinae *P.* 10 conterendo mixtae inter continuam agitationem sensim usque ad 115°C calefiant, ut massa diaphana aequabilis unguinosa efficiatur.

Glycerolatum sulfuratum. Glycerinum sulfuratum. *Glycéré de Soufre.*

Rp. Sulfuris sublimati loti *P.* 1,
Glycerolati simplicis *P.* 4.

Misce. *Ph. Gall.*

Glycyrrhiza s. **Liquiritia.** Radix. Radix Glycyrrhizae glabrae. *Réglisse. Liquorice.* (Glycyrrhiza glabra L.)

Glycyrrhiza echinata. Radix. Radix Liquiritiae echinatae. (Glycyrrhiza echinata L.)

Gnaphalium. Flores s. Capitula. *Pied-de-chat.* (Antennaria dioica Gaertn.)

Gnidium. Cortex. *Garou; Sainbois.* (Daphne Gnidium L.)

Gongonha. Folia; Thea Paraguayensis. *Maté; Thé du Paraguay.* (Ilex Paraguayensis Hil.)

Gossypium. Lana seminum. *Duvet de Coton. Cotton Wool.* (Gossypium, spec. var.)

Gossypium nitricatum. Pyroxylinum. Colloxylinum. *Fulmicoton. Gun Cotton.*

Rp. Acidi sulfurici concentrati, pond. spec. 1,84, *P.* 1000,
Acidi nitrici, pond. spec. 1,42, *P.* 500.

Acidum sulfuricum in Acidum nitricum infundatur. Mixturae seponendo ad temperaturam 30° C. circiter refrigeratae immergantur paulatim

Gossypii siccati *P.* 55.

Tum sepone per horas viginti quatuor, vel triginta sex, vel quadraginta octo, prout temperatura diurna assequitur 35 vel 25 vel 15 gradus thermometri Celsiani. Dein gossypium e liquore acido exemtum multa aqua eluatur, donec liquor defluens sit ab Acidi vestigiis plane liber, et siccetur calore non adhibito. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. praecipit parationem ex Acidi nitrici, pond. spec. 1,4, *P.* 22, Acidi sulfurici, pond. spec. 1,830, Gosypii *P.* 1.

Ph. Germ. Kali nitrici pulverati et siccati *P.* 18 et Acidi sulfurici crudi *P.* 40 commisceantur. Temperatura mixturae ad 50 vel 40° C. regressa, ingerantur Gossypii *P.* 2. Mixtura tamdiu contundatur, donec portiuncula Gossypii exemta, primum aqua bene elota, dein Spiritu superfusa et expressa in Aethere cum Spiritus parte dimidia mixto plane solvatur. Tum Gossypium omne aqua eluatur, Spiritui Vini per horas viginti quatuor probe immergatur, postremo siccetur.

Ph. Brit. Acidi sulfurici, pond. spec. 1,843, et Acidi nitrici, pond. spec. 1,42, ãã *P.* 5*v* commixtis immergatur Gossypii *P.* 1. Agitatione per tria momenta horae peracta, Gossypium aqua perfecte eluatur et siccetur.

Gramen. Rhizoma. *Chiendent.* (Agropyrum repens Beauvais.)

Grana Paradisi. Semina Cardamomi maximi. *Maniguette; Graines de paradis.* (Ammomum granum Paradisi Afzel.)

Granatum. *Grenadier. Pomegranate.* Cortex fructus (Malicorium. *Écorce de Granade*). Cortex radicis et trunci s. Cortex Granati *Ph. Germ. Écorce de la racine du Grenadier. Pomegranate Root Bark*). Flores (Flores Balaustii. *Balaustes*). (Punica Granatum L.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0108-5 DFG

Granula Digitalinae.

Granules de Digitaline.

Rp. Digitalinae *Decigm.* 1,
Sacchari Lactis pulv. *Gm.* 4,
Gummi Arab. pulv. *Decigm.* 9,
Mellis depurati *q. s.*

Digitalina in mortarium porcellaneum immissa adjiciendo paulatim Saccharum Lactis conteratur. Admixto Gummi Arabico, cum Melle fiat massa consistentiae pilularis, ex qua formentur pilulae centum (100), Argento foliato obducendae, quarum singulae contineant *Milligramma* Digitalinae. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Granula (*les granules*):
Acidi arsenicosi (*d'Acide arsenieux*),
Atropini (*d'Atropine*),
Strychnini (*de Strychnine*),
etc. etc.

Paratio granulorum medicatorum irrorando granula Sacchari substantia medicamentosa soluta non laudanda est.

Graphites. Plumbago. *Graphite. Black lead.* Substantia fossilis, ex Carboneo constans.

Graphites depuratus.

Rp. Graphitae subtilissime laevigati *P.* 6.

Coquantur per horam unam cum
Aquae *P.* 12.

Aqua defusa, superfunde
Acidi hydrochlorici,
Acidi nitrici ãã *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 4

et digere per aliquot dies, saepe agitando. Deinde liquore acido defuso residuum aqua destillata eluatur et siccetur. *Ph. Germ.*

Gratiola. Herba florescens. *Gratiole.* (Gratiola officinalis L.)

Guajacum. Lignum. Resina. *Gayac. Guaiacum* (*Wood. Resin*). (Guajacum officinale L.)

Guarana. (Semina Paulliniae). *Guarana.* (Semina Paulliniae sorbilis Mart. grosso modo contusa, in massam fuscam cohaerentem redacta).

Gummi Arabicum.

Gummi Acaciae. Gummi Mimosae. *Gomme Arabique* (*vraie*). *Gum Acacia.*

Gummi Senegalense.

Gomme du Sénégal. Gummi simile Gummi Arabico.

Gummi-resina Ammoniacum expurgatum.

Gomme Ammoniaque purifiée.

Rp. Gummi-resinae Ammoniaci contusi *P.* 150,
Aquae *P.* 100.

In lebetem, cujus pondus antea examinavisti, immittantur et usque ad ebullitionem calefiant, donec mixtio emulsiva perfecta fuerit. Tum admisceatur

Spiritus Vini rectfss.

ea quantitas, ut cum aqua mixturae residua Spiritus Vini pond. spec. 0,914 accurate efficiatur. (Modus rationis hic sit, ut Aquae *P.* 35 et Spiritus Vini pond. spec. 0,835 *P.* 65 exhibeant Spiritum Vini ponderis specifici 0,914). Agitando et, si opus fuerit, calefaciendo fiat solutio, quae inter pressionem per pannum laxius textum fundatur. Colatura calore balnei aquae evaporet, donec gutta exempta atque in aquam frigidam injecta globulum malaxabilem et digitis non agglutinantem praebuerit. Massa deinde in ollam fundatur.

In expurgandis quantitatibus majoribus Spiritum Vini destillando elicere licet.

Eodem modo expurgentur Gummi-resinae:

Asa foetida,
Galbanum,
Sagapenum.

Gutta Gambir. *Gambir cubique.* (Uncaria Gambir).

Guttae nigrae Britannicae.

Gouttes noires Anglaises. Black drops.

Rp. Opii Smyrnaici cont. *P.* 100,
Aceti destillati *P.* 450,
Stigmat. Croci inc. *P.* 8,
Sem. Myristicae pulv. *P.* 25.

In cucurbitam vitream immissae macerentur per dies decem, et interdum agitentur. Tum calore balnei aquae calefac

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0109-4 DFG

et fortiter exprime. Massae remanenti affunde

Aceti destillati *P.* 150

et per 24 horas macera. Tum denuo exprime. Colaturae mixtae, additis

Sacchari *P.* 50,

calore balnei aquae evaporent usque ad partes remanentes 200. Liquor refrigeratus sit pond. spec. 1,25.

Liquoris Partes 4 respondent *P.* 2 Opii vel *P.* 1 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Gutta-percha. *Gutta-percha.* (Isonandra gutta Hook.)

Gutti s. **Cambogia.** Gummi-resina. *Gomme-gutte. Gamboge.* (Hebradendron cambogioïdes Graham. Garcinia Morella Desrous.)

Hachisch. *Hachisch.* Praeparatum unguinosum e Cannabi sativa, var. Indica. (*Ph. Gall.*)

Haematoxylon. Lignum. Lignum Campechianum. *Bois de Campèche; Bois d'Inde. Logwood.* (Haematoxylon Campechianum L.)

Hagenia. Flores. Flores Kusso. Kosso. Cusso. *Cousso. Kousso.* (Hagenia Abyssinica Willd.)

Hedera. Cortex. Folia. Succus resinosus (Resina). *Lierre commun.* (Hedera Helix L.)

Hedera terrestris. Herba florens. *Lierre terrestre.* (Glechoma hederacea L.)

Helenium. Radix. *Aunée.* (Inula Helenium L.)

Helix s. **Limax.** Caro. *Escargot de vignes* (*Chair de*); *Limaçon des vignes.* (Helix pomatia).

Helleborus niger. Radix. *Ellébore noir.* (Helleborus niger L.)

Helleborus viridis. Radix. *Ellébore à fleurs vertes.* (Helleborus viridis L.)

Helminthochorton. *Mousse de Corse.* (Helminthochortos officinarum Link s. Gigartina Helminthochorton Lmk.)

Hemidesmus. Radix. Radix Nannari s. Sarsaparillae Indicae. *Hemidesmus Root.* (Hemidesmus Indicus DC.)

Hippocastanum. Cortex. *Marronnier* (*d'Inde*). (Aesculus Hippocastanum L.)

Hirudines. *Sangsues. The Leeches.* (Sanguisuga medicinalis Savigny, *the Speckled Leech.* Sanguisuga officinalis Sav., *the Green Leech.*)

Hordeum. Semina excorticata. Hordeum decorticatum. *Orge mondé* et *Orge perlé. Pearl Barley.* (Hordeum vulgare L.)

Hydrargyrum s. Mercurius. *Mercure. Mercury.*

Hydrargyrum amidato-bichloratum.

Hydrargyrum praecipitatum album. Hydrargyrum amidato-chloratum. Hydrargyrum ammoniatum. *Ammoniated Mercury* ($NH^2 Hg^2 Cl$).

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 2.

Calore adhibito solutas

Aquae destillatae *P.* 40

et post refrigerationem filtratas infunde in

Ammoni caustici soluti *P.* 3

aut tantum, ut Ammonum paulum praevaleat. Tum praecipitatum inde exortum filtro excipiatur atque post defluxum humoris abluatur Aqua destillata, cujus bis affundantur *P.* duodevicenae (18), dein modico calore siccetur loco luci non pervio. *Ph. Germ.*, (*Helv.*, *Russ.*, *Brit.*)

Hydrargyrum bichloratum corrosivum.

Hydrargyrum chloratum corrosivum *Ph. Russ.* Chloruretum hydrargyricum. Perchloridum Hydrargyri. (Bichloridum Hydrargyri *Ph. Lond.*). Sublimatus corrosivus. *Deutochlorure de Mercure sublimé; Sublimé corrosif, Bichlorure de Mercure. Perchloride of Mercury.* ($HgCl$). *Ph. Gall.*, *Germ.*, *Helv.*, *Brit.*, *Russ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0110-5 DFG

Hydrargyrum bichloratum corrosivum solutum.

Liquor Swietenii. Liquor Hydrargyri Perchloridi. Chloruretum hydrargyricum aqua solutum. *Deutochlorure de Mercure en solution; Liqueur de van Swieten. Solution of Perchloride of Mercury.*

Rp. Hydrarg. bichlorati corr. *P.* 1.
Solve in
Spiritus Vini (80%) *P.* 100.
Tum admisce
Aquae destill. *P.* 900.

Ph. Gall.

Ph. Brit. Solutio parata e Centigrm. 65 Hydrarg. bichlorati et Centigrm. 65 Ammoni hydrochlorati in Grm. 568 Aquae destill.

Hydrargyrum bijodatum (rubrum).

Joduretum hydrargyricum. Jodidum Hydrargyri rubrum. Hydrargyrum jodatum rubrum *Ph. Russ. Deutojodure de Mercure. Red Jodide of Mercury.*

Ph. Gall., Germ., Helv., Brit., Russ. Praecipitatum aqua elutum et siccatum, paratum ex Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 4 et Kalii jodati *P.* 5, in Aqua dest. solutis.

Hydrargyrum chloratum mite.

Chloruretum hydrargyrosum. Calomelas. Subchloridum Hydrargyri. (Chloridum Hydrargyri *Ph. Lond.*) *Protochlorure de Mercure par sublimation; Mercure doux. Subchloride of Mercury.* Hg^2Cl. *Ph. Gall., Germ., Helv., Brit., Russ.*

Ph. Gall. recepit Hydrargyrum chloratum mite

1. sublimatione paratum (*Calomel*, Calomelas),
2. vaporatione paratum (*Calomel à la vapeur, Protochlorure de Mercure pulvérulent*).
3. praecipitatione paratum (*Précipité blanc*).

Ph. Germ., Russ. Calomelas et sublimatione et praecipitatione vel via humida paratum.

Hydrargyrum chloratum via humida paratum.

Ph. Germ. Natrii chlorati *P.* 1, solutae in Aquae destillatae *P.* 10 et filtratae instillentur Hydrargyri nitrici oxydulati soluti *P.* 40. Praecipitatum exortum aqua eluatur et leni calore siccetur.

Ph. Russ. (*Gall.*) Hydrargyri nitrici oxydulati cryst. *P.* 24, solutis in Aquae destillatae *P.* 1152 et Acidi nitrici puri *P.* 3, instillentur Acidi hydrochlorici puri *P.* 13, Aquae destill. *P.* 288 antea dilutae.

Hydrargyrum cum Creta.

Mercury with Chalk.

Rp. Hydrargyri *P.* 1,
Cretae praeparatae *P.* 2.

Conterendo in mortario porcellaneo tamdiu misceantur, donec globuli metallici oculo arte non adjuto nulli conspicui fuerint. *Ph. Brit.*

Hydrargyrum depuratum.

Hydrargyrum repurgatum. *Mercure purifié.*

Ph. Gall., Germ. (*Russ.*) Hydrargyrum venale Acido nitrico diluto maceratum et aqua ablutum.

Ph. Helv. Hydrargyrum venale digerendo concutiendoque cum Ferro sesquichlorato soluto, et abluendo Acidi hydrochlorici atque aquae ope depuratum.

Hydrargyrum jodatum (flavum s. viride).

Joduretum hydrargyrosum. Jodidum Hydrargyri viride. *Protojodure de Mercure. Green Jodide of Mercury.*

Rp. Hydrarg. depurati *P.* 8,
Jodi *P.* 5.

In mortarium porcellaneum immissae et Spiritus Vini nonnullis guttis humectatae conterantur, ut mixtura coloris e virescente flavi efficiatur, quae cum

Spiritus Vini rectfss. *P.* 16

commixta atque in filtrum translata paulo Spiritus Vini plane eluatur. Postremo massa pulverea lucem cavendo siccetur, sed calore non adhibito. *Ph. Germ., Helv., Russ.*

Ph. Gall. praecipit Hydrarg. *P.* 10 et Jodi *P.* 6;

Ph. Brit. Hydrarg. *P.* 10 et Jodi *P.* 6,35.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0111-1 DFG

Hydrargyrum nitricum oxydatum solutum.

Nitras hydrargyricus Acido nitrico solutus. Liquor Hydrargyri Nitratis acidus. *Nitrate acide de Deutoxyde de Mercure; Nitrate de Mercure liquide (Ph. Gall.). Acid Solution of Nitrate of Mercury.*

Rp. Hydrargyri *P.* 100.

Solve in

Acidi nitrici, pd. sp. 1,42, *P.* 150,

dilutis

Aquae destill. *P.* 50.

Liquor evaporet, donec adhuc

Partes 225

remanserint. Serva. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Hydrarg. *P.* 40, Acidi nitrici *P.* 71, Aq. destill. *P.* 15. Solutio per momenta quindecim horae ebulliat et servetur. Pond. spec. 2,246.

Hydrargyrum nitricum oxydulatum (crystallisatum).

Nitras hydrargyrosus. *Nitrate de Mercure crystallisé* ($3Hg^2O$, $2NO^5$, $3HO$) *Ph. Gall. Nitrate de Protoxyde de Mercure.*

Rp. Hydrargyri *P.* 100.

In cucurbitam vitream immissis affunde

Acidi nitrici offic., pd. sp. 1,42, *P.* 75,

Aquae destill. *P.* 25

dilutas. Sepone loco frigido. Post horas viginti quattuor collige crystalla exorta in infundibulo, ubi paulo Acidi nitrici diluti eluantur. Quando exstillaverint, in vasis occlusis serventur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Hydrarg., Aquae dest. et Acidi nitrici (pd. sp. 1,2) ãã *P.* sepõnantur per aliquot dies.

Ph. Germ., Russ. Hydrarg. et Acidi nitrici (pd. sp. 1,2) ãã *P.* Sepone etc.

Hydrargyrum nitricum oxydulatum solutum.

Liquor Hydrargyri nitrici oxydulati. Liquor Bellostii.

Rp. Hydrargyri nitrici oxydulati *P.* 100.

In mortario porcellaneo tritis adde

Acidi nitrici *P.* 15,

tum calore evitato ac paulatim affundendo solve in

Aquae destillatae *P.* 885.

Contineant liquoris partes centenae *P.* 10 salis hydrargyrosi. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Hydrargyri nitrici oxydulati cryst. *P.* 8, solutae in Aquae destill. *P.* 64 et Acidi nitrici *P.* 1.

Ph. Russ. Hydrargyri nitrici oxydulati cryst. *P.* 7, solutae in Aquae destill. *P.* 55 et Acidi nitrici *P.* 1. Sit pond. spec. 1,10 et contineantur *P.* 11,1 salis hydrargyrosi in partibus centenis liquoris.

Hydrargyrum oxydatum.

Oxydum hydrargyricum. Oxydum Hydrargyri rubrum. *Oxyde rouge de Mercure; Deutoxyde de Mercure; Bioxyde de Mercure; Précipité rouge. Red Oxide of Mercury.*

Hydrargyrum oxydatum rubrum via humida paratum.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. calidae *P.* 6.

Liquori adhuc calenti affunde inter continuam agitationem

Natri hydrici soluti *P.* 1,

antea dilutam

Aquae destill. fervidae *P.* 6

et usque ad ebullitionem calefactam. Praecipitatum inde ortum aqua fervida eluatur et siccetur. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. praecipit Hydrargyrum bichloratum corrosivum Aquae destillatae vigintupla quantitate solvendum.

Hydrargyrum oxydulatum nigrum (Hahnemanni).

Mercurius solubilis Hahnemanni. Nitras Hydrargyri ammoniacalis.

Rp. Hydrargyri nitrici oxydulati soluti *P.* 18.

Dilutis

Aquae destillatae *P.* 6

addatur

Ammoni caustici soluti *P.* 1,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0112-7 DFG

ante diluta

Aquae destillatae *P.* 8.

Praecipitatum ilico in filtro collectum Aquae destillatae *P.* 10 eluatur, deinde inter strages chartae bibulae leni calore penitus exsiccetur atque in vitro probe clauso lucem cavendo servetur. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Praecipit sumendas Hydrargyri nitrici oxydulati soluti *P.* 18½, dilutas Aquae destillatae *P.* 48.

Hydrargyrum stibiato-sulfuratum.

Hydrargyrum et Stibium sulfurata. Aethiops antimonialis.

Rp. Hydrargyri sulfurati nigri,
Stibii sulfurati nigri laevigati
$\widehat{aa}$ *P.*

Misceantur. *Ph. Germ., Helv., Russ.*

Hydrargyrum sulfuratum nigrum.

Aethiops mineralis. *Éthiops minéral.*

Rp. Hydrargyri depurati,
Sulfuris depurati $\widehat{aa}$ *P.*

Modico calore tamdiu conterantur, donec in massam pulveream nigram mutatae fuerint, et globuli Hydrargyri nitentes non amplius conspiciantur. *Ph. Germ.*, (*Helv., Russ.*)

Ph. Gall. Hydrargyri *P.* 1 et Sulfuris loti *P.* 2 conterantur ad Hydrargyri usque extinctionem.

Hydrargyrum sulfuratum rubrum. Cinnabaris. Sulfuretum hydrargyricum rubrum. *Sulfure de Mercure; Cinabre.* (HgS).

Hydrargyrum sulfuricum oxydatum.

Sulfas hydrargyricus s. Hydrargyri. *Sulfate de Deutoxyde de Mercure. Sulphate of Mercury.*

Rp. Hydrargyri depurati *P.* 3,
Acidi sulfurici rectf. *P.* 4.

In patinam porcellaneam immissae calore balnei arenae calefiant et interdum agitentur, donec in pulverem salinum et siccum conversae fuerint. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. praecipit Hydrargyri *P.* 20 et Acidi sulfurici concentrati *P.* 27.

Hydrargyrum sulfuricum basicum.

Subsulfas hydrargyricus. *Sous-sulfate de Deutoxyde de Mercure; Turbith minérale.* ($3HgO, SO^3$).

Rp. Hydrargyri oxydati sulfurici subtilissime pulv *P.* 1.

Affunde inter agitationem

Aquae fervidae *P.* 15.

Postquam resederint partes solubiles, decantha, dein sedimentum aqua fervida ablue atque sicca. Cave ne Sulfas Hydrargyri contineat Hydrargyrum oxydulatum. *Ph. Gall.*

Hyoscyamus. Folia. Semina. *Jusquiame noire. Hyoscyamus.* (Hyoscyamus niger L.)

Hyoscyamus albus. Semina. *Jusquiame blanche.* (Hyoscyamus albus L.)

Hypericum. Flores. *Millepertuis.* (Hypericum perforatum L.)

Hyssopus. Summitates florescentes. (Hyssopus spicata et officinalis *L.*)

Jacea nigra. Herba. *Jacée des prés.* (Centaurea Jacea L.)

Jalapa. Tubera. *Jalap (tubéreux ou officinal). Jalap.* (Ipomoea Purga Hayne. Exogonium Purga Benth.)

Ichthyocolla s. **Colla piscium.** *Ichthyocolle; Colle de poisson.* (Acipenser Huso, Sturio etc. L.)

Ignatia. Semen. Fabae St. Ignatii. *Fève de Saint-Ignace,* (Strychnos St. Ignatii Bergius).

Imperatoria s. **Ostruthium.** Rhizoma. *Impératoire.* (Imperatoria Ostruthium L.)

Indicum s. **Indigo.** *Indigo.* (Variae spec. Indigoferae).

Infusum Althaeae.

Rp. Rad. Althaeae *Gm.* 22,5.

Superinfundantur

Aquae fervidae *Gm.* 420.

Stent per horam dimidiam et sine expressione colentur. Sint colaturae *Gm.* 360. *Ph. Russ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0113-2 DFG

Infusum Aurantii compositum.

Compound Infusion of Orange Peel.

Rp. Corticis Aurantii *Gm.* 8,
Cort. Citri recentis *Gm.* 4,
Caryophyllorum *Gm.* 2.

Concisis contusisque affunde
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent vase operto per horae quadrantem et colentur. *Ph. Brit.*

Infusum Barosmae.

Infusum Buchu. *Infusion of Buchu.*

Rp. Foliorum Barosmae *Gm.* 15.

Concisis affunde
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent vase operto per horam unam et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

Infusa (*Infusions*):

Columbo s. **Calumbae** (*of Calumba*),
Ratanhae s. **Krameriae** (*of Rhatany*),
Senegae (*of Senega*).

Infusum Caryophyllorum.

Infusion of Cloves.

Rp. Caryophyllorum cont. *Gm.* 8.

Superinfunde
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent per semihoram vase operto et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

Infusa (*Infusions*):

Chiratae (*of Chiretta*),
Secalis cornuti s. **Ergotae** ex pulvere (*of Ergot*).

Infusum Cascarillae.

Infusion of Cascarilla.

Rp. Corticis Cascarillae *Gm.* 30.

Superinfunde
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent per horam unam vase operto et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur:

Infusum Dulcamarae (*Infusion of Dulcamara*).

Infusum Catechu.

(*Infusion of Catechu*).

Rp. Catechu pallidi grosso modo pulv. *Gm.* 11,
Corticis Cinnamomi cont. *Gm.* 2.

Superinfundantur
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent per horam unam vase operto et colentur. *Ph. Brit.*

Infusum Chamomillae Romanae.

Infusum Anthemidis s. Chamomillae *Ph. Brit.* *Infusion of Chamomile.*

Rp. Florum Chamomillae Romanae *Gm.* 15.

Superinfunde
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent vase operto per horae quadrantem et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur:

Infusum Aurantii corticis (*Infusion of Orange Peel*).

Infusum Chinae Calisayae.

Infusum Cinchonae flavae. *Iufusion of Yellow Cinchona.*

Rp. Corticis Chinae Calisayae grosso modo pulv. *Gm.* 15.

Superinfundantur
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.

Stent vase operto per horas duas et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

Infusa (*Infusions*):

Angusturae s. **Cuspariae** cort. (*of Casparia*),
Lupuli strobilorum (*of Hop*),
Uvae Ursi fol. (*of Bearberry*)

Infusum Digitalis.

Infusion of Digitalis.

Rp. Foliorum Digitalis *Gm.* 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0114-8 DFG

Superinfundantur
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.
Stent vase operto per horam unam et colentur. Dosis: *Grm.* 7,5 ad 15.

Infusum Gentianae compositum.

Compound Infusion of Gentian.

Rp. Radicis Gentianae incis.,
Cort. Aurant. incis. ãã *Decigm.* 39.
Cort. Citri recent. incis. *Decigm.* 71.
Superinfundantur
Aquae destill. fervidae *Gm.* 284.
Stent per horam, tum colentur. *Ph. Brit.*
Ph. Gall. (e *Ph. Brit*) Rad. Gentianae *Gm.* 7,09, Cort. Aurantii fruct., Fruct. Coriandri ãã *Gm.* 1,94, Spiritus Vini, pond. spec. 0,914, *Gm.* 51,82, Aquae destill. frigidae *Gm.* 226,79.

Infusum Hageniae.

Infusum Cusso. *Infusion of Kousso.*

Rp. Florum Hageniae grosso modo pulv. *Gm.* 15.
Superinfunde
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 240.
Stent vase operto per horae quadrantem et colentur sine expressione. Dosis: *Gm.* 120 ad 240. *Ph. Brit.*

Infusum laxativum regium.

Tisane royale. Apozema laxativum.

Rp. Fol. Sennae *Gm.* 15,
Natri sulfurici *Gm.* 15,
Fruct. Anisi *Gm.* 5,
Fruct. Coriandri *Gm.* 5,
Fol. rec. Petroselini *Gm.* 15,
Aquae frigidae *Gm.* 1000,
Fruct. Citri in taleolas scissi *No.* 1.
Macera per 24 horas, interdum agitando, cola exprimendo et filtra. *Ph. Gall.*

Infusum Lini.

Infusion of Linseed.

Rp. Seminis Lini *Gm.* 11,
Radicis recentis Glycyrrhizae incisae *Gm.* 4.
Superinfundantur
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.
Stent vase operto per horas quatuor et colentur. *Ph. Brit.*

Infusum Maticae.

Infusum Matico. *Infusion of Matico.*

Rp. Foliorum Maticae inc. *Gm.* 15.
Superinfundantur
Aquae dest. ebullientis *Gm.* 300.
Stent vase operto per semihoram et filtrentur. *Ph. Brit.*

Infusum Quassiae.

Infusion of Quassia.

Rp. Ligni Quassiae rasp. *Gm.* 4,
Aquae dest. frigidae *Gm.* 300.
Macerent per semihoram vase operto et colentur. *Ph. Brit.*

Infusum Rhei.

Infusion of Rhubarb.

Rp. Radicis Rhei *Gm.* 8.
In taleolas dissectis affunde
Aquae dest. ebullient. *Gm.* 300.
Stent per horam unam vase operto et colentur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur:

Infusum Valerianae

(*Infusion of Valerian*).

Infusum Rosae acidum.

Acid Infusion of Roses.

Rp. Petalorum Rosae Gallicae *Gm.* 8.
Superinfundantur
Aquae dest. ebullient. *Gm.* 300,
Acidi sulfurici diluti. *Gm.* 4.
Stent per horam dimidiam vase operto et colentur. *Ph. Brit.*

Infusum Sennae.

Infusum Sennae compositum *Ph. Gall.*
Infusion of Senna.

Rp. Foliorum Sennae *Gm.* 30,
Rhizomatis Zingiberis *Gm.* 2,
Aquae destill. fervid. *Gm.* 300.
Stent vase clauso per horam unam, tum colentur. *Ph. Brit.*
Ph. Gall. (e *Ph. Brit.*) Fol. Sennae *Gm.* 14,17, Rhiz. Zingiberis *Gm.* 1,94, Aquae destill. fervidae *Gm.* 283,49.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0115-4 DFG

Infusum Sennae compositum Ph. Austr.

Eau laxative de Vienne.

Rp. Foliorum Sennae Alexandrinorum *Gm.* 26,25,
Aquae fervidae *Gm.* 210
Mannae electae *Gm.* 35.
Ph. Gall.

Infusum Sennae compositum.

Infusum Sennae *Ph. Helv.* Infusum laxativum Viennense.

Rp. Foliorum Sennae concis. *P.* 2.
Superinfunde
Aquae fervidae *P.* 12.
Stent per horam dimidiam, saepius agitando, deinde exprimantur. In colatura solve
Natro-Kali tartarici *P.* 2,
Mannae *P.* 3,
tum cola. Colatura efficiat *P.* 15. *Ph. Germ. Russ.*

Ph. Gall. errat praecipiens Natrum tartaricum loco Natro-Kali tartarici.

Ph. Helv. Fol. Sennae Alexandr. *Gm.* 15 infundantur q. s. Aquae tepidae, per horam dimidiam digerantur et in colaturae *Gm.* 90 solvantur Mannae et Natro-Kali tartarici ãã *Gm.* 15, quae denuo colata ad *Gm.* 125 suppleatur.

Infusum Sennae salinum.

Rp. Folior. Sennae inc. *Gm.* 15.
Superinfunde
Aquae fervidae *Gm.* 150.
Post horam dimidiam cola. Liquore colato solvantur
Natri sulfurici,
Mellis depurati ãã *Gm.* 15.
Mixtura sit ponderis *Gm.* 150. *Ph. Russ.*

Infusum Serpentariae.

Infusion of Serpentary.

Rp. Radicis Serpentariae *Gm.* 8.
Contusis affunde
Aquae dest. ebullient. *Gm.* 300.
Stent vase operto per horas duas et colentur. *Ph. Brit.*

Jodum. Jodina. *Jode. Jodine.*

Jodum spirabile.

Vapor Jodi. *Inhalation of Jodine.*

Rp. Tincturae Jodi *Gm.* 4,
Aquae *Gm.* 32.
Mixta in apparatum idoneum ingerantur, ut calore leni adhibito vapor spirando hauriri possit. *Ph. Brit.*

Ipecacuanha. Radix. *Ipécacuanha.* (Cephaëlis Ipecacuanha Rich.)

Iris Florentina s. **Iris.** Rhizoma. *Iris de Florence.* (Iris Florentina L. et pallida Lamk.)

Iris foetida. Rhizoma. *Iris fétide.* (Iris foetidissima L.)

Juglans. Cortex fructus. Folia. Oleum seminis expressum. *Noix; Noyer.* (*Noyer commun.* Juglans regia L.)

Jujubae. *Jujubes.* (*Jujubier.* Zizyphus vulgaris Lamk. Rhamnus Zizyphus L.)

Juniperus. Fructus. Lignum. Oleum aeth. fructus. *Genièvre. Juniper.* (*Genévrier commun.* Juniperus communis L.)

Jusculum Carnis vitulinae.

Bouillon de Veau.

Rp. Carnis vitulinae *Gm.* 120,
Aquae *Gm.* 1000.
Coque leni calore, vase tecto, per horas duas. Post refrigerationem cola.

Eodem modo parentur:

Juscula (*bouillons*):
Pulmonis Vituli (*de Mou de Veau*),
Pulli gallinacei (*de Poulet*),
Ranae (*de Grenouille*),
Testudinis (*de Tortue*).

Jusculum Limacum.

Decoctum Helicum. *Bouillon de Limaçons.*

Rp. Carnis Helicum pomatiarum *Gm.* 120,

Aquae *Gm.* 1000,
Herb. Adianti pedati *Gm.* 5.

Limaces aquae ferventi immergantur, ut e cochleis facile evellere possis. Visceribus rejectis, carnem ablue aqua tepida et pensa, tum concisam calore balnei aquae coque per horas duas, vase tecto. Ad finem coctionis Herba Adianti addita, sepone per horae quadrantem et cola. *Ph. Gall.*

Iva moschata. Herba. Herba Chamaepityos Monspeliacae. *Ivette musquée.* (Ajuga Iva Schreb.)

Lycopodium. Sporae. *Lycopode.* (Lycopodium clavatum L.)

Kali aceticum. Acetas potassicus s. Potassae. *Terre foliée de Tartre; Acetate de Potasse. Acetate of Potash.*

Kali aceticum solutum.

Acetas kalicus solutus. Liquor Kali acetici.

Kali bicarbonici *P.* 48 saturentur Acidi acetici diluti q. s., ut liquor per aliquod tempus calefactus chartam exploratoriam non amplius mutet, tum liquor filtratus Aquae destillatae q. s. diluatur, ut pondus liquoris totius exaequet *P.* 142 vel pond. spec. sit 1,176 ad 1,180. Partes centenae contineant *P.* 33,3 Kali acetici. *Ph. Germ., Russ.*

Ph. Helv. Paretur e Kali carbonico depurato et Acido acetico. Pond. spec. 1,165 ad 1,175.

Kali arsenicicum crystallisatum.

($KaO, 2HO, AsO^5$.) *Arseniate de Potasse cristallisé; Sel arsenical de Macquer.*

Ph. Gall. Ustione mixturae ex Acidi arsenicosi et Kali nitrici āā *P.* paratae, solvendo massam obtentam ac crystallisando efficitur. Lixivium a crystallis defusum, non amplius acidum rejiciatur. Partes centenae continent *P.* 63,88 Acidi arsenicici vel *P.* 41,66 Arseni metallici.

Kali bicarbonicum.

Kali carbonicum acidulum. Bicarbonas potassicus s. Potassae. *Bicarbonate de Potasse; Carbonate de Potasse saturé. Bicarbonate of Potash.*

Kali bichromicum. Bichromas potassicus s. Potassae. *Bichromate de Potasse. Bichromate of Potash.* ($KaO, 2CrO^3$).

Kali bitartaricum. Tartarus depuratus. Bitartras potassicus. Tartras Potassae acidus. *Tartrate acide de Potasse; Crème de Tartre. Acid Tartrate of Potash.* ($KaO, HO, C^8H^4O^{10}$).

Kali bitartaricum

ad usum pharmaceuticum, a calcaria liberatum.

Rp. Tartari depurati pulv. *P.* 10.
Superfunde
Aquae destillatae *P.* 10,
Acidi hydrochlorici *P.* 1.

Digere calore balnei vaporis interdum agitando per aliquot horas (per biduum *Ph. Helv.*), tum post refrigerationem in manicam linteam immitte et primum aqua communi, deinde Aqua destillata elue, donec liquor defluens Argento nitrico admixto non amplius turbetur. Residuum elotum expandatur et siccetur. *Ph. Germ., Helv., Russ.*

Kali borico-tartaricum.

Tartras borico-potassicus. (Tartarus solubilis). (Tartarus boraxatus). *Crème de Tartre soluble; Tartrate borico-potassique.* ($KaO, BO^3, C^8H^4O^{10}$).

Rp. Kali bitartarici pulv. *P.* 100,
Acidi borici cryst. *P.* 25,
Aquae *P.* 250.

In lebetem argenteum immissae ebulliant, tum inter agitationem continuam evaporent, donec in massam densiorem redactae fuerint, quae divisa calore hypocausti exsiccetur, dein contusa in lagenis bene obturatis servetur. Sint frustula amorpha diaphana, saporis acidi. *Ph. Gall.*

Kali carbonicum. Carbonas potassicus. *Carbonate de Potasse; Sel de Tartre. Carbonate of Potash.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0117-5 DFG

Kali carbonicum depuratum.

Carbonas Potassae. *Carbonate of Potash.*

Kali carbonicum crudum solvatur aquae calidae duplo. Liquor postquam subsederit filtretur, fere ad trientem voluminis evaporet stetque per aliquot dies loco frigido. Tum liquor decanthatus ebulliat, donec turbari coeperit atque refrigescendo maxima ex parte in crystallos coëat. Hae crystalli, postquam lixivium ab illis destillaverit, igne aperto penitus exsiccentur, usquedum in pulverem dilapsae fuerint Servetur in vitris arcte clausis. *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Kali carbonici crudi *P.* 1 cum Aquae destillatae *P.* 2 per dies duos seponatur, saepius agitetur et per linteum fundatur. Colatura in lebetem ferreum politum immissa evaporet, donec cuticula salina prodeat, et loco frigido per dies duos seponatur. Liquor denuo per linteum fusus inter continuam agitationem evaporando ad siccum redigatur. Massa salina in pulverem grossum contrita adhuc calida in vas vitreum condatur.

Ph. Russ., Brit. Aequali modo paratur.

Kali carbonicum purum.

Carbonas kalicus s. Potassae purus.

Kali bicarbonicum pulveratum in lebete ferreo polito calefiat, donec septem partes de decem remanserint. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Aequali modo paratur.

Kali carbonicum solutum.

Carbonas kalicus solutus. Liquor Kali carbonici.

Rp. Kali carbonici puri *P.* 11.

Solve

Aquae destillatae *P.* 20.

et filtra. Liquori tantum Aquae destillatae addatur, ut pond. spec. 1,330 ad 1,334 efficiatur. Partes centenae contineant *P.* 33,3 Kali carbonici sicci. *Ph. Germ., Russ.*

Ph. Helv. Kali carbonici depurati *P.* 1, soluta Aquae destillatae *P.* 2. Pond. spec. 1,33.

Kali chloricum.

Chloras potassicus. *Chlorate de Potasse. Chlorate of Potash.* (KaO,ClO^5).

Kali citricum.

Citras Potassae. *Citrate of Potash.* ($3KaO,C^{12}H^5O^{11}$).

Rp. Acidi citrici *P.* 3.

Solutis

Aquae destill. *P.* 20

sensim injice

Kali carbonici *P.* 4

vel quantum ad neutralisationem requiritur. Liquor filtratus evaporet ad siccum et cuticula apparente continuo agitetur, ut sal efficiatur granulatum. *Ph. Brit.*

Kali hydricum fusum.

Kali causticum fusum. Lapis causticus. *Pierre à cautère.*

Kali hydricum purum.

Hydras potassicus. *Potasse pure; Potasse à l'Alcool.*

Rp. Kali hydrici sicci, non satis puri, *q. v.*

Solve

Spiritus Vini rectfss. *q. s.*

E liquore post sedimentationem decanthato Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, liquor remanens in vas argenteum ingestus evaporet, sub evaporationis finem massam carbonaceam innatantem diligenter auferendo. Postremo calorem auge, ut massa olei instar fluat, quam in laminam argenteam effunde. *Ph. Gall.*

Kali hydricum siccum.

Kali causticum (siccum). Potassa caustica. Potassae Hydras. Oxydum potassicum ope calcis paratum. *Potasse caustique à la chaux; Pierre à cautère. Caustic Potash.*

Ph. Germ., Helv., Brit., Russ. Massa salina pulverea.

Ph. Gall. praeparatum formae variae recepit, velut rotularum (*à la goutte*), bacillorum, laminarum irregularium. Kali sulfurico et Kalio chlorato inquinatum est.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0118-1 DFG

Kali hydricum solutum.

Liquor Kali caustici. Liquor Potassae. *Solution of Potash.*

Ph Germ. Pond. spec. 1,330—1,334; *Ph. Helv.* 1,335—1,340; *Ph. Russ.* 1,330—1,334; *Ph. Brit.* 1,058 et continent partes centenae Kali anhydri *P.* 4,9.

Kali hypermanganicum.

Kali permanganicum. Permanganas potassicus s. Potassae. *Permanganate de Potasse. Permanganate of Potash.* (KaO, Mn^2O^7).

Rp. Mangani hyperoxydati nativi *Gm.* 40,
Kali chlorici *Gm.* 35.
Pulveratis et commixtis immisce
Kali hydrici sicci *Gm.* 50,
antea aquae quantitate quam minima solutas. Massa inde obtenta atque in crucibulum ferreum immissa incalescat, semper agitata, donec sicca exhibita fuerit. Tum per unam horam ardore obscure rubro igniatur. Post refrigerationem massa in pulverem redacta aquae ebullientis Litris duabus tractetur. Liquor seponendo decanthandoque depuratus per Alumen plumosum vel vitrum pulveratum fundendo filtretur, tum instillando
Acidi nitrici dilutioris
q. s. ad punctum neutralisationis adducatur. Quo facto liquor evaporet leni calore atque refrigerando seponendoque in crystalla cogatur, quae super tabulas latericias sparsa desiccentur. *Ph. Gall.*

Kali hypermanganicum solutum.

Liquor Potassae Permanganatis. *Solution of Permanganate of Potash.*

Rp. Kali hypermanganici *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 110.
Solve. Dosis: 7 ad 14 Gm. *Ph. Brit.*

Kali nitricum. Nitras potassicus; Nitrum. *Nitrate de Potasse; Azotate de Potasse; Sel de Nitre; Salpêtre. Nitrate of Potash.* (KaO, NO^5).

Kali oxalicum acidum. Oxalium. Superoxalas (Suroxalas) potassicus. *Oxalate acide de Potasse; Sel d'oseille.*

Kali stibicum ablutum.

Superstibias potassicus. Antimonium diaphoreticum ablutum. *Antimoine diaphorétique lavé.*

Rp. Stibii depurati pulv. *P.* 1,
Kali nitrici pulv. *P.* 2.
Mixtae paulatim in crucibulum rubedine candens ingerantur. Crucibulum inde repletum, operculo imposito, per horam dimidiam adhuc candeat. Tum massa pulposa eximatur et subtilissime pulverata magna copia aquae eluatur, postremo desiccetur. Praeparatum (formulae $KaO,2SbO^5,6HO$) ex Acidi stibici 79,99, Kali 10,70 et Aquae 12,31 constitutum est. *Ph. Gall.*

Kali sulfuricum. Sulfas kalicus s. Potassae. *Sulfate de Potasse. Sulphate of Potash.*

Kali tartaricum. Tartras potassicus s. Potassae. Tartarus tartarisatus. *Tartrate neutre de Potasse. Tartrate of Potash.* ($2KaO, C^8H^4O^{10}$).

Kali tartaricum boraxatum.

Tartarus boraxatus. Cremor Tartari solubilis. Borax tartarisata.

Rp. Natri biborici (Boracis) *P.* 2.
Solutis
Aquae destillatae *P.* 20
adde
Kali bitartarici pulv. *P.* 5.
Tum digere calore balnei vaporis et saepius agita, donec solutio perfecta fuerit. Liquor dein filtratus evaporando in massam tenacem, post refrigerationem friabilem, redigatur et in taenias extenuata leni calore exsiccetur. Postremum massa in pulverem redacta in lagenis bene clausis servetur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Boracis *P.* 1, Kali bitartarici *P.* 3, Aquae destill. *P.* 20.

Ph. Russ. Boracis 1, Kali bitartarici *P.* 2, Aquae destill. *P.* 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0119-0 DFG

Kalium bromatum. Bromuretum potassicum. Bromidum Potassii. *Bromure de Potassium. Bromide of Potassium.* (Ka Br).

Kalium chloratum. Chloruretum potassicum. Chloridum Potassii. *Chlorure de Potassium. Chloride of Potassium* (Ka Cl).

Kalium cyanatum. Cyanuretum potassicum. *Cyanure de Potassium.*

Rp. Kalii ferro-cyanati *q. v.*

Sal pulveratum atque ab aqua crystallina calore liberatum immitte in crucibulum operculo obtegendum. Deinde primo igne modico, tum sensim aucto fusio salis efficiatur, et tamdiu continuetur, quam vapores extricantur. Ad separandum Ferrum carboniferum, in massa liquida suspensum, cola per textum e filis ferreis confectum, quod crucibulo alteri, inter prunas collocato, impositum est. Fusione non remissa, inquinamenta fundum massae petant, quae post refrigerationem cum cura separentur. Massa albior in frusta diffracta caute servetur in vitris obturatis. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. praecipit parationem ratione Liebigii ex Kalii ferrocyanati *P.* 8, ab aqua crystallina liberatis, et Kali carbonici depurati *P.* 3.

Kalium ferrico-cyanatum. Ferri-cyanuretum potassicum. *Cyanure ferrico-potassique; Prussiate rouge de Potasse. Red Prussiate of Potash.* ($Ka^3Fe^2C^{12}N^6$).

Kalium ferroso-cyanatum. Ferro-Kalium cyanatum. Ferro-cyanuretum potassicum. Prussias Potassae flavus. *Cyanure ferroso-potassique; Prussiate jaune de Potasse. Yellow Prussiate of Potash.* ($Ka^2FeC^6N^3 + 3HO$).

Kalium jodatum. Joduretum potassicum. Jodidum Potassii. *Jodure de Potassium. Jodide of Potassium.* (Ka J.)

Kalium quinquies sulfuratum solutum. Quintisulfuretum potassicum liquidum. *Quintisulfure de Potassium en solution; Foie de Soufre liquide saturé Ph. Gall.*

Rp. Kali hydrici soluti, pd. spec. 1,32, *P.* 3,
Sulfuris sublimati *P.* 1.

Calore balnei arenae fiat solutio Sulfuris. Pond. spec. liquoris sit 1,38. Continet liquor circiter in 100 partibus *P.* 50 Kalii quinquiessulfurati. *Ph. Gall.*

Kalium sulfuratum (ad balneum). Hepar Sulfuris. Potassa sulfurata. Kalium tersulfuratum. Trisulfuretum potassicum. *Sulfure de Potasse; Foie de Soufre; Trisulfure de Potassium. Sulphurated Potash.*

Rp. Kali carbonici *P.* 2,
Sulfuris sublimati *P.* 1.

Mixtae modico igne tamdiu liquefiant vase tecto, donec Acidum carbonicum erumpere cessaverit. Deinde ignis augeatur, usquedum massa tranquille fluat. *Ph. Gall., Germ., Brit., Russ.*

Ph. Helv. Kali carbonici *P.* 3, Sulfuris *P.* 2.

Kalium sulfuratum purum. *Ph. Germ., Russ.* Paretur eodem modo quo Kalium sulfuratum ad balneum ex Kali carbonici puri *P.* 1 et Sulfuris depurati *P.* 2.

Kalium sulfuratum solutum. Trisulfuretum potassicum aqua solutum. *Trisulfure de Potassium en solution; Foie de Soufre liquide; Sulfure de Potasse liquide.*

Rp. Kalii sulfurati *P.* 1.
Solve in
Aquae *q. s.*,
ut sit liquoris filtrati pondus spec. 1,26 vel liquor contineat Sulfureti *P.* 33,3 in centenis partibus. *Ph. Gall.*

Kino. *Kino (de l'Inde). Kino.* (Pterocarpus Marsupium Roxb.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0120-1 DFG

Khaya. Cortex. *Caïlcedra. Karson Khay.* (Khaya Senegalensis Guill. s. Swietenia Senegalensis Desv.)

Kreosotum s. **Creasotum.** *Créosote. Creasote. Ph. Gall.* Pond. spec 1,037; *Ph. Brit* 1,071; *Ph. Russ.* 1,04 ad 1,07; *Ph. Helv.* 1,03.

Kreosotum solutum.
Aqua Kreosoti.
Rp. Kreosoti *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 100.
Agitando misce. *Ph. Germ., Russ.*

Kreosotum spirabile.
Vapor Creasoti. *Inhalation of Creasote.*
Rp. Kreosoti *Decig.* 7,
Aquae fervidae *Gm.* 225.
Mixta in apparatum ita instructum ingerantur, ut aër, qui spirando hauritur, per mixturam permanare cogatur. *Ph. Brit.*

Lac vaccinum. *Lait de Vache. Milk.*

Lacca in granis. *Laque en grains.* **Lacca in baculis.** *Laque en bâtons.* **Lacca in tabulis.** *Laque en écailles.* (Ictu Cocci Laccae in Fico Indica et religiosa oritur.)

Lactuca. Herba florescens. *Laitue vireuse. Lettuce.* (Lactuca virosa L.)

Lactucarium. Succus lacteus e vulnerato caule Lactucae virosae L. effluens atque aëre induratus.

Lactucarium Gallicum s. **Thridax.** *Lactucarium; Lactucaire; Thridace.* (*Laitue officinale.* Lactuca capitata DC.)

Ladanum s. **Labdanum.** Resina. *Ladanum; Labdanum.* (Cistus Creticus L.)

Lagenaria. Semina. *Calebasse d'Europe; Gourde; Cougourde.* (Lagenaria vulgaris).

Lamium. Flores. *Ortie blanche.* (Lamium album L.)

Lapathum acutum. Radix. *Patience sauvage.* (Rumex acutus Aut. s. Rumex pratensis Koch).

Lapis calaminaris. Calamina. Minerale e carbonate et siliceate zincico constans.

Lapis causticus cum Calce.
Pasta caustica *Ph. Russ.* Causticum Filhosii. Causticum cum Potassa et Calce. *Caustique de Potasse et de Chaux; Caustique Filhos.*
Rp. Kali hydrici sicci *P.* 10.
Calore fusis immisce
Calcariae ustae pulv. *P.* 2.
Massa aut in tubulos plumbeos aut in modulos variae laxitatis infundatur, sed bacilla ex modulis exemta statim Guttapercha foliata obvolvantur. *Ph. Gall.*
Ph. Russ. Kali hydrici sicci *P.* 3 calore fusis immisceatur Calcariae ustae pulveratae *P.* 1. Massa fundatur in modulos bacillarios, oleo pingui parcius perlitos. Bacilli in vasis clausis atque obtecti Calcaria usta pulverata serventur.

Lathyris. Radix. Semina (Sem. Cataputiae minoris). Oleum e seminibus expressum. *Epurge.* (Euphorbia Lathyris L.)

Lauro-Cerasus. Folia. *Laurier-cerise. Cherry-Laurel.* (Prunus Lauro-Cerasus L.)

Laurus. Folia. Fructus. Oleum butyraceum. *Laurier.* (Laurus nobilis L.)

Lavandula. Flores. Oleum aethereum. *Lavande (officinale). Lavender.* (Lavandula vera DC.)

Levisticum. Fructus. Radix. *Livèche; Ache des montagnes.* (Levisticum officinale Koch).

Lichen Islandicus s. **Cetraria.** *Lichen d'Islande. Iceland Moss.* (Cetraria Islandica Ach.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0121-7 DFG

Lignum nephriticum. *Bois néphrétique.* (*Coatli* vel *Tlapalez patli* Hernandez).

Lilium album. Bulbus. Flores (Flores Liliorum). *Lis blanc.* (Lilium album L.)

Limetta. Fructus. Oleum aethereum corticis fructus. *Lime douce; Limette.* (Citrus Limetta Risso).

Linaria. Herba recens florens. (Linaria vulgaris Miller).

Linimentum Aconiti.

Liniment of Aconite.

Rp. Tuberum Aconiti grosso modo pulv. *P.* 20,
Camphorae *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *q. s.*

Tubera Aconiti paulo Spiritus Vini madefacta stent, vase clauso, per tres dies, tum in vas depulsorium translata affundendo Spiritum ita exhauriantur, ut vase recipiente, in quod Camphora antea immissa est, *P.* 20*v* colaturae colligantur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur

Linimentum Belladonnae.

(*Liniment of Belladonna*) e radice Belladonnae gr. m. pulv.

Linimentum ammoniatum.

Linimentum Ammoniae s. ammoniacale. Linimentum volatile. Sapo ammoniacalis. *Liniment ammoniacal; Liniment volatil. Liniment of Ammonia.*

Rp. Olei Amygdalarum *P.* 9,
Ammoni caustici soluti, pond. spec. 0,92, *P.* 1.

Misce. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Olei Olivarum Provincialis *P.* 4, Ammoni caustici soluti (pd. spec. 0,96) *P.* 1. Misce conquassando.

Ph. Helv. Olei Sesami *P.* 3 et Ammoni caustici soluti *P.* 1.

Ph. Brit. Olei Olivarum *P.* 3*v* et Ammoni caustici soluti *P.* 1*v*.

Ph. Russ. Olei Olivarum Provincialis *P.* 15, Ammoni caustici soluti *P.* 5 conquassatis immisceatur Spiritus Vini rectificatissimi *P.* 1.

Linimentum ammoniato-camphoratum.

Linimentum ammoniacale camphoratum. *Liniment ammoniacal camphré; Liniment volatil camphré.*

Rp. Olei camphorati *P.* 9,
Ammoni caustici soluti *P.* 1.

Misce. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Olei camphorati *P.* 4 et Ammoni caustici soluti *P.* 1 conquassando misceantur.

Ph. Helv. Olei camphorati *P.* 3 et Ammoni caustici soluti *P.* 1.

Ph. Russ. Olei Olivarum Provincialis, Olei camphorati ãã *P.* 3, Ammoni caustici soluti *P.* 2.

Linimentum calcarium.

Linimentum Calcis s. calcicum. *Liniment calcaire; Savon calcaire. Liniment of Lime.*

Rp. Olei Amygdalarum *P.* 1,
Aquae Calcariae *P.* 9.

Exacte conquassatae dentur in infundibulum, cujus tubulus obturatus est. Post aliquot momenta liquor aquosus fac ut defluat, sed massa unguinosa in vitro orificio lato instructo colligatur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Olei Olivarum et Aquae Calcariae ãã *P.* 2*v* conquassando mixtae.

Ph. Russ. Olei Lini et Aquae Calcariae ãã *P.* conquassando mixtae.

Linimentum Camphorae compositum.

Compound Liniment of Camphor.

Rp. Camphorae *P.* 70,
Olei Lavandulae *P.* 3.

Solve in

Spiritus Vini rectfss. *P.* 350,

tum paulatim admisce

Solutionis Ammoni caustici fortioris *P.* 125

et agita, ut solutio limpida efficiatur. *Ph. Brit.*

Ph. Gall. Camphorae *Gm.* 70,87, Olei Lavand. *Gm.* 3,14, Solut. Amm fortioris *Gm.* 130,4, Spirit. Vini *Gm.* 354,65.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0122-2 DFG

Linimentum chloroformatum.

Linimentum Chloroformii. *Liniment au Chloroforme. Liniment of Chloroform.*

Rp. Olei Amygdalarum *P.* 9,
Chloroformii *P.* 1.
Misce. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Olei camphorati *P.* 2 et Chloroformii *P.* 3 misceantur.

Ph. Gall. (e *Ph. Brit.*) Olei camphorati *Gm.* 51,88 et Chloroformii *Gm.* 84,84.

Linimentum Crotonis.

Liniment of Croton Oil.

Rp. Olei Crotonis *P.* 20,
Olei Cajaputi *P.* 65,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 60.
Misce. *Ph. Brit.*

Linimentum Hydrargyri.

Liniment of Mercury.

Rp. Ungt. Hydrargyri *P.* 100,
Ammoni caustici soluti *P.* 96,
Olei camphorati *P.* 90.
Unguentum leni calore cum Oleo camphorato misceatur, tum, addito Ammono caustico soluto, linimentum conquassando efficiatur. *Ph. Brit.*

Linimentum Jodi.

Liniment of Jodine.

Rp. Jodi *P.* 10,
Kalii jodati *P.* 4,
Camphorae *P.* 2.
Solvantur
Spiritus Vini rectfss. *P.* 67.
Ph. Brit.

Linimentum narcoticum.

Liniment narcotique; Liniment calmant.

Rp. Cerati Galeni *P.* 1.
Misce cum
Balsami tranquillantis *P.* 8,
Tinct. Opii crocatae *P.* 1.
Ph. Gall.

Linimentum opiato-camphoratum.

Linimentum camphoratum cum Opio. *Liniment camphré opiacé.*

Rp. Cerati Galeni *P.* 1.
Misceatur cum
Olei camphorati *P.* 8,
tum addatur
Tincturae Opii *P.* 1.
Ph. Gall.

Linimentum Roseni.

Liniment de Rosen.

Rp. Olei Myristicae unguinosi,
Olei Caryophyllorum ãã *P.* 5.
Conterendo cum
Spiritus Juniperi *P.* 90
misceantur. *Ph. Gall.*

Linimentum saponaceo-opiatum.

Linimentum Opii *Ph Brit Liniment savonneux opiacé. Liniment of Opium.*

Rp. Olei Amygdalarum *P.* 90,
Saponis pulverati *P.* 5.
Conterendo exacte mixtas infunde in lagenam, quae contineat
Tincturae Opii *P.* 5,
tum agita. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Tincturae Opii et Linimenti saponato-camphorati liquidi ãã P.v misceantur.

Linimentum saponaceum.

Liniment savonneux.

Rp. Spiritus saponati *P.* 50,
Olei Amygdalarum *P.* 5,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 45.
Agitando misce. *Ph. Gall.*

Linimentum saponato-camphoratum.

Opodeldoc. Balsamum Opodeldoch. *Baume Opodeldoch.*

Rp. Saponis medullae bovinae *P.* 30.
Solve calore balnei aquae
Spiritus V. rectifss. *P.* 250,
tum adde
Camphorae pulv. *P.* 24,
Olei Rorismarini *P.* 6,
Olei Thymi *P.* 2,
Carbonis animalis *P.* 10
et agita, ut decoloratio acceleretur. Postremo affunde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0123-8 DFG

Ammoni caustici soluti (pond. spec. 0,92) *P.* 10

et celerrime filtra, liquorem in lagenas orificio lato instructas recipiendo. Lagenae epistomiis suberinis stanno foliaceo obductis obturentur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Saponis domestici pulv. *P.* 12, Saponis oleacei pulv. *P.* 6, Camphorae *P.* 5, in Spiritus Vini rectfss. *P.* 242 calore balnei vaporis solutae et adhuc calidae filtratae commisceantur cum Olei Thymi *P.* 1, Olei Rorismarini *P.* 2, Liquoris Ammoni caustici *P.* 8. Mixtura statim effundatur in vasa vitrea, quae bene clausa in aqua frigida collocando citissime refrigerentur.

Ph. Helv. Saponis ex oleo Cocoïs aut e butyro confecti sicci *P.* 90, Camphorae *P.* 30 solvantur adjuvante calore in Spiritus Vini rectfss. *P.* 1000, et filtratis addantur Olei Rorismarini *P.* 8, Olei Thymi *P.* 4, Ammoni caustici soluti *P.* 60.

Ph. Russ. Saponis butyrini rasi *P.* 64, Camphorae *P.* 24 solvantur Spiritus Vini rectificatissimi *P.* 288, et filtratae commisceantur cum Olei Citri, Olei Rorismarini ãã *P.* 2, Olei Thymi *P.* 1, Ammoni caustici soluti *P.* 24.

Linimentum saponato-camphoratum liquidum.

Opodeldoc liquidum. Linimentum Saponis *Ph. Brit.* Spiritus saponato-camphoratus. *Liniment savonneux camphré. Liniment of Soap.*

Rp. Spiritus saponati *P.* 50,
Olei Amygdalarum *P.* 5,
Spiritus camphorati *P.* 45.

Misce. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Saponis oleacei rasi *P.* 30, Camphorae *P.* 5 solvantur digerendo in Spiritus Vini rectificati *P.* 230. Tum addantur Olei Thymi *P.* 1, Olei Rorismarini *P.* 2, Ammoni caustici soluti *P.* 8. Post refrigerationem filtretur.

Ph. Brit. Spiritus Vini rectfss. *P.* 430, Aquae destill. *P.* 56 mixtis adde Saponis natrico-oleacei *P.* 70, Camphorae *P.* 35, Olei Rorismarini *P.* 10. Macerent per septimanam, saepius agitentur et filtrentur.

Ph. Russ. Saponis Hispanici rasi *P.* 36, Camphorae *P.* 5, solutis digerendo in Spiritus Vini rectificati *P.* 224 addantur Olei Thymi *P.* 1, Olei Rorismarini *P.* 2, Ammoni caustici soluti *P.* 8. Tum filtrentur.

Linimentum saponatum cum Kalio jodato.

Opodeldoc jodatum *Ph. Helv.* Linimentum Potassii Jodidi cum Sapone. *Liniment of Jodide of Potassium and Soap.*

Rp. Saponis natrico-oleacei,
Kalii jodati ãã *P.* 150,
Glycerini *P.* 125,
Olei Citri *P.* 9,
Aquae destillatae *P.* 1000.

Sapo in Aquae destillatae *P.* 700 calore balnei aquae solvatur et Kalium jodatum cum Glycerino solvatur in Aquae destillatae reliqua quantitate. His duabus solutionibus commixtis, postquam plane refrixerint, addatur Oleum Citri. Conquassando fiat linimentum. *Ph. Brit.*

Ph. Helv. Saponis ex Oleo Cocoïs vel butyro parati sicci *P.* 45 solvantur digerendo Spiritus Vini rectfss. *P.* 500. Liquori adhuc calido filtrato adde Kalii jodati *P.* 30, Olei Citri *P.* 4. Mixtura distribuatur calida in vitra parva, oris ampli, diligenter claudenda refrigerandaque.

Linimentum Saponis rubefaciens.

Linimentum s. Balsamum Vinariense. (*Weimar'scher Balsam*).

Rp. Cantharidum pulv. *P.* 9,
Olei Terebinthinae rectf. *P.* 192.

Per diem et noctem digestis adde

Spiritus Vini rectf. *P.* 2160,
Saponis Hispanici *P.* 216,
Saponis sebacini *P.* 144,
Camphorae *P.* 72,

digere, ut solutio efficiatur, cui refrigeratae filtrataeque admisceantur

Ammoni caust. soluti *P.* 96.

Sit liquor limpidus coloris flavidi. *Ph. Russ.*

Linimentum Sinapis compositum.

Compound Liniment of Mustard.

Rp. Extracti Mezerei *P.* 26,
Camphorae *P.* 78.

Solve
Spirit. Vini rectfss. *P.* 952,
tum admisce
Olei Sinapis *P.* 36 et
Olei Ricini *P.* 178.
Ph. Brit.

Linimentum stimulans.

Liniment excitant (Formulaire des hôpitaux de Paris).

Rp. Spiritus balsamici Fioraventi,
Olei Amygdalarum ãã *Gm.* 40,
Spiritus camphorati *Gm.* 15,
Ammoni caust. soluti *Gm.* 5.
Misce. *Ph. Gall.*

Linimentum Terebinthinae aceticum.

Liniment of Turpentine and Acetic Acid.

Rp. Olei Terebinthinae,
Aceti concentrati,
Olei camphorati ãã *P.v.*
Misce. *Ph. Brit.*

Linimentum terebinthinatum.

Linimentum Terebinthinae s. terebinthinum. *Liniment térébinthiné. Liniment of Turpentine.*

Rp. Olei Chamomillae (cocti),
Olei Terebinthinae ãã *P.*
Misce. *Ph. Gall.*
Ph. Brit. Camphorae *P.* 1, soluta in Olei Terebinthinae *P.* 14, misceatur exactissime cum Saponis mollis (kalicooleacei) *P.* 2.

Linum. Farina. *Farine de Lin. Linseed Meal.* Placentae Lini seminum, post olei expressionem residuae pulveratae *Ph. Brit.* Semina Lini pulverata *Ph. Germ., Gall.*

Linum. Semina. Oleum seminum expressum. *Lin. Linseed.* (Linum usitatissimum L.)

Lippia s. **Aloysia.** Folia. *Verveine odorante.* (Verbena triphylla L. s. Lippia citriodora Kunth).

Liquor Aluminae sulfuricae cum Zinco.

Solution de Sulfate d'Alumine et de Zinc.

Rp. Aluminae sulfuricae a ferro liberae *P.* 60,
Zinci oxydati *P.* 6,
Aquae *P.* 40.
Solve et filtra. Pond. spec. 1,35. *Ph. Gall.*

Liquor Ammonii anisatus.

Spiritus Salis Ammoniaci anisatus.

Rp. Spiritus Vini rectfss. *P.* 24,
Olei Anisi *P.* 1.
Mixtis adde
Ammoni caustici soluti *P.* 5.
Ph Germ.
Ph. Gall., Helv., Russ. Spiritus Vini rectfss. *P.* 32, Olei Anisi *P.* 1 mixtis adde Ammoni caust. soluti *P.* 8.

Liquor Ammoni caustici vinosus.

Liquor Ammonii spirituosus *Ph. Russ.* Ammonium causticum spirituosum *Ph. Russ.*

Rp. Ammoni caustici soluti *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 2.
Misce. Pond. spec. 0,886. *Ph. Russ.*

Liquor arsenicalis Pearsonii.

Liquor Arseniatis Sodae. *Liqueur de Pearson; Solution arsenicale de Pearson. Solution of Arseniate of Soda.*

Rp. Natri arsenicici cryst. *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 600.
Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Rp. Natri arsenicici calore 149° C. non excedente exsiccati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 109.
Solve. Dosis 5 ad 10 Gutt. *Ph. Brit.*

Liquor Arsenici hydrochloricus.

Hydrochloric Solution of Arsenik.

Rp. Acidi arsenicosi pulv. *Gm.* 5,
Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,16) *Gm.* 8,
Aquae destillatae *Gm.* 120.
Coquendo fiat solutio Acidi arsenicosi, tum liquor diluatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0125-9 DFG

Aquae destillatae
ea quantitate, ut Grammata 555 totius liquoris expleantur. Pond. spec. sit 1,009 et Grammata decem liquoris contineant Centigrammata novem Acidi arsenicosi. Dosis: 2 ad 8 Guttae. *Ph. Brit.*

Liquor Bismuthi et Ammoni citrici.

Liquor Bismuthi et Ammoni Citratis. *Solution of Citrate of Bismuth and Ammonia.*

Rp. Acidi nitrici (pond. spec. 1,42) *Gm.* 80,
Aquae destillatae *Gm.* 30.
Mixtis paulatim injice
Bismuthi depurati *Gm.* 28.
Post effervescentiam liquorem fere usque ad punctum ebullitionis per horae momenta decem calefac, tum decantha, residuum non solutum relinquendo. Deinde liquori claro, evaporando ad *Gm.* 90 remanentia redacto admisce
Acidi citrici *Gm.* 57,
antea soluta
Aquae destillatae *Gm.* 114.
Quo facto instilla inter agitationem
Ammoni caustici soluti *q. s.*,
ut praecipitatum inde primum exortum resolvatur et liquor aut neuter aut paululo alkalinus efficiatur. Tum adde
Aquae destillatae
eam quantitatem, ut ponderis liquoris totius expleantur Grammata 635. Partes centenae continent circiter 4,38 *P.* Bismuthi. *Dosis: Gm.* 2 ad 4. *Ph. Brit.*

Liquor epispasticus.

Linimentum Cantharidis *Ph. Brit.* 1864. *Blistering Liquid.*

Rp. Cantharidum pulv. *P.* 80,
Acidi acetici, pond. spec. 1,044, *P.* 42.
Mixtae et in vas depulsorium ingestae stent per horas viginti quatuor, tum affunde
Aetheris *q. s.*
atque operationem perfice, ut colaturae *P.* 200*v* colligantur, quae in vasis obturatis serventur. *Ph. Brit.*

Liquor Ferri nitrici.

Liquor Ferri Pernitratis. Ferrum nitricum solutum. *Solution de Nitrate de Fer. Solution of Pernitrate of Iron.*

Rp. Ferri puri *P.* 1,
Acidi nitrici concentr. *P.* 12.
Calefiant, quamdiu vapores rutilantes exoriuntur. Post refrigerationem addatur
Aquae destillatae
quantum post filtrationem ad *P.* 20 explendas sufficit. *Ph. Gall.* (e *Ph. Belg.*, *Hamb.*)

Ph. Brit. Ferri *P.* 10 solvantur in Acidi nitrici *P.* 64 antea dilutis Aquae destillatae *P.* 160. Liquor filtratus addendo Aquam destillatam usque ad *P.* 332 expleatur. Pond. spec. 1,107.

Liquor Ferri sesquichlorati fortior.

Liquor Ferri Perchloridi fortior *Ph. Brit.* *Strong Solution of Perchloride of Iron.*

Ph. Brit. Liquor paretur solvendo Ferri *P.* 60 in Acidi hydrochlorici *P.* 278, antea dilutis Aquae destillatae *P.* 240, et chloridando liquorem filtratum addita mixtura ex Acidi hydrochlorici *P.* 139 et Acidi nitrici *P.* 48. Liquor evaporet usque ad *P.* 401 remanentes. Pond. spec. 1,338.

Liquor Gowlandii.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi,
Ammonii chlorati ãã *P.* 1,
Emulsionis Amygdalarum amararum *P.* 480.
Ph. Gall. (e *Manual. pharm. Hageri.*)

Liquor Jodi.

Solution of Jodine.

Rp. Jodi *P.* 20
Kalii jodati *P.* 30
Aquae destillatae *P.* 440.
Solve agitando. *Ph. Brit.*

Liquor Morphini acetici.

Liquor Morphiae Acetatis. *Solution of Acetate of Morphia.*

Rp. Morphini acetici *Centig.* 26,
Aceti puri *Guttas* 8,
Spiritus V. rectfss. *Gm.* 6,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0126-5 DFG

Aquae destill. *Centigm.* 2125.
Solve et misce. Dosis: 10 ad 60 Gutt. *Ph. Brit.*

Liquor Morphini hydrochlorici.

Liquor Morphiae Hydrochloratis. *Solution of Hydrochlorate of Morphia.*

Rp. Morphini hydrochl. *Centig.* 26,
Acidi hydrochlorici diluti *Guttas* 8,
Spiritus V. rectfss. *Gm.* 6,
Aquae destill. *Centigm.* 2125.
Solve et misce. Dosis: 10 ad 60 Gutt. *Ph. Brit.*

Liquor seriparus.

Liquor ad Serum Lactis parandum. Tinctura seripara.

De abomaso vituli lactentis aqua abluto tunica interna deradatur.

Rp. Hujus tunicae derasae *P.* 3.
Affunde
Vini albi *P.* 26,
tum adde
Salis culinaris *P.* 1.
Macera per dies tres et saepius agita, dein filtra. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Paretur eodem modo et addatur Spiritus Vini rectfss. *P.* 1¼.

Liquor Strychnini.

Liquor Strychniae. *Solution of Strychnia.*

Rp. Strychnini cryst. *Centig.* 26,
Acidi hydrochlorici diluti *Guttas* 6,
Spiritus V. rectfss. *Gm.* 6,
Aquae destillatae *Centig.* 2125.
Calore adhibito fiat solutio. *Ph Brit.*

Lithonum carbonicum.

Lithium oxydatum carbonicum. Carbonas Lithiae. *Carbonate of Lithia.* (LiO,CO^2) (*Ph. Germ., Brit.*)

Lithonum citricum.

Citras Lithiae. *Citrate of Lithia.* ($3\,LiO,C^{12}H^5O^{11}$).

Rp. Lithoni carbonici *P.* 5,
Acidi citrici *P.* 9,
Aquae destill. *P.* 45.
Acido citrico Aqua destillata soluto paulatim injice Lithonum carbonicum, calorem lenem adhibendo. Post effervescentiam liquor calore balnei arenae evaporet, donec in massam tenacem conversus fuerit, quae in hypocausto calore circiter 115°C. exsiccetur, quam celerrime in pulverem redigatur et in vasis bene occlusis servetur. Dosis: 3 ad 6,5 *Gm.* *Ph. Brit.*

Lobelia.

Herba. *Lobélie. Lobelia.* (Lobelia inflata L.)

Looch album.

Looch blanc.

Rp. Amygdal. dulc. excort. *Gm.* 30,
Amygdal. amar. excort. *Gm.* 2,
Sacchari albi *Gm.* 30,
Tragacanthae pulv. *Decigm.* 5,
Aq. flor. Naphae *Gm.* 10,
Aq. communis *Gm.* 120.
Amygdalae cum Aqua communi et majore parte Sacchari ad emulsionem redigantur, quae coletur. Tragacantha cum reliqua parte Sacchari contrita primo conteratur cum paulo emulsionis colatae, deinde cum reliqua emulsione et Aqua Naphae commisceatur, Looch totum exaequet *Grm.* 150. *Ph. Gall.*

Looch Diacodii.

Looch cum Syrupo Papaveris albi. *Looch diacodé.*

Rp. Looch albi *Gm.* 150,
Syrupi Diacodii *Gm.* 30.
Misce. *Ph. Gall.*

Looch oleosum.

Looch huileux.

Rp. Olei Amygdal. dulc. *Gm.* 15,
Gummi Arab. pulv. *Gm.* 15,
Syrupi Gummi Arab. *Gm.* 30,
Aq. flor. Naphae *Gm.* 15,
Aq. communis *Gm.* 100.
Misce l. a., ut fiat emulsio. *Ph. Gall.*

Lotio alkalina.

Lotion alcaline.

Rp. Kali carbonici *P.* 5.
Solve
Aquae destillatae *P.* 100
et filtra. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0127-1 DFG

Lotio ammoniato-camphorata.

Aqua sedativa. Aqua sedativa Raspaili *Ph. Russ.* *Lotion ammoniacale camphrée. Eau sédative.*

Rp. Natrii chlorati *P.* 6.
Solve
Aquae destillatae *P.* 100.
Liquori filtrato admisce
Spiritus camphorati *P.* 1,
Ammoni caustici soluti, pond. spec. 0,920, *P.* 6.

Mixtura semper agitata adhibeatur. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. praecipit Natrii chlorati *P.* 16, Aquae communis *P.* 576, Spiritus camphorati *P.* 1 et Ammoni caustici soluti *P.* 48.

Lotio sulfurata.

Lotion sulfurée; Lotion sulfureuse.

Rp. Kalii sulfurati *P.* 2.
Solve
Aquae destillatae *P.* 100
et filtra. *Ph. Gall.*

Lupinus. Semina. *Lupin.* (Lupinus albus L.)

Lupulus. Radix. Fructus (Strobili). Glandulae (Lupulina, *Lupulin*). *Houblon. Hop.* (Humulus Lupulus L.)

Magnesia carbonica Ph. Brit.

Carbonas Magnesiae *Ph. Brit. Carbonate of Magnesia.* $(MgO,CO^2)^3+MgO+5HO$.

Rp. Magnesiae sulfuricae *P.* 10,
Natri carbonici *P.* 12.

Seorsum solvantur Aquae destillatae fervidae *P.* 20 atque post filtrationem commisceantur. Mixtura evaporando ad siccitatem perfectam redigatur. Residuum salinum cum Aquae destillatae *P.* 40 per horam dimidiam digere, tum in colatorio gossypino collectum Aqua destillata elue et calore 100°C non excedente sicca. Sit pulvis albus granulosus. (Praeparatum ponderosum.) *Ph. Brit.*

Magnesia carbonica levis.

Carbonas Magnesiae levis. *Light Carbonate of Magnesia.* $(MgO,CO^2)^3+MgO+5HO$.

Rp. Magnesiae sulfuricae *P.* 10,
Natri carbonici *P.* 12.

Sales seorsum soluti Aquae destillatae frigidae *P.* 80 filtrentur, tum commisceantur. Quo facto mixtura in vas porcellaneum ingesta per horae quadrantem ebulliat, dein in colatorio gossypino collecta Aqua destillata fervida perfecte eluatur et calore 100°C. non excedente siccetur. Sit pulvis albus levior. *Ph. Brit.*

Magnesia citrica.

Citras Magnesiae s. magnesicus.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 50,
Magnesiae carbonicae pulv. *P.* 31,
Aquae destill. *P.* 12.

Mixtae calore 30°C. non excedente siccentur. *Ph. Russ.*

Magnesia hydrica.

Hydras magnesicus. *Hydrate de Magnésie.* (MgO,HO) *Ph. Gall.*

Rp. Magnesiae ustae *q. v.*
Commisce terendo cum
Aquae destillatae
quantitate 20 ad 30pla. Massa per momenta viginti horae ebulliat, tum in linteum trajiciatur. Postremo massa loco tepido (50°C.) tamdiu exsiccetur, donec pondus massae non amplius diminui inceperit. *Ph. Gall.*

Magnesia hydrico-carbonica. Magnesia carbonica. Magnesia alba. Hydro-carbonas magnesicus. *Carbonate de Magnésie; Hydro-carbonate de Magnésie; Magnésie blanche. Light Carbonate of Magnesia.*

Magnesia sulfurica (crystallisata). Sulfas magnesicus cryst. *Sulfate de Magnésie; Sel de Sedlitz; Sel d'Epsom. Sulphate of Magnesia.* (MgO,SO^3+7HO).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0128-6 DFG

Magnesia sulfurica sicca.
Pulvis Magnesiae sulfuricae.
Magnesia sulfurica crystallisata loco tepido dilabatur, donec quadrantem sui ponderis amiserit, et per cribrum trajiciatur. *Ph. Germ., Russ.*

Magnesia sulfurosa. Sulfis Magnesiae. MgO,SO^2+6HO. Efficitur Acidum sulfurosum in Magnesiam hydro-carbonicam cum Aquae destillatae septuplo mixtam introducendo, donec omne Acidum carbonicum fugatum fuerit. Magnesia sulfurosa colatorio collecta siccetur. *Ph. Russ.*

Magnesia usta.
Oxydum magnesicum. Magnesia calcinata. Magnesia levis *Ph. Brit. Magnésie calcinée. Light Magnesia.*
Ph. Gall, Germ., Helv., Brit., Russ. Paratur ustione e Magnesia hydrico-carbonica leviore.

Magnesia usta ponderosa.
Magnesia *Ph. Brit. Magnesia Ph. Brit.*
Rp. Magnesiae carbonicae (ponderosae) *Gm.* 120.
In crucibulum Hassiacum immissa urantur, donec portiuncula Acido sulfurico diluto addito nullam effervescentiam edat. *Ph. Brit.*

Magnesium chloratum crystallisatum.
Chloruretum magnesicum cum aqua ($MgCl,6HO$). *Chlorure de Magnesium cristallisé.*
Acidum hydrochloricum, dupla quantitate aquae dilutum, satietur Magnesia hydrico-carbonica. Liquor filtratus evaporet, donec pondus spec 1,38 acceperit, et in lagenam orificio lato munitam immittatur, ubi in crystalla coëat. *Ph. Gall.*

Majorana. Summitates florentes s. Herba florens. Oleum aethereum. *Marjolaine (vulgaire et vivace).* (Origanum Majorana L. et Origanum majoranoïdes Willd.)

Malabathrum. Folia. *Malabathrum.* (Cinnamomum Malabathrum Batka).

Malus. Fructus. Poma. *Pommes* (Pyrus Malus L.)

Malva arborea. Flores. *Rose trémière; Passe-rose.* (Althaea rosea Cav.)

Malva (rotundifolia). Folia. *Mauve à feuilles rondes.* (Malva rotundifolia L.)

Malva silvestris. Malva vulgaris. Folia. Flores. *Mauve.* (Malva silvestris L., Malva glabra Desrous et Malva neglecta Wallroth.)

Mandragora. Folia. Radix. *Mandragore.* (Mandragora officinarum L.)

Manganum carbonicum.
Carbonas manganosus. *Carbonate de Manganèse* (MnO,CO^2).
Rp. Mangani sulfurici cryst. *P.* 20.
Solutis
Aquae destill. calidae *q. s.*
addantur
Natri carbonici cryst. *P.* 26,
Aquae destill. calidae *q. s.*
solutae. Praecipitatum inde exortum, affundendo aquam et decanthando exacte elotum in trochiscos redigatur, qui siccentur. *Ph. Gall., (Russ.)*

Manganum chloratum.
Chloretum Mangani s. manganosum. $MnCl+4HO$.
Rp. Mangani carbonici *P.* 1,
Acidi hydrochlorici *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 4.
Solutio post filtrationem evaporando seponendoque in crystalla cogatur. *Ph. Russ.*

Manganum hyperoxydatum nativum. Manganum bioxydatum nativum *Ph. Russ.* Manganum oxydatum nigrum. Oxydum Manganesii nigrum. *Oxyde ou Peroxyde de Manganèse. Black Oxide of Manganese.* (MnO^2.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0129-5 DFG

Manganum sulfuricum.

Sulfas manganosus in crystallos concretus. *Sulfate de Manganèse; Sulfate manganeux.* $MnO, SO^3 + 4HO$.

Rp. Mangani hyperoxydati,
Ferri sulfurici oxydulati cryst.
$\widehat{aa}$ *P.* 2.

Pulveratae et commistae, in crucibulum Hassiacum immissae, circiter per horam dimidiam usque ad rubedinem obscuram urantur. Massa refrigerata dein

Aquae ferventis *P.* 3

elixivetur, quod eadem quantitate aquae repetatur.

Liquor filtratus evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Crystalla inter 20 ad 30° C. concrescentia colligantur et serventur. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Paretur ex Mangani carbonici *P.* 3, Acidi sulfurici puri *P.* 2 et Aquae destillatae *P.* 24 solvendo, filtrando, evaporando et loco frigido seponendo, ut crystalla efficiantur. ($MnO, SO^3 + 7HO$).

Manihot. Radix. (Mandioca. *Farine de Manioc, de Conaque, de Cassave*). Amylum (*la Moussache*). Amylum calore adhibito siccatum (*Tapioka*). *Manioc; Manihot.* (Manihot utilissima Pohl s. Jatropha Manihot L.)

Manna. *Manne. Manna.* (Fraxinus Ornus L. et Fraxinus rotundifolia DC.)

Mannita.

Mannites. *Mannite* ($C^{12}H^{14}O^{12}$).

Manna Aquae destillatae pari pondere soluta et cum paulo Albuminis ovi in spumam conquassati mixta per aliquot momenta ebulliat, tum per pannum laneum coletur. Massa crystallina, quam colatura refrigerata continet, exprimatur, dein in aquae ebullientis q. s. soluta, adjecto carbone animali, digeratur et filtretur. Mannita in colatura refrigescente in crystallula tenera concrescentia colligatur et siccetur. *Ph. Gall.*

Marantae Amylum. *Arrow-root de la Jamaïque. Arrow-root* (Maranta arundinacea Plum. et L.)

Marrubium. Herba florens. *Marrube blanc.* Marrubium vulgare L.)

Marum. Herba. (Teucrium Marum L.)

Mastiche. Resina. *Mastic; Lentisque. Mastich.* (Pistacia Lentiscus L.)

Matico s. **Matica.** Herba. *Matico. Matico.* (Artanthe elongata Miq.)

Matricaria. Summitates florentes. *Matricaire.* (Pyrethrum Parthenium Smith).

Medulla bovina.

Medulla taurina. Medulla *Ph. Germ. Moelle de boeuf.*

Ph. Gall, Germ. Pinguedo sebosa, eliquescendo e medulla ossium tubulosorum *Bovis Tauri* collecta et colata.

Mel. *Miel* (*Miel blanc du Gatinais, du Languedoc; Miel de Narbonne*). *Honey.* (Apis mellifica L.)

Mel cum Borace.

Mel Boracis. *Borax Honey.*

Rp. Boracis pulverat. *P.* 1,
Mellis depurati *P.* 7.

Misce. *Ph. Brit.*

Mel depuratum.

Mellitum simplex. Syrupus Mellis. *Mellite simple; Sirop de Miel. Clarified Honey.*

Rp. Mellis albi *P.* 4,
Aquae *P.* 1.

Ebulliendo fiat solutio, quae adhuc fervida sit densitatis 1,27. Tum liquor despumando et defaecando ope pultis chartae bibulae, dein colando per pannum laneum limpidus efficiatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Mel aquae dupla quantitate mixtum per horam unam calore 100° C. teneatur, vase stanneo, bullitum evitando, deinde ad 50 vel 40° C. refrigescat, filtretur, calore balnei vaporis ad syrupi spissitudinem evaporet, denique coletur.

Ph. Helv. Mellis Helvetici *P.* 3 cum Aquae *P.* 1 ebulliant, despumentur et colentur vel filtrentur.

Ph. Russ. Mel cum duplo pondere aquae mixtum ope albuminis ovi defaecetur.

Ph. Brit. Mel calore balnei aquae liquefactum fundatur adhuc calidum per pannum laneum, antea aqua madefactum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0130-7 DFG

Mel escharoticum.
Oxymel Aeruginis. *Onguent Aegyptiac; Miel escharotique.*

Rp. Aeruginis (Cupri hydrico-acetici) pulv. *P.* 10,
Aceti Vini *P.* 14,
Mellis albi *P.* 28.

In lebetem cupreum, satis capacem, immissae inter continuam agitationem tamdiu calefiant, donec ad spissitudinem mellis redactae fuerint et colorem rubrum induerint. Ante dispensationem liquor agitandus est. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Aeruginis pulv. *P.* 3, Aceti crudi *P.* 24 coquendo ad partis trientem remanentem redactae filtrentur et cum Mellis depurati *P.* 24 mixtae calore balnei vaporis evaporent, ut *P.* 24 remaneant. Sit liquor coloris fusci, diutius asservatus cum nimia copia Cupri oxydulati demissa rejiciatur.

Melilotus. Summitates florentes. *Mélilot (officinal).* (Melilotus officinalis Willd.)

Melissa s. **Melissa citrata.** Folia plantae florentis. Oleum aethereum. *Mélisse; Citronnelle.* (Melissa officinalis L. et citrata Bischoff).

Melissa Turcica. Herba florens. *Mélisse de Moldavie.* (Dracocephalum Moldavicum L.)

Mellitum Mercurialis.
Mel Mercurialis. *Mellite de Mercuriale.*

Rp. Succi Mercurialis annuae non depurati,
Mellis albi ãã *P.*

Mixtae ebulliant, despumentur et ebullientes ad densitatem 1,27 redactae colentur. *Ph. Gall.*

Mellitum rosatum.
Mel rosatum. *Mellite de Rose rouge; Miel rosat.*

Rp. Petalorum Rosae Gallicae *P.* 10,
Aquae ebullientis *P.* 60,
Mellis albi *P.* 60.

Petala Rosae Aqua ebulliente superinfusa stent per horas duodecim, tum exprimendo colentur. Colatura decanthatione depurata, evaporando calore balnei aquae ad *P.* 15 remanentes deminuta, cum Melle misceatur et semel ebulliat, sit densitatis 1,27. Despumando et ope pultis chartae defaecata coletur.

Ph. Helv. (*Russ.*) Petal. Rosae incarnat. *P.* 1 infundatur aquae ebullientis *P.* 6 et stet per noctem unam, tum exprimatur. Colatura filtrata evaporando calore balnei vaporis ad *P.* 1 remanentem reducta misceatur cum Mellis depurati *P.* 12 et calore notato ad *P.* 12 remanentes evaporet.

Ph. Germ. Petalorum Rosae incarnatae *P.* 1, superfusa Aquae frigidae *P.* 6, stet per noctem unam, tum exprimatur. Colatura filtrata cum Mellis depurati *P.* 10 mixta evaporet calore balnei vaporis ad syrupi spissitudinem, denique coletur.

Mellitum Scillae.
Mel scilliticum. *Mellite de Scille; Miel scillitique.*

Rp. Squamarum sicc. Scillae *P.* 5,
Aquae ebullientis *P.* 30,
Mellis albi *P.* 60.

Squamae Scillae aqua ebulliente superinfusae macerentur per horas duodecim et exprimantur. Colatura sedimentando decanthandoque depurata cum Melle misceatur et coquatur, ut liquor ebulliens sit densitatis 1,27. Ope pultis chartae et colando fiat defaecatio. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Mellitum Bulborum Colchici. (*Mellite de Bulbes de Colchique*)

Mentha crispa. Summitates florentes. Folia. Oleum aethereum. *Menthe crépue.* (Mentha crispa L. et Mentha crispata Schrader).

Mentha piperita. Summitates florentes. Folia. Oleum aethereum. *Menthe poivrée. Peppermint.* (Mentha piperita L.)

Mentha viridis. Oleum aethereum. *Oil of Spearmint.*

Mercurialis annua. Herba. *Mercuriale annuelle.* (Mercurialis annua L.)

Meum. Radix. *Méum.* (Meum athamanticum Jacq.)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0131-2 DFG

Mezereum. Cortex. *Mézéréon; Bois gentil. Mezereon.* (Daphne Mezereum L.)

Millefolium. Folia. Summitates florentes. *Millefeuille.* (Achillea Millefolium L.)

Millepedes s. Asselli s. Onisci. *Cloportes des caves; Armadilles.* (Oniscus Asellus. Oniscus Armadilla).

Mixtura Ammoniaci.
Emulsio Gummi-resinae Ammoniaci. *Ammoniacum Mixture.*

Rp. Gummi-resinae Ammoniaci pulv. *Gm.* 7,5.
Inter terendum cum
Aquae destillatae *Gm.* 240,
quae paulatim addantur, fiat emulsio per musselinam colanda. *Ph. Brit.*

Mixtura Balsami Copaïvae.
Mixtura Choparti.

Rp. Balsami Copaïvae,
Spiritus V. rectif.,
Syrupi Capillorum Veneris,
Aquae Menth. pip. ãã *Gm.* 30,
Aquae Flor. Aurantii *Gm.* 7,5,
Spiritus Aetheris nitrosi *Gm.* 3,75.
Misceantur, si mixtura poscitur. *Ph. Russ.*

Mixtura camphorata.

Rp. Camphorae *P.* 4,
Spiritus Vini *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 195.
Cola per linteum. *Ph. Gall.* (e *Ph. Belg.*)

Mixtura catheretica.
Collyrium Lanfranci. *Mixture cathérétique; Collyre de Lanfranc.*

Rp. Aloës,
Myrrhae ãã *P.* 5,
Aeruginis *P.* 10,
Arseni sulfurati flavi *P.* 15.
Subtilissime pulveratae conterendo misceantur cum
Vini albi *P.* 1000,
Aquae Rosae *P.* 380.
Ante dispensationem mixtura bene agitetur. *Ph. Gall.*

Mixtura Cretae.
Chalk Mixture.

Rp. Cretae praeparatae,
Gummi Arabici pulv. ãã *Gm.* 7,
Aquae Cinnamomi *Gm.* 210.
Centerendo mixtis adde
Syrupi Sacchari *Gm.* 18.
Ph. Brit.

Ph. Gall. (e *Ph. Brit.*) Calcariae carbonicae, Gummi Arabici pulv. ãã *Gm.* 7,09, Syrupi Sacchari *Gm.* 18,85, Aquae Cinnamomi *Gm.* 282,62.

Mixtura Ferri aromatica.
Aromatic Mixture of Iron.

Rp. Corticis Chinae fusci *Gm.* 32,
Rad. Columbo *Gm.* 16,
Caryophyllorum *Gm.* 8,
Limaturae Ferri *Gm.* 16.
Pulveratis contusisque affunde
Aquae Menth. pip. *Gm.* 384.
Macera vase clauso per tres dies et interdum agita. Colaturae filtratae adde
Aquae Menth. pip. *q. s.*,
ut pondus liquoris totius exaequet *Gm.* 400, quibus admisce
Tincturae Cardamomi compositae *Gm.* 80,
Tinct. Aurantii cort. *Gm.* 14.
Serva in lagena obturata. Dosis: 28 ad 56 Gm. *Ph. Brit.*

Mixtura Ferri composita.
Mixtura Myrrhae Griffithii. *Compound Mixture of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. *Decig.* 16,
Kali carbonici *Gm.* 2,
Myrrhae pulveratae,
Sacchari ãã *Gm.* 4,
Spiritus Myristicae *Gm.* 12,
Aquae Rosarum *Gm.* 270.
Myrrha, Kali carbonicum et Saccharum conterendo cum paulo Aquae Rosarum ad pultem redigantur, cui tritum continuando paulatim addantur Aquae Rosarum *Gm.* 230 et Tinctura Myristicae, ut emulsio efficiatur. Tum admisce Ferrum sulfuricum, Aquae Rosarum quantitate reliqua solutum. Mixtura agitata quantum fieri potest ab attactu aëris prohibita servetur. Dosis: 28 ad 56 *Gm.* *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0132-8 DFG

Mixtura Gentianae.

Infusum Gentianae compositum. *Gentian Mixture.*

Rp. Radicis Gentianae *Gm.* 8,
Cort. Aurantii fructus,
Fructuum Coriandri ãã *Gm.* 2.
Contusis concisisque superinfunde
Spiritus tenuioris *Gm.* 60.
Macera per horas duas, tum adde
Aquae destillatae *Gm.* 256
et denuo macera per horas duas, postremum cola.

Mixtura Guajaci.

Emulsio Guajaci. *Guaiacum Mixture.*

Rp. Resinae Guajaci pulv.,
Sacchari ãã *Gm.* 16,
Gummi Arabici *Gm.* 8.
Mixtis inter terendum sensim adde
Aquae Cinnamomi *Gm.* 640.
Ph. Brit.

Mixtura Kreosoti.

Mistura Creasoti. *Creasote Mixture.*

Rp. Acidi acetici glacialis,
Kreosoti ãã *Guttas* 16,
Spiritus Juniperi *Centig.* 125,
Syrupi Sacchari *Gm.* 37,
Aquae destillatae *Gm.* 426.
M. Dosis: 28—56 *Gm. Ph. Brit.*

Mixtura oleoso-balsamica.

Balsamum Vitae Hoffmanni.

Rp. Olei Lavandulae,
Olei Majoranae,
Olei Caryophyllorum,
Olei Macidis,
Olei Cinnamomi Cassiae,
Olei Citri ãã *P.* 2,
Olei Rutae,
Olei Succini rectf. ãã *P.* 1,
Balsami Peruviani *P.* 3,
Spiritus V. rectfss. *P.* 480.
Mixtae et per aliquot dies loco frigido sepositae interdum quassentur, tum filtrentur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Praeceptum differt Balsami Peruv. *P.* 2 et Spiritus Vini *P.* 500.

Ph. Gall. (e *Ph. Austr.*) Oleorum Lavand., Majoranae, Citri, Caryophyll. ãã *P.* 2, Oleorum Macidis, Succini rectf. ãã *P.* 1, Olei Cinnam. *P.* 1/3, Balsami Peruv. *P.* 3, Spiritus Melissae comp. *P.* 576.

Ph. Russ. Fruct. Vanillae minutim concisi *Gm.* 90 exhauriantur macerando in Spiritus Vini rectfss. *Gm.* 2700 et colaturae admisceantur Oleorum Citri *Gm.* 34, Bergamottae *Decigm.* 225, Caryophyllorum *Decigm.* 112, Lavand. *Decigm.* 56, Flor. Aurantii *Decigm.* 19, Rosarum *Guttae* 18, Cinnamomi Cassiae *Guttae* 9. Mixtura filtretur.

Mixtura Sennae composita.

Infusum Sennae compositum Anglorum. Potio nigra. *Black draught.*

Rp. Magnesiae sulfuricae *Gm.* 120,
Extracti Liquiritiae *Gm.* 15,
Tincturae Sennae *Gm.* 70,
Tinct. Cardamomi comp. *Gm.* 35,
Infusi Sennae *q. s.*
Solve leni calore et misce, ut pondus liquoris totius *Gm.* 620 expleat. Dosis: 28 ad 42 *Gm. Ph. Brit.*

Mixtura Spiritus Vini Gallici.

Mixture of Spirit of French Wine.

Rp. Vitelli ovi,
Sacchari ãã *Gm.* 15.
Conterendo mixtis adde
Aquae Cinnamomi et
Spiritus Vini Gallici ãã *Gm.* 120.
Ph. Brit.

Mixtura sulfurica acida.

Acidum sulfuricum alcoholisatum. Acidum Halleri. Elixir acidum. Aqua Rabelii. Mixtura sulfurica. *Acide sulfurique alcoolisé; Eau de Rabel.*

Rp. Acidi sulfurici puri *P.* 100,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 300.
Mixtis refrigeratisque adjice
Petalorum Papaveris Rhoeados *P.* 4.
Macera per quattuor dies et filtra. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0133-4 DFG

Ph. Germ., Helv., Russ. Acidi sulfurici puri *P.* 1 cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 3 mixta.

Mixtura vulneraria acida.

Aqua vulneraria acida Thedeni. Aqua Thedeni. Mixtura vulneraria *Ph. Helv.*

Rp. Aceti Vini *P.* 6,
Spiritus Vini rectf. *P.* 3,
Acidi sulphurici diluti (ex Acidi 1 et Aquae 5 commixti) *P.* 1,
Mellis depurati *P.* 2.

Ph. Germ., Ph. Gall. (e *Ph. Austriaca*), *Ph. Helv., Ph. Russ.*

Monesia. Cortex. *Buranhem; Guaranhem; Monésia.* (Chrysophyllum leucophloeum Casaretti, Chrysoph. Buranhem Riedel).

Morphinum. Morphium. Morphina. Morphia. *Morphine. Morphia.*

Morphinum acticum.

Morphium aceticum. Acetas morphinicus. Acetas Morphiae. *Acetate of Morphia.*

Rp. Morphini,
Aceti concentrati,
Aquae destillatae ãã *P.*

Miscendo fiat solutio, quae leni calore inter agitationem ad siccum evaporet. *Ph. Russ.* (*Germ, Helv., Brit.*)

Morphinum hydrochloricum. Morphium hydrochloratum. Chlorhydras morphicus. Hydrochloras Morphiae. *Chlorhydrate de Morphine. Hydrochlorate of Morphia.*

Morphinum sulfuricum. Sulfas morphicus. *Sulfate de Morphine.*

Morus. Fructus. Succus (*Suc. Juice*). *Mure. Mulberry.* (*Murier noir;* Morus nigra L.)

Moschus. *Musc. Musk.* (Moschus moschiferus L.)

Mucilago Amyli.

Mucilage of Starch.

Rp. Amyli *P.* 8.
Aquae destill. *P.* 300.

Amylum primo cum aquae paulo contritum cum Aqua destillata per quinque partes sexagesimas horae ebulliat, continuo agitando. *Ph. Brit.*

Mucilago Cydoniae seminum.

Mucilage de Coing.

Rp. Seminum Cydoniae *Gm.* 1,
Aquae tepidae *Gm.* 5.

Macera per sex horas et interdum agitâ, tum exprimendo cola *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Mucilagines Lini seminis et Psyllii seminis.

Ph. Germ. Sem. Cydon. *P.* 1, superfusa Aquae Rosae *P.* 50, stet per aliquot horas saepius agitando, tum coletur.

Ph. Helv. Sem. Cydon. *P.* 1 et Aq. Rosar. *P.* 60 stent per horae quadrantem, tum colentur.

Ph. Russ. Sem. Cydon. *P.* 1 et Aq. Rosar. *P.* 64 stent per horae quadrantem et colentur.

Mucilago Gummi Arabici.

Mucilago Acaciae. *Mucilage de Gomme arabique. Mucilage of Gum Acacia.*

Rp. Gummi Arab. pulv.,
Aq. frigidae ãã *P.*

In mortario marmoreo terendo misceantur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Gummi Arabici electi *P.* 1, aquae *P.* 1 abluta, solvatur Aquae destillatae *P.* 2 et coletur.

Ph. Helv., Russ. G. Arab. *P.* 1 soluta in Aq. dest. frigidae *P.* 2.

Ph. Brit. G. Arab. *P.* 2 et Aq. dest. *P.* 3*v.*

Mucilago Salep.

Ph. Helv. Paretur l. a. e Tuberum Salep pulv. *P.* 1 et Aquae fervidae *P.* 96.

Ph. Russ. Paretur ex Tuberum Salep pulv. *P.* 1, mixta cum Aquae destill. *P.* 10, commiscendo Aquae destill. fervidae *P.* 90.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0134-9 DFG

Ph. Germ. Paretur ut antea praeceptum, nisi quod aqua communis sumatur.

Mucilago Tragacanthae.

Mucilage de Gomme Adragante.

Rp. Tragacanthae in frustulis mundatis *P.* 1.
Aquae frigidae *P.* 9.

In vas porcellaneum ingestae stent, donec Tragacantha turgescat. Tum exprimendo cola, colaturam quassando in mortario, ut mucilago aequabilis efficiatur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Paretur e *P.* 4 Tragac. pulv. et *P.* 300 Aq. dest. miscendo agitandoque. (Ne coletur.)

Ph. Russ. Tragacanthae *P.* 4, Gummi Arab. *P.* 1, Aq. destill. *P.* 480. (Ne coletur).

Myristica. *Muscade. Nutmeg.*

1. Arilli Myristicae s. Macis
2. Oleum aethereum Macidis
3. Semina s. Nuces moschatae.
4. Oleum expressum seminum s. Oleum Nucistae. *Beurre de Muscade*
5. Oleum aethereum seminum s. Oleum Myristicae *Ph. Brit.*

(*Muscadier cultivé.* Myristica moschata Thunb.)

Myrobalanus. Fructus. *Myrobalan citrin.* (Myrobalanus citrina Gaertn.)

Myrrha. Gummi-resina. *Myrrhe. Myrrh.* (Balsamodendron Myrrha Nees).

Myrtillus. Fructus. *Airelle; Myrtille.* (Vaccinium Myrtilus L.)

Narceïnum. ($C^{46}H^{29}NO^{18}$). *Dosis:* Centig. 3. *Ph. Russ.*

Nasturtium. Herba florens. *Cresson de fontaine.* (Nasturtium officinale DC.)

Natrium chloratum. Chloruretum Sodii; Chloridum Sodii. Sal culinare. *Chlorure de Sodium; Sel marin; Sel commun. Chloride of Sodium; Common Salt* (NaCl).

Natrium monosulfuratum crystallisatum.

Sulfuretum sodicum. *Monosulfure de Sodium crystallisé; Sulfhydrate de Soude cristallisé* (NaS + 9HO) *Ph. Gall.*

Rp. Natri hydrici soluti, pond. spec. 1,33, *q. v.*

In liquorem tamdiu gas hydrosulfuratum inducatur, donec nil amplius absorbeatur. Liquorem tum sepone, lagena bene clausa, quamdiu crystalla exoriuntur, quae, ubi in infundibulo tecto exstillaverint, in vasis optime obturatis serva. *Ph. Gall.*

Conferatur Manuale pharm., Vol. I, Natrium sulfuratum sulfhydratum.

Natrium quinquiessulfuratum solutum.

Quintisulfuretum sodicum aqua solutum. *Quintisulfure de Sodium en solution Ph. Gall.*

Rp. Natrii monosulfurati cryst. *P.* 240,
Sulfuris sublimati *P.* 128,
Aquae destill. *P.* 200.

In cucurbitam vitream, balneo arenae impositam, ingestas usque ad solutionem Sulfuris coque, et liquorem post filtrationem in lagenis optime occlusis serva. Liquor sit pond. spec. 1,14 et contineat *P.* 33,3 Natrii quinquies sulfurati in centenis partibus.

Si usui Sulfureti hujus Natrum hyposulfurosum immixtum impedimento non est, licet paratio fiat e

Natri hydrici soluti, pd. sp. 1,35 vel 37° B., *P.* 2,
Sulfuris sublimati *P.* 6,
Aquae dest. *q. s.*,

quae eadem ratione tractentur. *Ph. Gall.*

Natrium sulfuratum.

Natrium tersulfuratum. *Trisulfure de Sodium; Sulfure de Sodium.*

Paretur modo quo Kalium sulfuratum e Natri carbonici cryst. exsiccati *P.* 14 et Sulfuris *P.* 10, nisi quod ad fusionem massae ignis fortior adhibendus est. *Ph. Gall.*

Natro-Kali tartaricum. Tartarus natronatus. Tartras potassico-sodicus. Soda tarta-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0135-5 DFG

rata. *Tartrate de Potasse et de Soude; Sel de Seignette de la Rochelle. Tartarated Soda.* ($KaO,NaO,C^8H^4O^{10},8HO$).

Natrum aceticum. Acetas sodicus s. Sodae. *Terre foliée minérale. Acétate de Soude. Acetate of Soda.* ($NaO,C^4H^3O^3,6HO$).

Natrum arsenicicum. Arsenias Sodae. $2NaO,HO,AsO^5+14HO$. *Arseniate de Soude. Arseniate of Soda.*

Rp. Natri nitrici *P.* 200,
Acidi arsenicosi *P.* 116.

Exacte commixtae, in crucibulum Hassiacum immissae, ad rubedinem urantur. Massae refrigeratae, in aqua solutae instilla

Natri carbonici soluti *q. s.*,

ut reactio alkalina efficiatur. Tum evaporando seponendoque liquor in crystalla cogatur. Lixivium a crystallis defusum addendo Natrum carbonicum solutum in statu alkalino continendum eodem modo tractetur, ut crystalla demittat. In centenis partibus crystallorum continentur *P* 36,85 Acidi arsenicici vel *P.* 24,03 Arseni metallici. *Ph. Gall.*

Ph. Brit praecipit, ut Acidi arsenicosi *P.* 20, Natri nitrici *P.* 17 et Natri carbonici exsiccati *P.* 11, omnes in pulverem redactae et mixtae urantur. Massa adhuc tepida, in Aquae dest. *P.* 70 soluta in crystalla redigatur. Dos. $^1/_{16}$—$^1/_8$ *Grain* vel Millig. 4—8.

Natrum benzoicum.

Benzoate de Soude.

Rp. Acidi benzoici cryst. *P.* 1,
Natri hydrici soluti *q. s.*

Acido benzoico cum aquae paulo mixto instilla liquorem Natri caustici, donec mixtura neutralis evaserit. Liquor evaporando concentratus super Acidum sulfuricum concentratum collocetur, ut in crystallos abeat. *Ph. Gall.*

Natrum biboricum s. **Borax.** Boras sodicus. *Borate de Soude; Borax. Borax.* ($NaO,2BO^3+10HO$).

Natrum bicarbonicum. Natrum carbonicum acidulum. Bicarbonas natricus s. Sodae. *Bicarbonate de Soude; Carbonate de Soude saturé; Sel de Vichy; Bicarbonate of Soda.*

Natrum carbonicum (crystallisatum). Carbonas sodicus. *Carbonate de Soude; Cristaux de Soude. Carbonate of Soda.* (NaO,CO^2+10HO).

Natrum carbonicum siccum.

Natrum carbonicum dilapsum. Carbonas Sodae exsiccatus. *Carbonate de Soude desséché. Dried Carbonate of Soda.*

Ph. Germ., Helv., Russ. Natrum carbonicum fatiscendo loco tepido ab aqua crystallina quam maxime liberatum.

Ph. Brit. praecipit exsiccationem calore balnei arenae.

Natrum hydricum solutum.

Natrum causticum solutum. Liquor Natri caustici. Liquor Sodae *Ph. Brit.* Oxydum sodicum aqua solutum. *Soude caustique liquide; Lessive des Savonniers. Solution of Soda.*

Ph. Gall., Russ. Pond. spec. 1,33.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,330—1,334. Continet in centenis partibus *P.* 24 Natri.

Ph. Helv. Pond. spec. 1,335—1,340.

Ph. Brit. Pond. spec. 1,047. Centenae partes continent *P.* $4^1/_{10}$ Natri hydrici (NaO,HO).

Natrum hydricum siccum.

Soda caustica. Natrum causticum. *Caustic Soda.*

Rp. Natri hydrici soluti *q. v.*

In lebetem argenteum vel politum ferreum ingestum tamdiu coquatur, donec massa remanens olei instar fluat et gutta baculo vitreo calefacto exempta inter refrigerationem rigescat. Tum massa in laminam politam argenteam vel ferream aut in modulos effundatur, atque post refrigerationem in frustula fracta lagenis e vitro viridi confectis obturatisque recondatur. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0136-1 DFG

Natrum hypochlorosum solutum.

Hypochloris sodicus aqua solutus. Liquor Sodae chloratae. *Hypochlorite de Soude liquide; Chlorure de Soude; Liqueur de Labarraque. Solution of Chlorinated Soda.*

Rp. Calcariae hypochlorosae *P.* 10.
Commixtis terendo cum
Aquae *P.* 300
admisce
Natri carbonici cryst. *P.* 20,
antea solutas in
Aquae *P.* 150.
Sepone, decantha et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. In liquorem solvendo paratum e Natri carbonici *P.* 12 et Aquae dest. *P.* 36 inducatur Gas Chlori evolutum e Mangano hyperoxydato *P.* 4 et Acidi hydrochlorici *P.* 15*v.* Pond. spec. 1,103.

Ph. Russ. Natri carbonici crudi *P.* 1, solutae in aquae *P.* 4, Gas Chlori inducatur, donec eo saturata sit.

Natrum hypophosphorosum. Hypophosphis natricus. (NaO, 2HO,PO). *Ph. Russ.*

Natrum hyposulfurosum. Hyposulfis sodicus. *Hyposulfite de Soude; Sulfite sulfuré de Soude.* ($NaO,S^2O^2,5HO$).

Natrum nitricum. Nitras natricus. Nitras Sodae. *Nitrate of Soda.* (NaO,NO^5).

Natrum phosphoricum. Phosphas sodicus in crystallos concretus. Phosphas Sodae. *Phosphate de Soude cristallisé. Phosphate of Soda.* ($2NaO,HO, PhO^5+24HO$).

Natrum pyro-phosphoricum crystallisatum.

Pyrophosphas sodicus in crystallos concretus. *Pyrophosphate de Soude cristallisé.* ($2NaO,PhO^5,10HO$).

Rp. Natri phosphorici *q. v.*
In crucibulum platineum immissum primo lente calefiat, ut aqua crystallina effugetur, deinde calor augeatur usque ad rubedinem, quae sustentetur, donec e massa candente non amplius vapores evadant. Massa ex crucibulo effusa, tum refrigerata atque in pulverem redacta Aquae destillatae quantitate duodecupla solvatur et post filtrationem evaporando ad densitatem 1,2 reducatur. Seponendo refrigerandoque crystalla efficiantur. Sal solutum cum Argento nitrico soluto mixtum praebeat praecipitatum album. *Ph. Gall.* (*Russ.*)

Natrum sulfuricum (crystallisatum). Sulfas sodicus. *Sulfate de Soude; Sel de Glauber. Sulphate of Soda.* (NaO,SO^3+10HO).

Natrum sulfuricum siccum.

Natrum sulfuricum dilapsum. *Sulfate de Soude desséché.*

Ph. Germ., Helv., Russ. Natrum sulfuricum fatiscendo loco tepido ab aqua crystallina quam maxime liberatum.

Natrum valerianicum.

Valerianas Sodae. *Valerianate of Soda.* ($NaO,C^{10}H^9O^3$).

Rp. Acidi sulfurici conc. *P.* 36.
Diluantur
Aquae destillatae *P.* 30.
Deinde solve calore adhibito
Kali bichromici *P.* 27
in
Aquae destillatae *P.* 210.
Post refrigerationem ambo liquores fundantur in cucurbitam vitream et cum
Alcoholis amylici *P.* 10
agitatione alacri commisceantur, donec mixturae calor ad 32° C. remissus fuerit. Postea tubo refrigeratorio cucurbitae adjuncto destillent circiter *P.* 240, quae
Natri hydrici soluti *q. s.*
usque ad neutralisationem saturentur et, postquam oleum liquori innatans dehauriendo ablatum est, evaporent, quamdiu vapores aquosi proficiscuntur. Quo facto massa inde remanens calore caute aucto liquetur, dein refrigeratione concreta diffringatur et statim in lagenas obturandas recondatur. *Ph. Brit.*

Nectandra s. **Bebeeru.**

Cortex. *Bebeeru Bark.* (Nectandra Rodiaei Schomburgk).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0137-6 DFG

Nepeta. Herba florens. *Cataire.* (Nepeta Cataria L.)

Nicotiana s. **Tabacum.** Folia. *Nicotiane; Tabac. Tobacco.* (Nicotiana Tabacum L.)

Nicotiana rustica. Folia. *Nicotiane rustique.* (Nicotiana rustica L.)

Nicotinum. ($C^{20}H^{14}N^2$). Pond. spec. 1,027. *Dosis:* Gm. 0,0015 ($1/_{40}$ Grani.) *Ph. Russ.*

Nigella. Semina. *Nigelle (des champs* et *Nigelle cultivée).* (Nigella arvensis et sativa L.)

Nymphaea alba. Flores. *Nénuphar blanc.* (Nymphaea alba L.)

Nymphaea lutea. Rhizoma. *Nénuphar jaune.* (Nuphar luteum Sm.)

Oleum animale aethereum.

Oleum Cornu Cervi rectificatum. Oleum pyrogenaeum Cornu Cervi. *Huile volatile de Corne de cerf.*

Ph. Gall., Germ., Helv., Russ. Paretur destillando Oleum animale foetidum, quamdiu oleum tenue, coloris expers transit.

Oleum animale foetidum. Oleum Cornu Cervi. *Huile de Corne de cerf.*

Oleum camphoratum.

Linimentum Camphorae *Ph. Brit. Liniment camphré. Liniment of Camphor.*

Ph. Gall., Germ. Camphorae *P.* 1, soluta in Olei Olivarum opt. *P.* 9. (Filtretur. *Ph. Gall.*)

Ph. Helv. Camphorae 1, soluta in Olei Sesami *P.* 7.

Ph. Brit. Camphorae *P.* 10, solutae in Olei Oliv. opt. *P.* 40*v* (vel *P.* 38).

Ph. Russ. Camphorae *P.* 1, soluta in Olei Oliv. optimi *P.* 8.

Oleum Cantharidum.

Huile de Cantharides.

Rp. Cantharidum grosso modo pulv. *P.* 1,
Olei Olivarum opt. *P.* 10.

Digere calore balnei aquae per horas sex, vase clauso, saepius agitando. Ope preli exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Oleum Chamomillae camphoratum.

Oleum de floribus Anthemidis camphoratum. *Huile de Chamomille camphrée.*

Ph. Gall. Camphorae incisae *P.* 1, soluta in Olei Chamomillae coctae *P.* 9. Filtretur.

Oleum Chamomillae citratum.

Ph. Germ., Helv., Russ. Paretur destillando ex Florum Chamomillae vulgaris *P.* 480, Olei Citri *P.* 1, et aquae q. s. Sit oleum aethereum saturate caeruleum, in Spiritus Vini rectfss. partibus decem solubile, pond. spec. 0,915 ad 0,92. (0,91 ad 0,92 *Ph. Russ.*)

Oleum Chamomillae coctum s. **infusum.**

Oleum de floribus Anthemidis *Ph. Gall. Huile de Chamomille Ph. Gall.*

Rp. Florum Chamomillae Romanae siccat. *P.* 1,
Olei Olivarum opt. *P.* 10.

Digere balnei aquae calore, vase clauso, interdum agitando, per duas horas, tum cum expressione cola et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Olea (*Huiles*)

Absinthii summitat. (*de sommités d'Absinthe*)

Fenugraeci sem. (*de semences de Fenugrec*)

Hyperici florum (*de fleurs de Millepertuis*)

Rosarum Centifol. petalorum (*de pétales de Rose pâle. Huile rosat.*)

Rutae herbae (*de sommités de Rue*).

Ph. Germ. Florum Chamomillae vulgaris *P.* 1 humectetur Spiritus Vini rectfss. q. s. et stet per aliquot horas loco calido. Tum adde Olei Olivarum Provincialis *P.* 10. Digere calore balnei vaporis, donec Spiritus fuerit exhalatus, dein exprime, colaturam filtra et serva loco frigido.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0138-2 DFG

Eodem modo paretur:

Oleum infusum Hyoscyami foliorum.

Ph. Helv. Paretur ut antea notatum ex Florum Chamomillae recens siccatorum *P.* 2, Spiritus Vini rectfss. *P.* 1 et Olei Sesami *P.* 16.

Eodem modo parentur:

Oleum coctum Belladonnae foliorum recens siccatorum.

Oleum coctum Hyoscyami foliorum recens siccatorum.

Oleum Conii coctum.

Oleum de foliis Cicutae. *Huile de Ciguë.*

Rp. Fol. recent. Conii maculati *P.* 1.
Contusa et mixta cum
Olei Olivar. opt. *P.* 2
ebulliat leni igne, donec omnis humiditas fugata fuerit. Tum ope preli exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Olea *(Huiles)*

Belladonnae fol. *(de feuilles de Belladone)*

Hyoscyami fol. *(de feuilles de Jusquiame)*

Stramonii fol. *(de feuilles de Stramoine).*

Oleum contra Taeniam Chaberti.

Oleum anthelminthicum Chaberti.

Rp. Olei animalis foetidi *P.* 1,
Olei Terebinth. *P.* 3.
Destillent, donec partes tres transierint, quae in vasa minora, luci subducta, condantur. *Ph. Russ.*

Oleum Crotonis.

Oleum Crotonis seminum. Oleum Tiglii. *Huile de Croton Tiglium. Croton Oil.*

Semina excorticata mundata Tiglii officinalis commolita in pannum bilicem involvantur et inter duas laminas ferreas, aqua fervida calefactas, prelo exprimantur. Oleum expressum filtretur. Tum placenta ex expressione residua atque contusa calore balnei aquae (50 ad 60° C.) cum Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, pondere duplo per decem ad duodecim momenta horae digeratur et denuo prelo exprimatur. E colatura Spiritu Vini destillando elicito, oleum residuum per duas septimanas seponatur, tum filtretur. Hoc oleum cum primum collecto commisceatur et servetur. *Ph. Gall.*

Oleum Hyoscyami infusum.

Oleum Hyoscyami coctum.

Rp. Folior. Hyoscyami siccatorum et concisor. *P.* 2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 1,
Olei Olivarum Provincialis *P.* 12.
Folia Spiritu Vini irrorata stent per horas sex, tum cum admixto Oleo Olivarum calore balnei aquae tamdiu calefiant, donec Spiritus Vini evaporatione consumptus fuerit. Quo facto fiat preli ope colatura, quae filtretur. *Ph. Russ.*

Oleum Jecoris Aselli.

Oleum hepatis Morrhuae. Oleum Morrhuae. *Huile de Foie de Morue. Cod-Liver Oil.*

Ph. Gall. Jecinora recentia Gadi Morrhuae a membranis liberata et concisa calore balnei aquae inter agitationem continuam calefiant et panno laneo involuta leniter exprimantur. Post aliquot dies oleum filtretur.

Eodem modo parentur

Olea Jecoris *(les huiles de Foie):*

Rajae clavatae *(de Raie).*

Squali *(de Squale).*

Ph. Germ. Oleum subflavum vel e rubro fuscum.

Oleum Lauri.

Oleum laurinum (unguinosum). Oleum Lauri fructuum. *Huile de Fruits de Laurier.*

Fructus hornotini Lauri nobilis pulverati contactui vaporum aquae tamdiu exponantur, donec humore satis perfusi fuerint. Tum in pannum bilicem involuti inter duas laminas metallicas calefactas prelo exprimantur. Oleum calore liquatum filtretur. Licet oleum e fructibus recentibus expressione parare. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0139-1 DFG

Oleum Lini sulfuratum.

Oleum sulfuratum. Balsamum sulfuris.

Rp. Olei Lini *P.* 6.
Fervefactis in vase ferreo satis amplo injice
Sulfuris sublimati *P.* 1,
tum coque, spathula semper agitando et effervescentiam evitando, donec massa spissescat et refrigerata gelatinae instar rigescat. Sit coloris e rubro fusci et Oleo Terebinthinae plane solvatur. *Ph. Germ., Russ.*

Ph. Helv. Olei Lini *P.* 4 calefactis in vase ferreo paulatim ingeratur Sulfuris sublimati *P.* 1. Continuetur eas calefacere inter agitationem, calorem minorem vitando, donec in massam e fusco rubram consistentiae syrupi spissioris versae fuerint. Sit oleum crassiusculum.

Oleum phosphoratum.

Huile phosphorée.

Rp. Phosphori *P.* 2,
Olei Amygdalar. dulc. *P.* 200.
Phosphorum in lagenam oleo fere repletam immitte, quae chartae frustulum juxta epistomium inserendo non dense occlusa calore balnei aquae calefiat per horae quadrantem, ut Phosphorus liquetur. Tum, vase exactius clauso, saepe fortiter conquassa et sepone. Quando oleum plane refrixerit et partes non solutae subsederint, decantha. Oleum decanthatum in lagenis minoribus bene obturatis serva. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Russ. Phosphori bene sicci *P.* 1 et Olei Amygdalarum *P.* 80 in phialam immittantur, quam in aquam calidam immergas, ut phosphorus liquetur. Tum agitando phosphorus solvatur. Post refrigerationem oleum a phosphoro forsan secreto caute decanthetur atque servetur.

Oleum Terebinthinae sulfuratum.

Balsamum Sulfuris terebinthinatum.

Rp. Olei Lini sulfurati *P.* 1.
Digerendo solvatur
Olei Terebinthinae *P.* 3.
Post sedimentationem decantha. *Ph. Germ., Russ.*

Ph. Helv. Olei Lini sulfurati *P.* 1 cum Olei Terebinthinae *P.* 3 misceatur.

Olibanum. (Gummi-resina). *Oliban; Encens.* (Boswellia serrata Colebr. et Boswellia papyrifera Hochstedter).

Oliva. Oleum. Oleum Olivarum Provinciale s. optimum. Oleum Olivarum viride s. commune. *Olive. Olive.* (Olea Europaea L.)

Ononis spinosa. Radix. Radix Restae bovis. *Arrête-boeuf; Bugrane.* (Ononis spinosa L.)

Opium (Smyrnaicum.) *Opium.* (Papaver somniferum L.)

Opopanax. *Opopanax.* (Opopanax Chironium Koch).

Origanum. Summitates florentes. *Origan (vulgaire).* (Origanum vulgare L.)

Orobus s. **Galega nemorensis.** Semina. *Orobe.* (Orobus vernus L.)

Oryza. Semina. *Riz.* (Oryza sativa).

Os calcinatum s. **ustum.** *Os calciné. Bone Ash.*

Ostrea edulis. Caro. *Huitre (commune).* Testae Ostreae s. Conchae. Conchae praeparatae.

Ovum. Ovum gallinaceum. *Oeuf (de poule). Egg.* Albumen ovi. *(Blanc d'oeuf. Egg Albumen).* Vitellus ovi *(Jaune d'oeuf. Yolk of Egg).* Oleum Vitelli ovi calore adhibito expressum. *Huile d'oeufs.*

Oxycedrus. Oleum empyreumaticum. Oleum empyreumaticum ligni Juniperi. Oleum cadinum. *Huile de Cade.* (Juniperus Oxycedrus L.)

Oxygenium gasiforme.

Gas Oxygenium. *Oxygène gazeux.*

Ph. Gall. Ex Kali chlorico extricetur. *Grammata* decem chloratis praebent Oxygenii *Litras* 2,5. Aquae Litra calore 20° C. et pressione atmosphaerica $0^m,760$ solvit circiter 28 Centimetra cubica gasis, i. q. $^1/_{25000}$ ponderis sui.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0140-2 DFG

Oxymel Scillae.

Oxymel scilliticum. *Oxymel scillitique. Oxymel of Squill.*

Ph. Gall. Paretur aequali modo quo Mellitum simplex ex

Aceti Scillae *P.* 5 et
Mellis albi *P.* 20.

Eodem modo paretur:

Oxymel Colchici bulbi

(*Oxymel de Bulbes de Colchique*).

Ph. Helv. Aceti Scillae, Sacchari ãã *P.* 2 et Mellis depurati *P.* 3 digerantur, ut Saccharum solvatur, tum colentur.

Eodem modo paretur:

Oxymel Colchici.

Ph. Brit. Aceti Scillae *P.* 5*v* et Mellis depurati *P.* 8 calore balnei aquae evaporent, ut mixtura accipiat pond. spec. 1,32.

Ph. Germ., Russ. Aceti Scillae *P.* 1 et Mellis depurati *P.* 2 evaporando ad partes 2 remanentes reducantur et colentur.

Oxymel simplex.

Oxymel *Ph. Brit. Oxymel simple.*

Rp. Aceti Vini *P.* 5,
Mellis albi *P.* 20.

In lebetem argenteum vel porcellaneum immissae coquantur, donec ebullientes sint densitatis 1,26. Ope chartae pultis et colando fiat defaecatio. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Mixtura parata ex Aceti concentrati *P.* 1 et Mellis depurati *P.* 18.

Ph. Germ. Mixtura parata ex Aceti concentrati *P.* 1 et Mellis depurati *P.* 40.

Ph. Brit. Mixtura parata ex Aceti concentrati et Aquae destill. ãã *P.* 1*v* et Mellis depurati, leni calore liquefacti, *P.* 8*v*.

Ph. Russ. Mixtura parata ex Aceti concentr. *P.* 1 et Mellis depurati *P.* 15.

Paeonia. Radix. Flores. Semina. *Pivoine.* (Paeonia officinalis L.)

Palma. Oleum. *Huile de palme.* (Elaeis Guineensis).

Panis (albus). Mica. *Crumb of Bread.*

Papaver. Capsulae s. Fructus immaturi. Folia. Semina. Oleum seminum expressum. *Pavot blanc; Pavot officinal. Poppy.* (Papaver somniferum album DC.)

Pareira. Radix. *Pareira Root.* (Cissampelos Pareira Linn.)

Pareira brava. Radix. *Pareira-brava.* (Abuta rufescens Aubl.)

Parietaria s. **Helxine.** Herba. *Pariétaire.* (Parietaria officinalis L.)

Passulae s. **Uvae** s. Fructus siccati Vitis s. Uvae Vitis. *Raisins secs.* 1. *Raisins de Corinthe.* (Passulae minores s. Uvae Corinthiacae); 2. *Raisins de Malaga* (Passulae majores s. Uvae Malacenses). (Vitis vinifera L.)

Pasta Cacao.

Chocolata simplicior. *Chocolat; Chocolat de santé.*

Rp. Seminum Cacao Caracasanorum et Maragnaicorum ãã *P.* 300,
Sacchari pulv. *P.* 500,
Cort. Cinnamomi pulv. *P.* 3.

Semina tosta, a testis liberata, mortario ferreo calefacto immissa contundendo terendoque ad pultem tenerrimam redigantur et cum Saccharo et pulvere Corticis Cinnamomi commixta in tabulas ponderis Grammatum 125 et 250 formentur. Singulae tabulae folio stanneo velentur. *Ph. Gall.*

Pasta Cacao cum Ferro.

Chocolat ferrugineux.

Rp. Pastae Cacao *P.* 100,
Ferri pulverati *P.* 2.

Misceantur l. a. et in tabulas redigantur. Ne diu servetur. *Ph. Gall.*

Pasta Cacao cum Lichene Islandico.

Chocolat au Lichen d'Islande.

Rp. Pastae Cacao *P.* 10,
Saccharolati Lichenis Islandici *P.* 1.

Misceantur l. a. et in tabulas redigantur. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0141-8 DFG

Pasta Cacao cum Salep.

Chocolat au Salep.

Rp. Pastae Cacao *P.* 100,
Rad. Salep. pulv. *P.* 3.

Misceantur l. a. et in tabulas redigantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur

Pasta Cacao cum Amylo Maranthae (*Chocolat à l'Arrow-root, au Tapioka*).

Pasta Cacao cum Vanilla.

Chocolat à la Vanille.

Rp. Pasta Cacao sine Cortice Cinnamomi *P.* 100,
Vanillae cum Saccharo *P.* 4.

Misceantur l. a. et in tabulas redigantur. *Ph. Gall.*

Pasta caustica cum Zinco chlorato.

Pasta Canquoini. Causticum cum Chlorureto zincico. *Caustique avec le Chlorure de Zinc; Pâte Canquoin.*

Rp. Zinci chlorati,
Farinae secalinae ãã *P.*

Zincum chloratum Aquae destillatae quantitate sufficiente solutum misceatur cum Farina, ut massa densior efficiatur, quae in laminas extensa in lagenis obturatis servetur. *Ph. Gall.*

Pasta Glycyrrhizae.

Pasta Liquiritiae. Pasta cum Succo Glycyrrhizae. *Pâte de Réglisse brune.*

Rp. Succi Glycyrrhizae Calabrici *P.* 100,
Gummi Arabici *P.* 1500,
Sacchari albi *P.* 1000,
Aquae filtratae *P.* 2500,
Extracti Opii *P.* 1.

In aqua frigida primo Succus solvatur, dein in colaturam Gummi Arabicum atque Saccharum immittantur, et eo modo opereris, qui ad parationem Pastae Lichenis Islandici praeceptus est. Grammata centena pastae continent circiter Centigrammata 3 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Agatur secundum formulam ad parationem Pastae gummosae flavae datam, nisi quod aquae substituatur infusum frigide paratum e Rad. Glycyrrhizae *P.* 1 et aquae *P.* 18.

Ph. Germ. Extracti Glycyrrhizae *P.* 1, Gummi Arabici *P.* 60 et Sacchari *P.* 36, solutae Aquae communis frigidae *P.* 192 colentur, tum evaporent leni calore, summam solum partem liquoris agitando, donec gutta laminae frigidae metallicae instillata atque commota non amplius defluat. Tum massam semirefrigeratam, pellicula exorta remota, in capsulas planas effunde, leni calore exsicca et in frustula oblonga disseca. Sit diaphana, coloris e fusco flavi.

Pasta Glycyrrhizae nigra.

Massa cum Succo Glycyrrhizae. *Pâte de Réglisse noire; Suc de Réglisse gommé.*

Rp. Succi Glycyrrhizae Calabrici *Gm.* 500,
Gummi Arabici *Gm.* 1000,
Sacchari albi *Gm.* 500,
Aquae filtratae *Gm.* 3000.

Succus contusus aqua frigida exhauriatur. In colatura solvatur Gummi contusum et ablutum et denuo per pannum fundatur. Saccharo immisso, agatur eo modo, qui ad parationem Pastae Jujubarum praeceptus est. Massa satis densa dissecetur, ut tabulae parvae formentur.

Massae, si vis, admisceri possunt Rhizomatis Iridis Florentinae pulv. *Gm.* 4, vel conspergendo tabulas Olei Anisi *Guttae* 10, solutae in Spiritus Vini rectfss. *Gm.* 3—4. *Ph. Gall.*

Pasta Gummi Arabici.

Pasta (Massa) Althaeae. Pasta gummosa. *Pâte de Gomme Arabique; Pâte de Guimauve.*

Rp. Gummi Arabici vel Senegalensis,
Sacchari albi,
Aquae filtratae ãã *Gm.* 1000,
Aquae Aurant. flor. *Gm.* 100,
Albumina ovi 12.

Gummi ope cribri a pulvere adhaerente liberatum et aqua bis ablutum solve aqua filtrata calore balnei aquae. Tum, colatura facta, adde Saccharum contu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0142-3 DFG

sum et evapora inter continuam agitationem usque ad spissitudinem mellis densiorem. Quo facto, Albumina cum Aqua florum Aurantii mixta atque in spumam verberata paulatim addantur agitationem alacriter continuando, donec massa effecta fuerit, quae attacta cuti manus non amplius adhaerescit. Postremo massa in tabulam vel in cistas Amylo conspersas transferatur et in Amylo cum Sacchari triente mixto servetur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Gummi Arabici electi et Sacchari ãã *P.* 200, solutae Aquae communis frigidae *P.* 800, subsidendo colandoque depuratae evaporent calore balnei vaporis, spathula lignea assidue agitando, usque ad *P.* 500 remanentes. Tum paullatim immisceantur Albuminis Ovi recentis *P.* 250, antea in spumam densam redactae. Inter strenuam agitationem massa leni calore inspissetur, donec portiuncula exempta, spathulae imposita inter movendum defluere desistat. Deinde admixtis Elaeosacchari Florum Aurantii *P.* 2 massa in capsulas papyraceas effundatur atque loco calido exsiccetur. Pasta in taleolas scissa loco frigido servetur. Massa albissima.

Ph. Helv. Paretur ex Gummi Arabici et Sacchari ãã *Gm.* 50, aquae *Gm.* 150, Albumine ovi unius cum Aquae Aurantii florum *Gm.* 6 in spumam densiorem verberato.

Pasta Jujubarum.

Pasta (Massa) gummosa flava. *Pâte de Jujubes.*

Rp. Jujubarum *P.* 5,
Gummi Arab. *P.* 30,
Sacchari albi *P.* 20,
Aquae filtratae *P.* 35,
Aquae Aurantii flor. *P.* 2.

Jujubae a nucleis liberatae aqua fervida infundantur. In colatura sine expressione collecta calore balnei aquae Gummi Arabicum, antea aqua ablutum, solvatur, tum coletur. Colatura, cui Saccharum et post solutionem ejus Aqua florum Aurantii admixta est, calore balnei aquae ebullientis per horas duodecim non agitando calefiat et, tegmine spumae ejectae remoto, effundatur in cistulas e ferro stannato confectas, Oleo Olivarum parcissime oblitas. Cistulae in caldario calore 40° C. collocentur, ut massa amplius evaporet, quae satis densa versetur et siccetur, donec consistentiam justam adepta fuerit. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Gummi Arab. *P.* 3, Sacchari *P.* 2, digerendo in aquae *P.* 9 solutae leniter coquendo sine agitatione inspissentur eo usque, ut gutta laminae frigidae instillata non amplius defluat. Tegmine spumeo detracto, syrupus in modulos effundatur antea paululo Olei Cacao oblitos, in quibus pasta leni calore exsiccetur, ita ut non amplius adhaereat.

Pasta Lichenis Islandici.

Massa Lich. Isl. *Pâte de Lichen.*

Rp. Lichenis Islandici *Gm.* 50,
Gummi Arabici *Gm.* 250,
Sacchari albi *Gm.* 200,
Extracti Opii *Centigm.* 15,
Aquae filtratae *q. s.*

Lichen primo in aqua usque ad ebullitionem calefiat, dein, aqua defundendo remota, aqua saepius abluatur. Tum lichen cum aquae *q. s.* decoquatur, ut colaturae *Gm.* 300 colligantur, quibus Gummi Arabicum contusum atque aqua ablutum solvatur. Liquori colando decanthandoque depurato immittantur Saccharum et Extractum Opii antea in aquae paulo solutum. Quo facto liquor evaporet inter continuam agitationem, donec consistentia pastae densissimae effecta fuerit. Massa dein in tabulam marmoream, Oleo Olivarum parcissime oblitam, effundatur et, postquam refrixerit, oleum forsan adhaerens cum cura detergatur. Grammata centena pastae continent circiter Centigrammata 3 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Pasta (Massa) pectoralis.

Pâte pectorale.

Rp. Specier. pectoralium *Gm.* 10,
Aquae filtratae fervidae,
Gummi Arabici ãã *Gm.* 300,
Sacchari *Gm.* 200,
Aquae Lauro-Cerasi *Gm.* 10,
Extracti Opii *Decigm.* 2.

In colatura infusi Specierum pectoralium Gummi Arabicum aqua ablutum solvatur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0143-9 DFG

et coletur. Deinde addantur Saccharum et Opii Extractum antea in Aqua Lauro-Cerasi solutum. Fiat eodem modo pasta, qui ad parationem Pastae Jujubarum praescriptus est. Grammata 100 pastae contineant circiter Centigm. 3 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Pastilli Acidi tannici.

Trochisci Acidi tannici. *Tannic Acid Lozenges.*

Rp. Acidi tannici *Gm.* 8,
Tinct. Bals. Tolutani *Gm.* 5,
Sacchari pulv. *Gm.* 240,
Gummi Arabici *Gm.* 10,
Mucilag. Gummi Arab. *Gm.* 20,
Aquae destill. *Gm.* 10.

Acido tannico in Aqua destillata soluto primo addatur Tinctura Balsami Tolutani, antea cum Mucilagine mixta, dein Gummi Arabicum pulveratum antea cum Saccharo mixtum, ut fiat massa, ex qua formentur pastilli 250, quorum singuli contineant Milligm. 32 Acidi tannici. *Ph. Brit.*

Pastilli Althaeae.

Trochisci bechici albi. *Tablettes de Guimauve.*

Rp. Radicis Althaeae inc. *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 100,
Tragacanthae *P.* 1,
Aquae *q. s.*

Radix cum aquae quadrupla quantitate decoquatur et colatura evaporando ad *P.* 9 remanentes redigatur, quas in parationem mucilaginis Tragacanthae insumas. Fiant pastilli ponderis unius Grammatis. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Pastilli ponderis Granorum 20 vel Grammatis unius, parati e Rad. Althaeae subtiliter pulv. *P.* 1, Sacchari *P.* 16, Mucilag. Tragacanthae cum Aqua Rosarum paratae *q. s.*

Pastilli Balsami Tolutani.

Tablettes de Baume de Tolu.

Rp. Balsami Tolutani *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 200,
Tragacanthae *P.* 2,
Aquae destill. *q. s.*

Balsamum cum Aquae destillatae dupla quantitate per horas duas digeratur et saepius agitetur. Liquor refrigeratus filtretur et (*P.* 18) cum Tragacantha ad mucilaginem redactus misceatur cum Saccharo. Fiant pastilli ponderis Grammatis unius. *Ph. Gall.*

Pastilli Bismuthi hydrico-nitrici.

Trochisci Bismuthi *Ph. Brit.* *Tablettes de Sous-nitrate de Bismuth. Bismuth Lozenges.*

Rp. Bismuthi hydrico-nitrici *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 90,
Mucil. Tragacanth. *P.* 9.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis, quorum singuli contineant Decigramma salis bismuthici. *Ph. Gall.*

Rp. Bismuthi hydrico-nitrici *Gm.* 32,
Magnes. hydrico-carbonic. *Gm.* 40,
Calcariae carbonicae *Gm.* 60,
Sacchari pulv. *Gm.* 280,
Gummi Arabici pulv. *Gm.* 10,
Mucilag. Gummi Arab. *Gm.* 20,
Aquae Rosarum *q. s.*

Misceantur, ut fiant pastilli 250, quorum singuli contineant Milligm. 128 salis bismuthici. Pastilli leni calore hypocausti siccentur. *Ph. Brit.*

Pastilli Carbonis.

Tablettes de Charbon.

Rp. Carbonis vegetab. pulv. *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 30,
Mucil. Tragacanth. *P.* 4.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis. Pastilli singuli contineant Centigm. 25 carbonis. *Ph. Gall.*

Pastilli Catechu.

Trochisci Catechu. *Tablettes de Cachou. Catechu Lozenges.*

Rp. Catechu pulv. *P.* 100,
Sacchari albi *P.* 400,
Mucil. Tragacanth. *P.* 45.

M. f. pastilli ponderis Decigm. 5. Singuli contineant Decigramma Catechu. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Catechu *Gm.* 16, Sacchari

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0144-5 DFG

Gm. 240, Gummi Arabici *Gm.* 10, omnia pulverata, misceantur cum Mucilaginis Gummi Arabici *Gm.* 20, Aquae destillatae q. s., ut fiant pastilli 250, quorum singuli contineant Milligm. 64 Catechu. Pastilli leni calore hypocausti siccentur.

Pastilli Ferri reducti.

Trochisci Ferri redacti. *Reduced Iron Lozenges.*

Rp. Ferri reducti *Gm.* 16,
Sacchari pulv. *Gm.* 240,
Gummi Arab. pulv. *Gm.* 10,
Mucilag. Gummi Arab. *Gm.* 20,
Aquae destill. *Gm.* 10 vel *q. s.*

Misce. Fiant pastilli 250, quorum singuli contineant Milligm. 64 Ferri. Pastilli calore leni hypocausti siccentur. *Ph. Brit.*

Pastilli Ferro-Kali tartarici.

Tablettes ferrugineuses.

Rp. Ferro-Kali tartarici *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 100,
Vanillae cum Saccharo *P.* 3,
Mucil. Tragacanth. *P.* 10.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis, quorum singuli contineant Centigm. quina salis ferrici. *Ph. Gall.*

Pastilli Glycyrrhizae.

Trochisci Liquiritiae. Trochisci bechici nigri. *Pastilles de Réglisse.*

Rp. Rhizomat. Iridis Florent. *P.* 1,
Fructuum Foeniculi,
Fructuum Anisi ãã *P.* 2,
Succi Glycyrrhizae,
Sacchari ãã *P.* 72.

Pulveratae misceantur cum
Mucilag. Gummi Arab. *q. s.*

Fiant pastilli ponderis Decigm. 3. *Ph. Helv.*

Pastilli Gummi Arabici.

Tablettes de Gomme Arabique.

Rp. Gummi Arabici pulv. *P.* 100,
Sacchari albi *P.* 900,
Aq. Aurant. florum *P.* 75.

Misce l. a., ut fiant pastilli ponderis unius Grammatis. *Ph. Gall.*

Pastilli Hydrargyri chlorati mitis.

Pastilli Calomelanos. *Tablettes de Calomel.*

Rp. Hydrargyri chlorati mitis aquae vaporibus praeparati *Gm.* 10,
Sacchari albi *Gm.* 90,
Carmini e Coccionella *Centigm.* 5,
Mucil. Tragacanth. *Gm.* 9.

M. f. pastilli ponderis Decigrammatum 5, quorum singuli contineant Centigrammata quina Calomelanos. *Ph. Gall.*

Pastilli Ipecacuanhae.

Trochisci Ipecacuanhae. *Tablettes d'Ipecacuanha. Ipecacuanha Lozenges.*

Rp. Rad. Ipecacuanhae *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 490,
Tragacanthae *P.* 4,
Aquae Aurant. florum *P.* 34.

Primo Radix Ipecacuanhae pulverata cum Sacchari quadrupla quantitate commisceatur et Tragacantha affusa Aqua Aurantii in mucilaginem redigatur, dein mixtio cum Sacchari quantitate reliqua efficiatur. Fiant pastilli ponderis Decigrammatum 5, quorum singuli contineant Centigramma Radicis Ipecacuanhae. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Rad. Ipecacuanh. subtilissime pulv. *P.* 1, Sacchari albi *P.* 24 et Mucilaginis Tragacanthae cum Aqua Aurantii florum paratae q. s. in pastillos redigantur, quorum singuli contineant Centigramma Radicis Ipecacuanhae.

Ph. Germ. Rad. Ipecacuanhae *P.* 4 Aquae fervidae *P.* 20 superinfusae stent per aliquot horas. Colatura filtrata, Sacchari *P.* 200 et Tragacanthae *P.* 1 misceantur. Fiant Pastilli ponderis Centigm. 25, quorum singuli respondeant Millegrammatis 5 Rad. Ipecacuanhae.

Ph. Brit. Rad. Ipecac. pulv. *Gm.* 12, Sacchari pulv. *Gm.* 710, Gummi Arab. pulv. *Gm.* 28, Mucilag. Gummi Arab. *Gm.* 60, Aquae destillatae *Gm.* 29 vel q. s. Fiant pastilli 736, quorum singuli contineant Milligm. 16 Rad. Ipecacuanhae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0145-0 DFG

Ph. Russ. Parentur e Rad. Ipecacuanhae subt. pulv. *P.* 8, Sacchari *P.* 192, Mucilag. Tragacanth. *P.* 15. Quisque pastillus contineat *P.* quintam Grani vel 12 Milligm. Radicis Ipecac.

Pastilli Kali chlorici.

Trochisci Potassae Chloratis. *Tablettes de Chlorate de Potasse. Chlorate of Potash Lozenges.*

Rp. Kali chlorici pulv. *Gm.* 100,
Sacchari albi *Gm.* 900,
Carmini *Decigm.* 5,
Tragacanthae *Gm.* 10,
Aquae Balsamo Tolutano aromatizantis *Gm.* 90.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis, quorum singuli contineant Decigramma Kali chlorici. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Kali chlorici *Gm.* 80, Sacchari *Gm.* 240, Gummi Arabici *Gm.* 10, omnia pulverata, misceantur cum Mucilaginis Gummi Arabici *Gm.* 20 et Aquae destillatae *Gm.* 10 vel *q. s.* Fiant pastilli 250, quorum singuli contineant fere Milligm. 320 Kali chlorici.

Pastilli Lichenis Islandici.

Tablettes de Lichen.

Rp. Saccharolati Lichenis Islandici *P.* 50,
Sacchari albi *P.* 100,
Gummi Arabici pulv. *P.* 5,
Aquae *P.* 15.

Fiant pastilli ponderis unius Grammatis. *Ph. Gall.*

Pastilli Magnesiae.

Tablettes de Magnésie.

Rp. Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 20,
Sacchari albi *P.* 80,
Mucil. Tragacanth. *P.* 12.

Misce l. a., ut fiant pastilli ponderis unius Grammatis. Singuli pastilli contineant Decigrammata bina Magnesiae hydrico-carbonicae. *Ph. Gall.*

Pastilli Magnesiae et Catechu.

Tablettes de Magnésie et de Cachou.

Rp. Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 10,
Catechu pulverati P. 5,
Sacchari albi *P.* 85,
Mucil. Tragacanth. *P.* 12.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis, quorum singuli contineant Magnesiae hydrico-carbonicae Decigramma et Catechu Centigrammata quina. *Ph. Gall.*

Pastilli Mannae.

Pastilli mannati. *Tablettes de Manne.*

Rp. Mannae in lacrimis *P.* 150.
Leni calore solve
Aquae Aurantii florum *P.* 75,
tum cola. In colatura dein solve
Gummi Arabici pulv. *P.* 50
et Sacchari *P.* 100.
Quo facto admisce
Sacchari *P.* 700.

Fiant pastilli ponderis unius Grammatis, quorum singuli contineant Centigrammata 15 Mannae. *Ph. Gall.*

Pastilli Menthae piperitae.

Trochisci (Rotulae, Pastilli) Menthae pip. *Ph. Russ. Tablettes de Menthe poivrée; Pastilles de Menthe Anglaises.*

Rp. Sacchari albi *P.* 90,
Mucil. Tragacanth. *P.* 9.
Mixtis immisceatur
Olei Menthae pip. rectificati *P.* 1,
antea bene contrita cum
Sacchari albi *P.* 10.

Fiant pastilli ponderis unius Grammatis. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Sacchari *Gm.* 180, Olei Menthae pip. *Gutt.* 24, Mucilag. Tragacanth. circiter *Gm.* 15 misceantur et fiant pastilli ponderis fere Grammatis.

Pastilli Morphini.

Trochisci Morphiae. *Morphia Lozenges.*

Rp. Morphini hydrochlorati *Decigm.* 13,
Tinct. Balsami Tolutani *Gm.* 13,
Sacchari pulv. *Gm.* 680,
Gummi Arabici pulv. *Gm.* 28,
Mucilag. Gummi Arab. *q. s.*
Aquae destill. *Gm.* 14.

Sali morphico Aqua destillata soluto addatur Tinctura Balsami Tolutani antea

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0146-6 DFG

cum Mucilaginis *Gm.* 60 commixta. Deinde admisceantur Saccharum et Mucilaginis q. s. Fiant pastilli 720, quorum singuli contineant fere Milligm. 2 (*Gm.* 0,0018 vel Grani $^1/_{36}$) salis morphici. Dosis: 1 ad 6 pastilli. *Ph. Brit.*

Pastilli Morphini cum Ipecacuanha.

Trochisci Morphiae et Ipecacuanhae. *Morphia and Ipecacuanha Lozenges.*

Rp. Morph. hydrochlorati *Decigm.* 13,
Rad. Ipecacuanh. pulv. *Decigm.* 39,
Tinct. Bals. Tolutani *Gm.* 13,
Sacchari pulv. *Gm.* 680,
Gummi Arabici *Gm.* 28,
Mucilag. Gummi Arab. *q. s.*
Aquae destillatae *Gm.* 14.

Sali morphico Aqua destillata soluto addatur Tinctura Balsami Tolutani antea cum mucilaginis *Gm.* 60 commixta, dein admisceatur Radix Ipecacuanhae antea cum Saccharo mixta et mucilaginis q. s., ut fiat massa, ex qua formentur pastilli 720, quorum singuli contineant Grammatis 0,0018 salis morphici et *Gm.* 0,0054 Radicis Ipecacuanhae. Pastilli calore leni hypocausti siccentur. Dosis: 1 ad 6 pastilli. *Ph. Brit.*

Pastilli Natri bicarbonici.

Trochisci Sodae Bicarbonatis. Tabellae cum Bicarbonate sodico. *Tablettes de Bicarbonate de Soude; Pastilles de Vichy ou d'Arcet. Bicarbonate of Soda Lozenges.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 195,
Mucilaginis Tragacanthae *P.* 18.

Fiant pastilli ponderis unius Grammatis. Pastilli singuli contineant Milligrammata 25 Natri bicarbonici. *Ph. Gall.*

Ad parationem horum pastillorum aromatizantium immisceas Grammatis 2000 mixturae e Natro bicarbonico et Saccharo

aut Olei Anisi *Centigm.* 25,
— — Citri — 30,
aut Olei Menth. p. *Centigm.* 20,
— — Naphae — 10,
— — Rosarum — 10,
— Tinct. Vanillae — 60.

Ph. Gall.

Ph. Helv. Pastilli ponderis Scrupuli vel Grammatis unius, parati e Natri bicarbonici *P.* 1, Sacchari *P.* 20 et Mucilaginis Tragacanthae *q. s.*

Ph. Germ. Natri bicarb. *P.* 2 et Sacchari *P.* 18 cum Spiritu Vini diluto ad pastillos ponderis Grammatis redigantur.

Ph. Brit. Natri bicarbon. *Gm.* 80, Sacchari *Gm.* 10, Gummi Arabici *Gm.* 10, omnia pulverata, misceantur cum Mucilaginis Gummi Arab. *Gm.* 20 et Aquae destillatae *Gm.* 10. Fiant pastilli 250, quorum singuli contineant fere Milligm. 320 Natri bicarbonici.

Pastilli Opii.

Trochisci Opii. *Opium Lozenges.*

Rp. Extracti Opii *Gm.* 5,
Tinct. Bals. Tolutani *Gm.* 14,
Sacchari pulv. *Gm.* 490,
Gummi Arabici pulv. *Gm.* 60,
Extracti Glycyrrhizae *Gm.* 180,
Aquae destill. *q. s.*

Extractum Opii paulo aquae solutum, Tinctura et Extractum Glycyrrhizae calore balnei aquae calefiant et evaporando ad spissitudinem densiorem reducantur, tum admisceantur Saccharum et Gummi Arabicum antea mixta. Fiant pastilli 770, quorum singuli contineant Grammatis 0,0064 vel Grani $^1/_{10}$ Extracti Opii. Dosis: 1 ad 6 pastilli. *Ph. Brit.*

Pastilli Santoninae.

Tablettes de Santonine.

Rp. Santoninae *Gm.* 10,
Sacchari albi *Gm.* 500,
Carmini e Coccionella *Centigm.* 25,
Mucil. Tragacanth. *Gm.* 45.

M. f. pastilli ponderis Decigrammatum quinque, quorum singuli contineant Centigramma unum Santoninae. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Santoninae *Gm.* 8, Sacchari *Gm.* 320 et Albuminis verberando in spumam densiorem conversi q. s. misceantur, ut massa spumosa efficiatur, ex qua pastilli (turbinulae) No. 240 for-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0147-2 DFG

mentur, qui siccentur. Quisque pastillus contineat Milligm. 33 Santoninae.

Ph. Germ. Albuminis ovi in spumam densam redacti *P.* 200 leni calore misceantur cum Santoninae *P.* 20, Sacchari *P.* 680, Tragacanthae *P.* 1. Fiant trochisci (turbinulae) ponderis sesquigrammatis, quos siccatos, a luce remotos serva. Trochiscus contineat Centigm. tria Santoninae.

Ph. Russ. Santoninae *Decigm.* 45, Sacchari *Gm.* 180, pulverata, misceantur cum Tincturae Vanillae *Decigm.* 75 et Mucilag. Tragacanth. circiter *Gm.* 15. Fiant pastilli, quorum singuli contineant Granum dimidium vel Centigm. tria Santoninae.

Pastilli Spongiae tostae.

Tablettes d'Éponges torréfiées.

Rp. Spong. tostae pulv. *Gm.* 100,
Sacchari albi *Gm.* 400,
Tragacanthae *Gm.* 5,
Aquae Cinnamomi *Gm.* 45.

M. f. pastilli ponderis Decigm. 5, quorum singuli contineant Decigramma Spongiae tostae. *Ph. Gall.*

Pastilli Stibii sulfurati rubei.

Pastilli Kermetis (mineralis). *Tablettes de Kermès.*

Rp. Stibii sulfurati rubei *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 45,
Gummi Arabici pulv.,
Aquae Aurantii flor. ãã *P.* 4.

Primo Stibium sulfuratum cum Sacchari quadrupla quantitate conteratur et Gummi in Aqua Aurantii florum solvatur, dein, admixta Sacchari quantitate reliqua, omnia misceantur. Fiant pastilli ponderis Decigrammatum quinque, et singuli contineant Centigramma Stibii sulfurati rubei. Serventur bene siccati pastilli in vitro obturato, a luce remoto. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Parentur e Stibii sulfurati rubei et Tragacanthae ãã *P.* 1, Succi Glycyrrhizae, Fructus Anisi ãã *P.* 5, Sacchari, albi *P.* 20, omnibus pulveratis, et Mucilaginis Gummi Arabici q. s. Singuli pastilli ponderis Centigm. 25 contineant Milligrammata sex Stibii sulfurati rubei.

Pastilli Sulfuris.

Tablettes de Soufre.

Rp. Sulfuris loti *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 90,
Tragacanthae *P.* 1,
Aquae Aurant. flor. *P.* 9.

M. f. pastilli ponderis unius Grammatis, quorum singuli contineant Decigramma Sulfuris. *Ph. Gall.*

Pentaphyllum s. **Quinquefolium.** Radix. *Quintefeuille.* (Potentilla reptans L.)

Pepo. Semina. *Courge Potiron; Giraumon.* (Cucurbita maxima. Cucurbita Pepo).

Pepsinum.

Pepsine.

Rp. Abomasorum vervecinorum recentium *q. v.*

Aqua frigida ablue et, membranam mucosam ope scoparum rigidissimarum fortiter radendo, mucum collige, quem cum aqua calore 15° C. per horas duas tantum maceres. Tum funde per linteum laxi textus et colaturae admisce

Aceti plumbici *q. s.*

Praecipitatum exortum, defuso liquore innatante, aqua frigida bis ablutum commisceatur cum aqua, tum in hanc mixturam

Acidum hydrosulfuricum gasiforme

inducatur, ut abundet. Quo facto filtra et liquorem in vasa plana plura disperti, in quibus exsiccatio calore 45° C. non excedente efficiatur. Postremo massam consistentiae pultis densioris, corradendo cultri ope flexibilis, collige et serva.

Sit massa extractiformis, coloris flavescentis, saporis aciduli et odoris proprii, neutiquam putridi.

Ad bonitatem explorandam ingere in lagenam orificio amplo munitam

Pepsini	*Grm.*	0,25
Aq. destill.	—	25,00
Acidi lactici conc.	—	0,40
Fibrinae e sanguine	—	10,00,

et digere calore 45° C. non excedente, interdum agitando. Duodecim horis praeterlapsis fibrina soluta sit, excepta mi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0148-7 DFG

nima copia materiae griseae. Liquor sit spissitudinis paulum gelatinosae, ebulliendo ne turbetur et addito Acido tannico ad massam coriaceam violaceam coëat. *Ph. Gall.*

Persica. Flores. *Pêcher.* (Persica vulgaris Mill.)

Petroleum. Oleum Petrae. Petroleum rectificatum s. Naphtha. *Naphte.*

Petroleum crudum (*Ph. Germ.*) Liquor coloris expers, subflavus aut subruber, iridescens. Pond. spec. 0,75 ad 0,85.

Petroselinum. Folia. Fructus. Oleum aethereum fructus. Radix. *Persil.* (Petroselinum sativum Hoffm.)

Phellandrium s. **Foeniculum aquaticum.** Fructus. *Phellandrie aquatique.* (Oenanthe Phellandrium Lamk.)

Phosphorus. *Phosphore. Phosphorus.*

Physostigma. Semen. Fabae Calabaricae. *Fève d'épreuve de Calabar. Calabar Bean; Ordeal Bean.* (Physostigma venenosum Balf.)

Pili Cibotii. Penghawar-Djambi. Paleae Cibotii s. stypticae. (Cibotium Baromez Smith).

Pilulae Acidi arsenicosi.

Pilules arsenicales; Pilules Asiatiques.

Rp. Acidi arsenicosi *Decigm.* 5,
Piperis nigri *Gm.* 5,
Gummi Arabici *Gm.* 1.

Subtilissime pulverata misceantur et ope Aquae destillatae *q. s.* fiat massa, ex qua pilulae 100 formentur, quarum singulae contineant *Milligm.* quina (5) Acidi arsenicosi. *Ph. Gall.*

Pilulae Aloës Barbadensis.

Pills of Barbadoes Aloes.

Rp. Aloës Barbadens. *P.* 100,
Saponis pulv. *P.* 50,
Olei Carvi *P.* 5,
Conservae Rosarum *P.* 50.

Contundendo in massam pilularem redigantur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Aloës et Asae foetidae.

Pills of Aloes and Assafoetida.

Rp. Aloës Socotrinae,
Asae foetidae,
Saponis pulv.,
Conservae Rosar. ãã *P.*

Contundendo in massam pilularem redigantur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Aloës compositae.

Rp. Aloës *Gm.* 12,
Extracti Gentianae *Gm.* 6,
Olei Carvi *Gm.* 1,
Rad. Althaeae pulv. *q. s.*

Ph. Gall. (e *Ph. Dan.*)

Pilulae Aloës cum Myrrha.

Pills of Aloes and Myrrh.

Rp. Aloës Socotrinae *P.* 4,
Myrrhae *P.* 2,
Croci sicci *P.* 1,
Conservae Rosar. *P.* 5.

Misce, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit., Gall.*

Pilulae aloëticae.

Pilulae Aloës Socotrinae. *Pilules d'Aloès simples. Pills of Socotrine Aloes.*

Rp. Aloës Capensis *Gm.* 30,
Conservae Rosarum *Gm.* 15.

Misce. Fiant pilulae ponderis *Centigm.* 15. Pilula contineat *Decigm.* Aloës. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Aloës Socotrinae *P.* 100, Saponis pulv. *P.* 50, Olei Sem. Myristicae aetherei *P.* 5, Conservae Rosarum *P.* 50 misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0149-6 DFG

Pilulae aloëticae ferratae.

Pilulae Aloës et Ferri. Pilulae Italicae nigrae *Ph. Germ.* *Pills of Aloes and Iron.*

Rp. Ferri sulfurici pulv. *P.* 3,
Aloës Barbadensis *P.* 4,
Pulveris Cinnamomi compositi *P.* 6,
Conservae Rosarum *P.* 8.

Miscendo conterendoque fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Ph. Germ. Ferri sulfurici oxydulati, calore exsiccati, et Aloës pulv. ãã *P.* cum ea Spiritus Vini quantitate contundantur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis *Centigrammatum* duodecim (12). Sint nitidae, coloris nigri.

Pilulae aloëticae saponatae.

Pilules d'Aloès et de Savon; Pilules aloétiques savonneuses.

Rp. Aloës Capensis,
Saponis medicati ãã *Gm.* 10.

Misce. Fiant pilulae ponderis *Decigm.* 2, quarum singulae contineant *Decigm.* Aloës. *Ph. Gall.*

Pilulae Andersonis.

Pilules d'Aloès et de Gomme-Gutte; Pilules Écossaises ou d'Anderson.

Rp. Aloës Barbadensis,
Gummi Gutti ãã *Gm.* 20,
Olei Anisi *Gm.* 1,
Mellis albi *Gm.* 10.

Misce. Fiant pilulae ponderis *Decigm.* 2, quarum singulae contineant *Centigm.* 8 Aloës. *Ph. Gall.*

Pilulae ante cibum.

Pilules ante cibum.

Rp. Aloës Capensis *Gm.* 10,
Extr. Chinae fuscae *Gm.* 5,
Cort. Cinnamomi *Gm.* 2,
Syrupi Absinthii *Gm.* 3.

Misce. Fiant pilulae 100, quarum singulae sint ponderis *Decigm.* 2 et contineant *Decigm.* Aloës. *Ph. Gall.*

Pilulae Asae foetidae compositae.

Pilulae Galbani comp. *Compound Pills of Assafoetida.*

Rp. Asae foetidae,
Galbani,
Myrrhae ãã *P.* 2,
Syrupi communis *P.* 1.

Mixtae calore aquae balnei inter agitationem in massam pilularem redigantur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Bontii.

Pilules de Bontius.

Rp. Aloës Barbadensis,
Gummi-resinae Ammoniaci,
Gutti ãã *Gm.* 10.

Pulverata immitte in
Aceti crudi *Gm.* 60,
et leni calore solve. Colatura cum expressione facta evaporet calore balnei aquae, ut massa pilularis efficiatur, ex qua pilulae ponderis *Decigm.* 2 (duorum) formentur. *Ph. Gall.*

Pilulae Chinini sulfurici.

Pilulae Quiniae *Ph. Brit.* Pilulae Sulfatis quinici. *Pilules de Sulfate de Quinine.* *Pills of Quinia.*

Rp. Chinini sulfurici *Gm.* 1,
Mellis albi *q. s.*

Misce. Fiant pilulae decem (10), Argento foliato obducendae, quarum singulae contineant *Decigramma* Chinini sulfurici. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Massa pilularum paretur e Chinini sulfurici *P.* 6 et Conservae Cynosbati *P.* 2, quae misceantur. Dosis: *Centigm.* 13 ad 65.

Pilulae Colocynthidis compositae.

Pilules de Coloquinte composées. *Compound Pills of Colocynth.*

Rp. Aloës Barbadensis,
Fruct. Colocynthidis pulv.,
Scammonii ãã *Gm.* 10,
Mellis liquidi *Gm.* 30,
Olei Caryophyll. *Centigm.* 5.

Fiant pilulae 200, quarum singulae contineant *Centgm.* 5 Scammonii. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0150-8 DFG

Ph. Brit. Colocynth. pulv. *P.* 100, Aloës Barbadensis, Scammonii ãã *P.* 200, Kali sulfurici *P.* 25, Olei Caryophyllorum *P.* 13, Aquae dest. *q. s.* misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6.

Pilulae Colocynthidis cum Hyoscyamo.

Pills of Colocynth and Hyoscyamus.

Rp. Massae pilularum Colocynthidis comp. *P.* 2,
Extracti Hyoscyami *P.* 1.

Misceantur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Conii compositae.

Compound Pills of Hemlock.

Rp. Extracti Conii *P.* 5,
Rad. Ipecacuanh. pulv. *P.* 1,
Syrupi communis *q. s.*

Misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Copaivae.

Pilules de Copahu.

Rp. Balsami Copaivae *Gm.* 10,
Magnesiae hydrico-carbonicae *q. s.*

Misce, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae 40, quas aut gelatina aut saccharo obducere licet. *Ph. Gall.*

Pilulae Cynoglossi.

Pilules de Cynoglosse. Pilules de Cynoglosse opiacées.

Rp. Extracti Opii,
Seminum Hyoscyami,
Corticis radicis Cynoglossi ãã *Gm.* 10,
Myrrhae *Gm.* 15,
Olibani *Gm.* 12,
Croci,
Castorei ãã *Gm.* 4.

Pulverata misceantur cum
Mellis depurati *Gm.* 35,
ut fiat massa, quae servetur. Si poscitur, pilulae ponderis *Decigm.* 2 ex hac massa formentur, quarum singulae contineant *Centigm.* 2 (bina) Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Pilulae ferratae Blaudii.

Pilulae Blaudii. *Pilules ferugineuses de Blaud.*

Rp. Ferri sulfurici oxydulati exsiccati,
Kali carbonici sicci ãã *Gm.* 30,
Gummi Arabici *Gm.* 5,
Aquae *Gm.* 30,
Syrupi Sacchari *Gm.* 15.

Gummi Arabico pulverato, in aqua calore balnei aquae soluto, addantur Syrupus et Ferrum sulfuricum. Tum mixtione perfecta, Kali carbonicum pulveratum inter agitandum spathulae ferreae ope immisceatur, calefaciendo mixturam, donec massa pilularis effecta fuerit, ex qua pilulae 120 formentur. Pilulae calore hypocausti siccati Argento foliato obducantur et in lagenis bene obturatis serventur. Pilula siccata sit ponderis circiter *Decigm.* 4. *Ph. Gall.*

Pilulae Ferri carbonici.

Pilulae Ferri Carbonatis. Pilulae Valletti. *Pilules de Protocarbonate de Fer (selon la formule de Vallet). Pills of Carbonate of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici oxydulati crystallisati *P.* 10,
Natri carbonici cryst. *P.* 12,
Mellis albi,
Sacchari Lactis ãã *P.* 3,
Sacchari albi *q. s.*

Ferrum sulfuricum in aqua, quae in centenis partibus partes Sacchari decem continet et coquendo ab aëre atmosphaerico liberata est, solvatur. Item Natrum carbonicum in aqua cocta Saccharum continente solvatur. Ambo liquores in lagenam confundantur, ita ut lagena inde plane repleta sit. Post agitationem liquor a sedimento exorto, e Ferro carbonico constante, decanthetur. Infundendo iterum iterumque aquam coctam et continentem Saccharum solutum, seponendo decanthandoque illud sedimentum exactissime eluatur, tum trajectum in linteum Syrupo Sacchari imbutum primo sensim deinde fortiter exprimatur.

Ferrum carbonicum hoc modo effec-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0151-3 DFG

tum cum Melle misceatur et, adjecto Saccharo Lactis, calore aquae balnei usque ad consistentiam extracti evaporet.

Ad parationem pilularum sumantur hujus

massae extractiformis *P.* 6,

quae commixtae cum

Rad. Glycyrrhizae pulv.,
et Rad. Althaeae ãã *P.* 1

praebeant pilulas ponderis Centigrammatum viginti quinque (25), argento foliato obducendas. Serventur in lagenis obturatis. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Massa pilularis paretur e Ferri carbonici saccharati *P.* 4, Conservae Rosarum *P.* 1 miscendis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6.

Pilulae Ferri jodati.

Pilulae Ferri Jodidi *Ph. Brit.* Pilulae Jodureti ferrosi (Blancardi). *Pilules de Protojodure de Fer (selon la formule de Blancard). Pills of Jodide of Iron.*

Rp. Jodi *Gm.* 40,
Ferri limati *Gm.* 20,
Aquae destill. *Gm.* 60.

In lagenulam immissae agitentur et liquor post aliquod tempus viridulus filtretur, liquorem ab filtro defluentem in patina pondere ejus antea examinato, quae

Mellis albi *Gm.* 50.

continet, excipiendo et filtrum *P.* 1 aquae cum paululo mellis mixtae eluendo.

Liquor filtratus cum Melle ad *Gm.* centum (100) remanentes evaporet et refrigeratus misceatur cum quantitate sufficiente mixturae paratae e

Rad. Glycyrrhizae pulv.
et Rad. Althaeae pulv. ãã *P.*,

ut fiat massa, ex qua formentur pilulae mille (1000), quae recentes primo ferro subtilissime pulverato conspergantur, dein vernice, parata e Mastiche, Balsamo Tolutano et Aethere, obducantur. Indumento resinoso siccato pilulae in lagenis bene obturatis serventur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Massa pilularis paretur e Ferri limati *P.* 4, Jodi *P.* 8, Sacchari albi *P.* 7, Radicis Glycyrrhizae pulv. *P.* 14, Aquae dest. *P.* 5. Ferrum et Jodum cum aqua conquassentur, tum cum Saccharo conterantur, paulatim addendo Radicem Glycyrrhizae pulveratam. *Dosis*: *Decigm.* 2 ad 5.

Pilulae Ferri cum Myrrha.

Ph. Gall. (e *Ph. Belg.*) Myrrhae grosso modo pulv. *P.* 2, Natri carbonici cryst., Ferri sulfurici cryst., Syrupi Caramel ãã *P.* 1 misceantur.

Pilulae Galbani compositae.

Rp. Galbani *P.* 2,
Myrrhae,
Sagapeni ãã *P.* 3,
Asae foetidae *P.* 1,
Saponis *P.* 2,
Syrupi Sacchari *q. s.*

Ph. Gall. (e *Manuali pharm. Hageri.*)

Pilulae Gutti compositae.

Pilulae Cambogiae comp. *Compound Pills of Gamboge.*

Rp. Aloës Barbadensis,
Pulv. Cinnamomi comp.,
Gutti ãã *P.* 1,
Saponis pulv. *P.* 2,
Syrupi Sacchari *q. s.*

Mixtae calore balnei aquae in massam pilularem redigantur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Helvetii.

Pilules alunées d'Helvétius.

Rp. Aluminis *Gm.* 20,
Sanguinis Draconis,
Mellis rosati ãã *Gm.* 10.

Misce. Fiant pilulae ponderis *Decigm.* 2, Sanguine Draconis pulverato conspergendae. *Ph. Gall.*

Pilulae Hydrargyri bichlorati opiatae.

Pilulae Dupuytreni. *Pilules de Dupuytren; Pilules de Deutochlorure de Mercure opiacées.*

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi *Decigm.* 2,
Extracti Opii *Decigm.* 4,
Extracti Guajaci *Decigm.* 8.

Misce, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae viginti (20), quarum singulae contineant *Centigramma* Hydrargyri bichlorati corrosivi et *Centigrammata* bina Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0152-9 DFG

Pilulae Hydrargyri chlorati mitis compositae.

Pilulae Calomelanos comp. Pilulae Hydrargyri subchloridi comp. *Compound Pills of Subchloride of Mercury.*

Rp. Hydrargyri chlorati mitis,
Stibii sulfurati rubei (cum Stibio oxydato) ãã *P.* 20,
Resinae Guajaci *P.* 40,
Olei Ricini *P.* 19 vel *q. s.*

Misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Hydrargyri jodati opiatae.

Pilulae Jodureti hydrargyrosi. *Pilules de Protojodure de Mercure opiacées.*

Rp. Hydrargyri jodati flavi recens parati *Gm.* 5,
Extracti Opii *Gm.* 2,
Conservae Rosarum *Gm.* 10,
Rad. Glycyrrhiz. pulv. *q. s.*

Misce., ut fiat massa, ex qua pilulae centum (100) formentur, quarum singulae contineant *Centigm.* quina Hydrargyri jodati et *Centigm.* bina Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Pilulae Jalapae.

Pilulae purgantes.

Rp. Saponis jalapini *P.* 3,
Tuberum Jalapae pulv. *P.* 1.

Misceantur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis *Centigrammatum* duodecim (12), Lycopodio conspergendae. *Ph. Germ.*

Pilulae Ipecacuanhae cum Scilla.

Pills of Ipecacuanha with Squill.

Rp. Pulveris Ipecacuanhae compositi *P.* 3,
Bulbi Scillae pulv.,
Gummi-resinae Ammoniaci ãã *P.* 1,
Syrupi communis *q. s.*

Misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae Kali nitrici camphoratae.

Pilulae cum Nitro et Camphora. *Pilules de Nitre camphrées.*

Rp. Kali nitrici *P.* 10,
Camphorae tritae,
Conservae Rosar. ãã *P.* 5.

M. Fiant pilulae ponderis *Decigm.* duorum (2), quarum singulae contineant *Decigramma* Kali nitrici et *Centigm.* quina Camphorae. *Ph. Gall.*

Pilulae Meglini.

Pilules de Méglin. Pilules de Jusquiame et de Valeriane composées.

Rp. Extracti sprituosi Hyoscyami,
Extracti spirit. Valerianae,
Zinci oxydati ãã *Gm.* 10.

Misce. Fiant pilulae 200, quarum singulae contineant *Centigm.* 5 Extracti Hyoscyami. *Ph. Gall.*

Pilulae mercuriales.

Pilulae Hydrargyri. Pilulae caeruleae. Pilulae hydrargyrosae simplices. *Pilules mercurielles simples; Pilules bleues. Mercurial Pills.*

Rp. Hydrargyri *Gm.* 20,
Conservae Rosarum *Gm.* 30,
Rad. Glycyrrhiz. pulv. *Gm.* 10.

Hydrargyro conterendo cum Conserva perfecte extincto pulvis Glycyrrhizae immisceatur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae quadringentae (400), quarum singulae contineant Centigm. quina Hydrargyri. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Massa pilularis paretur ex Hydrargyri *P.* 2, Conservae Rosarum *P.* 3, Radicis Glycyrrhizae pulv. *P.* 1. *Dosis: Decigm.* 2 ad 5.

Pilulae mercuriales purgativae.

Pilulae mercuriales Bellostei. Pilulae hydrargyrosae Bellostei. *Pilules de Belloste; Pilules mercurielles purgatives Ph. Gall.*

Rp. Hydrargyri,
Mellis albi,
Aloës Capensis pulv. ãã *P.* 6,
Piperis nigri pulv. *P.* 1,
Rad. Rhei pulv. *P.* 3,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0153-5 DFG

Scammonii Halep. *P.* 2.

Hydrargyrum cum Melle, addita portione aliqua Aloës, perfecte extinguatur, tum cum Pipere, Radice Rhei, Scammonio et reliqua portione Aloës antea conterendo mixtis commisceatur, ut fiat massa, ex qua formentur pilulae ponderis *Decigm.* duo (2), quarum singulae contineant *Centigm.* quina Hydrargyri et *Milligm.* septena dena (17) Scammonii. *Ph. Gall.*

Pilulae mercuriales saponatae.

Pilulae hydrargyrosae Sedilloti. *Pilules de Sédillot. Pilules mercurielles savonneuses.*

Rp. Unguenti Hydrargyri cinerei fortioris *P.* 3,
Saponis medicati pulv. *P.* 2,
Rad. Glycyrrhiz. pulv. *P.* 1.

M. Fiant pilulae ponderis *Decigm.* duorum (2), quarum singulae contineant *Centigm.* quina Hydrargyri. *Ph. Gall.*

Pilulae Morphini hydrochlorici.

Pilules de Chlorhydrate de Morphine.

Rp. Morphini hydrochlorici,
Sacchari Lactis ãã *Gm.* 1,
Mellis albi *q. s.*

Misce. Fiant pilulae 100, Amylo conspergendae, quarum singulae contineant *Centigm.* Morphini hydrochlorici. *Ph. Gall.*

Pilulae Opii saponatae.

Pilulae Saponis compositae *Ph. Brit.* Pilulae Opii *Ph. Brit. Compound Pills of Soap.*

Rp. Opii pulverati *P.* 1,
Saponis pulv. *P.* 4,
Aquae destillat. *q. s.*

Misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 2 ad 3. *Ph. Brit.*

Pilulae Plumbi cum Opio.

Pills of Lead and Opium.

Rp. Plumbi acetici pulv. *P.* 6,
Opii pulverati,
Conservae Rosarum ãã *P.* 1.

Misceantur. Dosis: *Decigm.* 2 ad 3. *Ph. Brit.*

Pilulae Rhei compositae.

Compound Rhubarb Pills.

Rp. Radicis Rhei pulv. *P.* 120,
Aloës Socotrinae *P.* 90,
Saponis medicati,
Myrrhae pulv. ãã *P.* 60,
Olei Menthae pip. *P.* 7,
Syrupi communis *P.* 160.

Misceantur, ut fiat massa pilularis. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Pilulae saponatae.

Pilulae Saponis. *Pilules de Savon.*

Rp. Saponis medicati *Gm.* 20.

Sapo radatur, tum pinsendo in mortario marmoreo in massam depsiticiam convertatur, ex qua formentur pilulae centum (100), Amylo conspergendae. Singulae pilulae contineant bina *Decigm.* *Ph. Gall.*

Pilulae saponatae nitratae.

Pilulae cum Sapone et Nitro. *Pilules savonneuses nitrées.*

Rp. Saponis medicati mollis *Gm.* 20,
Rad. Althaeae pulv. *Gm.* 3,
Kali nitrici pulv. *Gm.* 2.

M. Fiant pilulae centum (100), Amylo conspergendae, quarum singulae ponderis Centigm. viginti quinque (25) contineant *Decigm.* bina Saponis et *Centigm.* bina Kali nitrici. *Ph. Gall.*

Pilulae Scillae compositae.

Compound Squill Pills.

Rp. Bulbi Scillae *P.* 5,
Rhizomat. Zingiberis,
Gummi-resinae Ammoniaci,
Saponis medicati ãã *P.* 4.

Pulveratae commisceantur cum
Syrupi communis *P.* 8
vel *q. s.*, ut massa pilularis efficiatur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 6. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0154-0 DFG

Pilulae Terebinthinae.
Pilules de Térebinthine.

Rp. Terebinthinae abiegnae *Gm.* 40,
Magnesiae hydrico-carbonicae *Gm.* 30.

M. Fiant pilulae ducentae (200), quarum singulae contineant *Decigm.* bina Terebinthinae. *Ph. Gall.*

Pilulae Terebinthinae coctae.
Pilules de Térébinthine cuite.

Rp. Terebinthinae laricinae *Gm.* 100.

Terebinthina in patinam argenteam aut cupream stanno bene obductam immissa et aquae purae *Gm.* 2000*v* vel 3000*v* superinfusa coquatur, donec portiuncula exemta, aquae frigidae submersa, consistentiam palpabilem adepta fuerit. Terebinthina hoc modo cocta in olla servetur.

Ad parandas pilulas Terebinthina cocta emolliatur aquae calidae immergendo, tum inde formentur pilulae ponderis *Decigm.* trium (3), aut in aqua conservandae, aut Amylo conspergendae *Ph. Gall.*

Pimpinella. Radix. *Saxifrage (grande); Boucage.* (Pimpinella magna et Saxifraga L.)

Pinea. Nuclei. *Semence du Pin à pignons. (Pignon doux.* Pinus Pinea L.)

Pinus. Gemmae s. Strobili. *Sapin; (Bourgeons de Sapin).* (Pinus Picea L. et Pinus silvestris L.)

Pinus. Resina Americana. Thus Americanum. *Common Frankincense.* (Pinus Taeda L. Pinus palustris Mill.)

Piper album. Semen Piperis album. (Piper nigrum L.)

Piper longum. *Poivre long.* (Chavica officinarum Miq.)

Piper nigrum s. **Fructus Piperis.** *Poivre noir. Black Pepper.* (Piper nigrum L.)

Pistaciae (Semina). *Pistaches* (Pistacia vera L.)

Pix liquida. Resina empyreumatica liquida. *Goudron végétal. Tar.* (Species var. Pini.)

Pix nigra. Pix navalis. Resina empyreumatica solida. *Poix noire.*

Plantago. Herba florens. *Plantain.* (Plantago major, media et lanceolata L.)

Plumbum. *Plomb. Lead.*

Plumbum aceticum. Acetas plumbicus. *Acétate de Plomb; Sel de Saturne; Sucre de Saturne. Acetate of Lead.*

Plumbum jodatum. Joduretum plumbicum. Jodidum Plumbi. *Jodure de Plomb. Jodide of Lead.*

Rp. Plumbi nitrici *P.* 1.
Solve calore non adhibito
Aquae dest. *q. s.* (*P.* 6).
Tum paulatim instilla liquorem solvendo paratum e
Kalii jodati et
Aquae destill. ãã *P.* 1,
quamdiu praecipitatum proficiscitur, quod filtro collectum et aqua frigida elutum loco tepido siccetur atque loco luci subtracto servetur. *Ph. Gall, Brit.*

Ph. Helv. Praecipitatum effectum ex Plumbi acet. cryst *P.* 9 (Aquae dest. *P.* 40 atque aliquot guttis Acidi acetici solutis) et Kalii jodati *P.* 8 (Aquae destill. frig. *P.* 5 solutis).

Ph. Russ. praecipit: Plumbi acet. cryst. *P.* 6 et Aq. dest. *P.* 48, Acidi acetici *P.* $^1/_8$; Kalii jodati *P.* $5^1/_4$ et Aq. dest. *P.* 48.

Ph. Germ. praecipit Plumbi acet. *P.* 12 et Aquae destill. *P.* 100; Kalii jodati *P.* 10 et Aquae dest. *P.* 100.

Plumbum nitricum. Nitras plumbicus. *Nitrate de Plomb. Nitrate of Lead.* (PbO,NO^5).

Plumbum oxydatum (fusum). Lithargyrum. Oxydum plumbicum (fusum). Oxydum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0155-6 DFG

Plumbi. *Oxyde de Plomb fondu; Litharge. Oxide of Lead.* (PbO).

Plumbum oxydatum rubrum. Minium. Oxydum plumbicum rubrum. *Oxyde de Plomb rouge; Minium.*

Plumbum subaceticum solutum.

Liquor Plumbi subacetici. Liquor Subacetatis Plumbi. Liquor Plumbi acetici *Ph. Helv.* Acetum plumbicum. Subacetas plumbicus *Ph. Gall. Sousacetate de Plomb liquide; Extrait de Saturne. Solution of Subacetate of Lead.*

Ph. Gall. Paretur ex

Plumbi acetici *P.* 3,
Plumbi oxydati *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 8.

Pd. spec. 1,32.

Ph Brit. 10, 6, 40. Pd. sp. 1,26.

Ph. Helv. 2, 1, 6. Pd. sp. 1,295—1,300.

Ph. Germ., Russ. 3, 1, 10. Pd. sp. 1,236—1,240.

Plumbum subcarbonicum s. **Cerussa.** Plumbum carbonicum. *Carbonate de Plomb; Céruse. Carbonate of Lead.*

Plumbum tannicum pultiforme.

Cataplasma s. Unguentum ad decubitum Autenriethi.

Rp. Corticis Quercus concisi *P.* 8,
Aquae communis *q. s.*

Coquantur per semihoram, ut sint colaturae filtratae *P.* 40, quibus inter agitationem admisceantur

Aceti plumbici *P.* 4.

Praecipitatum filtro separatum, pondere circiter *P.* 12 adaequans, adhuc humidum et spissitudinis linimenti in ollam immittatur et cum

Spiritus Vini rectfss. *P.* 1

commisceatur. Nonnisi ad dispensationem paretur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Decoctum limpidum ponderis *P.* 8, ex Corticis Quercus *P.* 1 paratum, commisceatur cum Aceto plumbico, quamdiu praecipitatum inde nascitur. De praecipitato filtro collecto demanet aqua, donec massa consistentiam mollis unguenti obtinuerit. Paretur semper recens.

Ph. Russ. Decoctum ponderis *P.* 64, ex Corticis Quercus *P.* 16 paratum, commisceatur cum Aceti plumbici *P.* 16. Praecipitatum, postquam liquor defluxerit, cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 2 commixtum dispensetur.

Podophyllum. Radix. *Podophyllum Root.* (Podophyllum peltatum L.) *Ph. Brit.*

Polium montanum. Herba florens. *Pouliot des montagnes* 1. *à fleurs blanches* (Teucrium Polium et montanum; 2. *à fleurs jaunes.* (Teucrium aureum et flavescens).

Polygala amara. Herba cum radice. Radix. *Polygala amer.* (Polygala amara L.)

Polygonatum s. **Sigillum Salomonis.** Rhizoma. *Sceau-de-Salamon.* (Polygonatum officinale All. s. vulgare Desf.)

Polypodium. Rhizoma. *Polypode commun; Polypode de Chêne.* (Polypodium vulgare L.)

Pomatum i. q. Unguentum.

Populus. Gemmae. *Peuplier.* (Species Populi variae. Populus nigra L. *Ph. Gall.*)

Portulaca sativa. Herba recens. *Pourpier cultivé.* (Portulaca sativa L.)

Potio adstringens.
Potion astringente.

Rp. Extracti Ratanhae *Gm.* 5.
Solve
Aquae commun. *Gm.* 100.
Post filtrationem addantur
Syrupi Cydoniae *Gm.* 50.
Ph. Gall.

Potio ammoniacalis.
Potion ammoniacale. Potio cum Ammonia.

Rp. Aquae communis *Gm.* 100,
Syrupi Sacchari *Gm.* 30,
Ammoni caust. soluti *Decigm.* 5.
Misce. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0156-2 DFG

Potio anodyna.

Potion calmante; Julep calmant.

Rp. Syrupi Opii *Gm.* 10,
Syr. flor. Naphae *Gm.* 20,
Aquae Tiliae *Gm.* 120.
M. *Ph. Gall.*

Potio antihysterica.

Potion antihystérique.

Rp. Syrupi Artemisiae comp. *Gm.* 30,
Tinct. Castorei *Gm.* 2,
Aq. Valerianae *Gm.* 60,
Aq. flor. Naphae *Gm.* 60,
Aetheris *Gm.* 4.
Primo Syrupus cum Tinctura misceatur, dein Aqua addatur *Ph. Gall.*

Potio antispasmodica.

Potion antispasmodique.

Rp. Syrupi flor. Naphae *Gm.* 30,
Aquae Tiliae *Gm.* 90,
Aquae flor. Naphae *Gm.* 30,
Aetheris *Gm.* 2.
M. *Ph. Gall.*

Potio antispasmodica opiata.

Potion antispasmodique opiacée. (Formula nosocomiorum Parisiensium).

Rp. Syrupi Opii *Gm.* 15,
Syrupi Sacchari *Gm.* 10,
Aq. flor. Naphae *Gm.* 15,
Aquae comm. *Gm.* 100,
Aetheris *Gm.* 1.
M. *Ph. Gall.*

Potio aromatica s. cardiaca.

Potion aromatique ou cordiale.

Rp. Syrupi Dianthi Caryophylli *Gm.* 30,
Spiritus Cinnamomi *Gm.* 15,
Electuarii Croci comp. *Gm.* 5,
Aquae Menth. pip. *Gm.* 60,
Aquae flor. Naphae *Gm.* 60.
Misce. *Ph. Gall.*

Potio balsamica.

Potion balsamique; Potion de Choppart.

Rp. Acid. nitrici alcoholisati *Gm.* 8,
Spirit. V. rectf. (pd. spec. 0,864) *Gm.* 60.
Mixtis adde
Balsami Copaivae *Gm.* 60,
dein
Syrupi Bals. Tolut. *Gm.* 60,
Aq. Menth. pip. *Gm.* 120.
Ph. Gall.

Ph. Russ. Conferatur Mixtura Balsami Copaivae.

Potio bechica.

Potion béchique; Julep béchique.

Rp. Infusi Spec. bechic. *Gm.* 120,
Syrupi Gummi Arab. *Gm.* 30,
Misce. *Ph. Gall.*

Potio effervescens.

Saturatio Kali carbonici *Ph. Germ.*, *Ph. Russ.* Liquor Kali citrici *Ph. Russ.* Mixtura salina Riverii. Potio Riveri. *Potion gazeuse; Potion antivomitive de Rivière.*

Ph. Gall. praecipit duas potiones conjungendas atque No. 1 et No. 2 signandas.

No. 1. — Potio alkalina. *Potion alcaline.*

Rp. Kali bicarbonici *Gm.* 2,
Aquae communis *Gm.* 50,
Syrupi Sacchari *Gm.* 15.
M. et solve.

No 2. — Potio acida. *Potion acide.*

Rp. Acidi citrici *Gm.* 2,
Aquae communis *Gm.* 50,
Syrupi Acidi citrici citrosati *Gm.* 15.
M.

Ad usum Potioni alkalinae, mensura cochlearis, in vitrum infusae addatur Potio acida, mensura etiam cochlearis, et inter agitationem mixtura hauriatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Paretur ex Kali carbonici puri *Gm.* 1 quantitate sufficiente Acidi citrici aqua soluti neutralisando, ut liquoris sint *Gm.* 30.

Ph. Russ. Kali bicarbonici *Decig.* 55, Aquae destillatae *Gm.* 90, Acidi citrici *Centg.* 375 hoc ordine in lagenam im-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0157-7 DFG

mittantur. Potio Riverii cum Succo Citri parata efficiatur ex Kali bicarbonici *Decig.* 55, Succi Citri recentis q. s. (circiter *Gm.* 45) et Aquae destillatae ea quantitate, ut liquoris sint *Gm.* 90.

Potio gummosa.

Potion gommeuse.

Rp. Gummi Arab. pulv. *Gm.* 10,
Syrupi G. Arab. *Gm.* 30,
Aquae flor. Naphae *Gm.* 10,
Aquae communis *Gm.* 100.
M. l. a. *Ph. Gall.*

Potio Magnesiae.

Potion à la Magnésie; Médecine blanche.

Rp. Magnesiae ustae *Gm.* 8,
Aquae communis *Gm.* 40.
Conterendo mixtis, usque ad ebullitionem calefactis admisce inter agitationem
Sacchari albi *Gm.* 50,
deinde
Aq. flor. Naphae *Gm.* 20.
Quo facto liquor per cribrum, spathula agitando, perfundatur. *Ph. Gall.*

Potio Magnesiae citricae.

Solutum cum Citrate magnesico *Ph. Gall.*
Limonade purgative au Citrate de Magnésie.

Rp. Acidi citrici cryst. *Gm.* 30.
Solutis in
Aquae *Gm.* 300
admisce
Magnesiae hydrico-carb. *Gm.* 18.
Effervescentia peracta liquorem filtrando in lagenam infunde, qua continentur
Syrupi Sacchari *Gm.* 100,
Tincturae flaved. Citri recentis *Gm.* 1.
Ph. Gall.

Si potionem talem vis efficere, ut sit aërophora, Magnesiae hydrico-carbonicae *Grammatis* 4 substituantur Natri bicarbonici *Grammata* 4, quae mixturae, dum imponitur lagenae epistomium, ingerantur.

Mixtura, quae lagena una continetur, Grammatis 50 Citratis Magnesiae respondet.

Mixtura *Gm.* 30 Citratis continens paretur ex Acidi citrici *Gm.* 18 et Magnes. hydr. carb. *Gm.* 10,8.

Mixtura *Gm.* 40 Citratis continens paretur ex Acidi citrici *Gm.* 24 et Magnes. hydr. carb. *Gm.* 14,4.
Ph. Gall.

Loco Tincturae flaved. Citri rec. immiscendae sumere potes Tincturam flaved. Aurant., loco Syrupi Sacchari cum Tinctura Syrupum Ribium, Syrupum Cerasorum etc. *Ph. Gall.*

Potio purgans Anglorum.

Potio nigra. Black Draught.

Rp. Foliorum Sennae *P.* 15,
Mannae *P.* 34,
Aquae fervidae *P.* 125,
Magnesiae sulfuricae *P.* 24,
Aquae Cinnamomi *P.* 15,
Tinct. Sennae comp. *P.* 8.
Ph. Gall. (e *Ph. Belg.*)

Potio purgativa.

Apozème purgative; Médecine noire.

Rp. Fol. Sennae *Gm.* 10,
Rd. Rhei *Gm.* 5,
Aquae fervidae *Gm.* 120.
Post horam dimidiam exprime. In colatura solve
Natri sulfurici *Gm.* 15,
Mannae Calabrin. *Gm.* 60.
Dein cola, fac sedimentent et decantha. *Ph. Gall.*

Potio saccharata aërophora.

Limonade gazeuse.

Ph. Gall. Aquae carbonicae quantitati, quae lagenam capacem 650 *Grm.* replet, addantur Syrupi Limonum *Grm.* 80.

Potio scillitica.

Potion scillitique; Potion diurétique.

Rp. Oxymell. scillitici *Gm.* 15,
Aq. Hyssopi *Gm.* 100,
Aq. Menth. pip. *Gm.* 30,
Acidi nitrici alcoholisati *Gm.* 2.
Misce. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0158-3 DFG

Potio tonica.

Potio roborans. *Potion tonique.*

Rp. Syrupi Chinae *Gm.* 25,
Spirit. Melissae *Gm.* 5,
Aq. Menth. pip. *Gm.* 30,
Aq. communis *Gm.* 90.
Misce. *Ph. Gall.*

Primula veris. Flores. Radix. *Primevère.* (Primula officinalis Jacq.)

Prunus. Fructus siccati. Pruna siccata. *Pruneau noir; Prunes.* (*Prunier commun.* Prunus domestica L.)

Pseudonarcissus s. **Bulbocodium.** Flores. *Narcisse des prés.* (Narcissus Pseudo-narcissus L.)

Psyllium. Semina. *Psyllium; Herbe aux puces.* (Plantago Psyllium L. *Plantain de sables;* Plantago arenaria Waldst.)

Ptisana cum Acido sulfurico.

Limonade sulfurique.

Rp. Acidi sulfurici conc. *Gm.* 2,
Aquae *Gm.* 900,
Syrupi Sacchari *Gm.* 100.
Misce. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Ptisana c. Acido nitrico (pd. spec. 1,42). (*Limonade nitrique*).

Ptisana c. Acido phosphorico (pd. spec. 1,45). (*Limonade phosphorique*).

Ptisana cum Acido tartarico.

Limonade tartrique.

Rp. Syrupi Acidi tartarici *Gm.* 100,
Aquae *Gm.* 900.
Misce.

Aequali modo parentur

Ptisana c. Acido citrico e Syrupo Acidi citrici et *Gm.* 1,5 Tinct. flaved. rec. Citri aut *Gm.* 1,5 Tinct. flaved. rec. Aurantii (*Limonade citrique, Limonade à l'Orange*).

Ptisana Cerasorum (*Limonade à la Cerise*).

Ptisana Ribium rubr. (*Limonade à la Groseille*),

Ptisana Rubi Idaei (*Limonade à la Framboise*).

Ptisana Arnicae florum.

Tisane de fleurs d'Arnica.

Rp. Florum Arnicae *Gm.* 4,
Aquae ferventis *Gm.* 1000.
Digere per horam dimidiam et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur

Ptisana Croci (*Tisane de Safran*), quae coletur.

Ptisana Aurantii foliorum.

Ptisana de foliis Citri vulgaris. *Tisane de feuilles d'Oranger.*

Rp. Fol. Aurantii *Gm.* 5,
Aquae ferventis *Gm.* 1000.
Digere per horam dimidiam et cola. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Ptisanae

Absinthii fol. (*Tisane de feuilles d'Absinthe*),

Althaeae florum (*Tisane de fleurs de Guimauve*),

Adianti pedati fol. (*Tisane de feuilles de Capillaire du Canada*),

Chamomillae flor. (*Tisane de fleurs de Camomille*),

Hyssopi herb. (*Tisane de feuilles d'Hysope*),

Malvae silvestris florum (*Tisane de fleurs de Mauve*),

Melissae fol. (*Tisane de feuilles de Mélisse*),

Menthae fol. (*Tisane de feuilles de Menthe*),

Rhoeados Papav. florum (*Tisane de fleurs de Coquelicot*),

Salviae off. fol. (*Tisane de feuilles de Sauge*),

Sambuci nigrae florum (*Tisane de fleurs de Sureau*),

Theae perlatae (*Thé perlé*),

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0159-2 DFG

Tiliae florum (*Tisane de fleurs de Tilleul*),
Tussilaginis Farf. florum. (*Tisane de fleurs de Tussilage*),
Verbasci Thapsi florum (*Tisane de fleurs de Bouillon-blanc*),
Violae odoratae florum (*Tisane de fleurs de Violette*).

Ptisana Bardanae.

Ptisana Lappae majoris radicis. *Tisane de Bardane.*

Rp. Rad. Bardanae conc. *Gm.* 2.
A pulvere depuratae radici affunde
Aquae ferventis *Gm.* 1000.
Digere per duas horas et cola. *Ph. Gall.*
Eodem modo parentur:

Ptisanae

Asparagi off. rad. (*Tisane de racine d'Asperge*),
Chinae corticis (*Tisane d'écorce de Quinquina*),
Consolidae v. rad. Symphyti off. (*Tisane de racine de grande Consoude*),
Dulcamarae stip. (*Tisane de tiges de Douce-amère*),
Fragariae vescae rad. (*Tisane de racine de Fraisier*),
Helenii rad. (*Tisane de racine d'Aunée*),
Ratanhae rad. (*Tisane de racine de Ratanhia*),
Rumicis acuti rad. (*Tisane de racine de Patience*).
Saponariae rad. (*Tisane de racine de Saponaire*),
Turionum Pini (*Tisane de bourgeons de Sapin*).

Ptisana Borraginis.

Tisane de feuilles de Bourrache.

Rp. Fol. sicc. Borragin. off. *Gm.* 10,
Aquae ferventis *Gm.* 1000.
Digere per horam dimidiam et cola. *Ph. Gall.*
Eodem modo parentur:

Ptisanae

Artemisiae vulg. fol. (*Tisane de feuilles d'Armoise*),
Anisi fruct. (*Tisane de fruits d'Anis*),
Cardui benedicti fol. (*Tisane de feuilles de Chardon bénit*),
Centaurii minoris herbae (*Tisane de sommités de petite Centaurée*),
Cichorii Intybi fol. (*Tisane de feuilles de Chicorée*),
Fumariae herb. (*Tisane de feuilles de Fumeterre*),
Hederae terrestris herb. (*Tisane de feuilles de Lierre terrestre*),
Humuli Lupuli strobilorum (*Tisane de cônes de Houblon*),
Jaceae s. **Violae tricoloris** herb. (*Tisane de feuilles de Pensée sauvage*),
Lini sem. (*Tisane de Graine de Lin*),
Parietariae offic. herb. (*Tisane de feuilles de Pariétaire*).
Rosarum petalorum rubr. (*Tisane de pétales de Rose rouge*).
Saponariae offic. fol. (*Tisane de feuilles de Saponaire*),
Scabiosae succisae fol. (*Tisane de feuilles de Scabieuse*).

Ptisana Caragaheen.

Tisane de Carragaheen; Tisane de Mousse perlée.

Rp. Caragaheen *Gm.* 5,
Aquae *q. s.*
Fucus aqua ablutus cum aqua per decem partes sexagesimas horae coquatur. Colaturae sint *Gm.* 1000. *Ph. Gall.*

Ptisana Cassiae extracti.

Tisane de Casse.

Rp. Extracti Cassiae fistulae *Gm.* 10,
Aquae 60° C. calidae *Gm.* 1000.
Terendo bene mixta cola (per pannum coactile).

Ptisana Citri.

Potus citratus. *Limonade commune.*

Rp. Fruct. Citri *No.* 2,
Aquae fervidae *Gm.* 1000,
Sacchari *Gm.* 50.
Fructibus Citri ad taleolas dissectis, rejectis seminibus, aquam fervidam affunde. Hora una praeterlapsa adde Saccharum, postremo cola. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0160-3 DFG

Ptisana Fructuum pectoralium.

Ptisana de Fructibus bechicis. *Tisane de fruits pectoraux.*

Rp. Fruct. pectoral *Gm.* 50.
Nucleis rejectis Dactyli atque Jujubae, cum fructibus ceteris et aquae q. s. ebulliant per horam dimidiam. Colaturae sint *Gm* 1000. *Ph. Gall.*

Ptisana Gentianae.

Tisane de Gentiane.

Rp. Rad. Gentianae inc. *Gm.* 5,
Aquae frigidae *Gm.* 1000.
Macera per quattuor horas et cola. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Ptisanae Quassiae ligni (*Tisane de Quassia amara*),
Rhei rad. (*Tisane de Rhubarbe*),
Simarubae cort. (*Tisane de Simarouba*).

Ptisana Glycyrrhizae.

Tisane de Réglisse; Tisane commune des Hôpitaux.

Rp. Rad. Liquiritiae *Gm.* 10,
Aquae ferventis *Gm.* 1000.
Digere per duas horas et cola.

Aequali modo parentur:

Ptisana Althaeae rad. (*Tisane de racine de Guimauve*),
Ptisana (Polygalae) Senegae rad. (*Tisane de racine de Polygala*).
Ptisana Valerianae rad. (*Tisane de racine de Valériane*).

Ptisana Graminis.

Tisane de Chiendent.

Rp. Rhizomatum Graminis concis. *Gm.* 20.
In mortario marmoreo contusis affunde
Aquae *q. s.*
et coque per semihoram. Colaturae sint *Gm.* 1000. *Ph. Gall.*

Aequali modo paretur:

Ptisana Donacis s. **Arundinis** e Rhizomate Arundinis Donacis L. (*Tisane de Racine de Canne*).

Ptisana Guajaci ligni.

Tisane de bois de Gayac.

Rp. Ligni Guaj. rasp. *Gm.* 50,
Aquae communis *q. s.*
Per horam unam coque, tum cola, fac sedimentent et decantha. Colaturae sint *Gm.* 1000. *Ph. Gall.*

Ptisana Gummi Arabici.

Tisane de Gomme; Eau de Gomme.

Rp. Gummi Arab. cont. *Gm.* 20.
Abluta solvantur (calore non adhibito) in
Aquae frigidae *Gm.* 1000,
et colentur. *Ph. Gall.*

Ptisana Hordei excorticati.

Ptisana hordeacea. *Tisane d'Orge; Eau d'Orge.*

Rp. Sem. Hord. excort. perlati *Gm.* 20.
Aqua abluta cum aquae q. s. superinfusa ebulliant et colentur. Colaturae sint *Gm.* 1000. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Ptisana Alicae avenaceae (*Tisane de Gruau*).
Ptisana Oryzae sativae seminis (*Tisane de Riz*).

Ptisana Lichenis Islandici.

Tisane de Lichen d'Islande.

Rp. Lichenis Island. *Gm.* 10,
Aquae communis *q. s.*
Post ebullitionem aqua, in qua substantia amara lichenis soluta est, colando separetur et rejiciatur, lichenem aqua frigida abluendo. Tum licheni denuo aqua affusa, coque per horam dimidiam. Colaturae sint *Gm.* 1000. *Ph. Gall.*

Ptisana Mellis.

Hydromel simplex. *Tisane de Miel.*

Rp. Mellis albi puri *Gm.* 100.
Solve
Aquae tepidae *Gm.* 1000,
et cola. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0161-9 DFG

Ptisana Sarsaparillae.

Tisane de Salsepareille.

Rp. Rad. Sarsaparill. inc. *Gm.* 60,
Aquae communis *q. s.*

Per duas horas macerata, dein usque ad ebullitionem calefacta digerantur per duas horas loco calido. Postremo cola, fac ut sedimentent et decantha. *Ph. Gall.*

Ptisana Tamarindorum pulpae.

Rp. Pulp. Tamarind. crud. *Gm.* 30,
Aquae ferventis *Gm.* 1000.

Pulpa cum aqua in vase porcellaneo bene commixta seponatur per horam unam et coletur. *Ph. Gall.*

Ptisana Tartari solubilis.

Ptisana Tartari borico-potassici. *Limonade à la Crème de Tartre soluble.*

Rp. Tartratis borico-potassici *Gm.* 20,
Aquae fervidae *Gm.* 900,
Syrupi Sacchari *Gm.* 100.

Solve. *Ph. Gall.*

Pulegium. Summitates florentes. *Pouliot; Menthe pouliot.* (Mentha Pulegium L.)

Pulmonaria arborea s. **Lichen Pulmonariae.** *Lichen pulmonaire.* (Lobaria pulmonaria DC.)

Pulmonaria maculosa. Folia. *Pulmonaire officinale.* (Pulmonaria officinalis L.)

Pulpa Cassiae.

Pulpe de Casse. Cassia Pulp.

Ph. Gall. Pulpam e fructibus Cassiae fistulosae exemptam cum nucleis sepimentisque in ollam porcellaneam vel Faventinam ingere, aquae q. s. superfunde et calore balnei aquae, interdum agitando, digere, donec plane emollita sit. Tum per cribrum setaceum transmissa calore balnei aquae evaporet ad justam spissitudinem. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Pulpa cruda venalis.

Pulpa Conii.

Pulpe de Ciguë. Pulpa e foliis Cicutae.

Ph. Gall. Folia Conii maculati in mortarium marmoreum ingesta contundantur, ut fiat puls tenuior, quae per cribrum setaceum trajiciatur.

Pulpa Dauci.

Pulpe de Carotte. Pulpa e radicibus Carotae.

Rp. Radices Dauci Carotae ope ferri detrimentarii in pulpam redactas. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Pulpa Allii sativi (*pulpe de Bulbes d'Ail*).

Pulpa tuberum Solani tuberosi (*pulpe de Pomme de terre*).

Pulpa Prunorum.

Pulpe de Pruneaux.

Rp. Fruct. Pruni domesticae *q. v.*

Ope vaporis aquae mollitos atque a nucleis liberatos contundendo ad pulpam redige, quae per cribrum setaceum transmittatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Pulpae

Dactylorum (*pulpe de Dattes*),

Jujubarum (*p. de Jujubes*),

Bulbi Lilii albi (*p. de Bulbes de Lis*),

Bulbi Scillae (*p. de Bulbes de Scille*).

Ph. Russ. Pulpae depuratae *P.* 6 commisceantur cum Sacchari *P.* 1.

Pulpa Tamarindorum.

Conserva Tamarindorum *Ph. Russ.*

Pulpe de Tamarins.

Ph. Gall. Paretur e pulpa cruda Tamarindorum, emolliendo in aqua, trajiciendo per cribrum atque evaporando ad justam consistentiam.

Ph. Germ., Russ. Partes 6 Pulpae Tamarindorum depuratae, adhuc calidae, commisceantur cum Sacchari *P.* 1. Sit densitatis extracti spissioris.

Ph. Helv. Pulpae e Tamarindorum *P.* 12 paratae addantur Sacchari albi *P.* 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0162-5 DFG

Pulsatilla. Herba. *Anémone pulsatille; Pulsatille; Coquelourde* (Anemone Pulsatilla L.)

Pulsatilla (nigricans). Herba. *Anémone des prés* (Anemone pratensis L.)

Pulvis aërophorus.
Pulvis effervescens.

Rp. Natri bicarbonici *P.* 10,
Acidi tartarici *P.* 9,
Sacchari *P.* 19.

Siccatas pulveratasque misce. *Ph. Germ.*
Ph. Helv. Natri bicarb. *P.* 6, Acidi tartarici, Sacchari albi ãã *P.* 5.

Pulvis aërophorus
Ph. Gall.
I.

Pulvis effervescens neutralis. *Poudre gazogène neutre; Poudre de Seltz.*

Rp. Natri bicarbonici pulv. *Gm.* 20.
Divide in decem partes aequales, quae dentur in charta caerulea. Tum
rp. Acidi tartarici pulv. *Gm.* 20.
Divide in decem partes aequales, quae dentur ad chartam albam. *Ph. Gall.*

II.

Pulvis effervescens alkalinus. *Poudre gazogène alcaline; Soda powders des Anglais.*

Rp. Natri bicarbonici pulv. *Gm.* 20.
Divide in decem partes aequales, quae dentur ad chartam caeruleam. Tum
rp. Acidi tartarici pulv. *Gm.* 13.
Divide in decem partes aequales, quae dentur ad chartam albam. *Ph. Gall.*

Pulvis aërophorus Anglicus.

Pulvis effervescens Anglicus. *Poudre gazeuse Anglaise.*

Rp. Natri bicarbonici pulv. *Gm.* 2.
Dentur ad chartam caeruleam. Tum
rp. Acidi tartarici pulv. *Decigm.* 15,
quae dentur ad chartam albam. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Natri bicarbonici pulv. *Gm.* 2 —. Acidi tartarici pulv. *Decigm.* 17.

Ph. Russ. Natri bicarbonici pulv. *Decigm.* 25 —. Acidi tartarici pulv. *Centigm.* 225.

Pulvis aërophorus ferrugineus.
Poudre gazogène ferrugineuse.

Rp. Acidi tartarici *Gm.* 80,
Natri bicarbonici *Gm.* 60,
Sacchari albi *Gm.* 260,
Ferri sulfurici cryst. *Gm.* 3.

Acidum tartaricum et Ferrum sulfuricum, quodque antea grosso modo pulveratum, primo misceantur, dein addantur Saccharum et Natrum bicarbonicum subtiliter pulverata. *Ph. Gall.*

Ad usum *Gm.* 20 pulveris in lagenam *Gm.* 1000 aquae puri impletam uno ictu injiciantur. Tum lagena celeriter epistomio bene clausa agitetur. *Ph. Gall.*

Pulvis aërophorus granulatus.

Granula aërophora. Citro-tartras Sodae effervescens. *Effervescent Citro-tartrate of Soda.*

Rp. Natri bicarbonici *P.* 17,
Acidi tartarici *P.* 8,
Acidi citrici *P.* 6.

Pulveratae, commixtae, tum in patinam ingestae usque ad 75 vel 85° C. calefiant et, simul atque inde glomerari incipiunt, agitentur, ut in granula coëant, quorum singula magnitudinis ejusdem cribrorum ope idoneorum congregentur et seorsum colligantur. In lagenas obturandas condantur. *Ph. Brit.*

Pulvis aërophorus laxans.

Pulvis aërophorus Sedlitzensis. Pulvis effervescens laxativus. *Poudre gazogène laxative; Seidlitz Powders des Anglais; Poudre gazeuse purgative.*

Rp. Natri bicarbonici pulv. *Gm.* 20,
Natro-Kali tartarici pulv. *Gm.* 60.

Mixta dividantur in partes decem aequales et capsulis e charta caerulea confectis ingerantur. Tum
rp. Acidi tartarici pulv. *Gm.* 20,
quae in partes decem dividantur et capsulis albis ingerantur. Ambo pulveres simul dispensentur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Dosis una: Natri bicarbonici pulv. *Gm.* 2, Natro-Kali tartarici pulv. *Gm.* 8. Mixta dentur ad chartam caeruleam. — Acidi tartarici *Gm.* 2. Dentur ad chart. albam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0163-0 DFG

Ph. Germ. Dosis una: Natri bicarbon. pulv. *Decigm.* 25, Natro-Kali tartarici pulv. *Decigm.* 75. Misce. — Simul seorsum dispensentur Acidi tartarici *Gm.* 2.

Ph. Russ. Dosis una: Natri bicarbonici pulv. Decigm. 25, Natro-Kali tartarici pulv. Decigm. 75. Misce. Seorsum simul dentur Acidi tartarici pulv. Centigm. 225.

Pulvis Amygdalae compositus.

Confectio Amygdalarum. *Compound Powder of Almonds.*

Rp. Amygdalarum dulcium *P.* 8,
Sacchari pulv. *P.* 4,
Gummi Arabici *P.* 1.

Amygdalae in aquam calidam immersae, tum a pelliculis liberatae et ope lintei detergendo desiccatae contundantur, ut massa tenera efficiatur, quae cum Saccharo et Gummi Arabico mixta sistat pulverem grossum. *Ph. Brit.*

Pulvis aromaticus.

Pulvis Cinnamomi compositus. *Compound Powder of Cinnamon.*

Rp. Cort. Cinnam. Cassiae *P.* 5,
Cardamomi minoris *P.* 3,
Rhizomatis Zingiberis *P.* 2.

Pulveratas misce. *Ph. Germ.*

Ph. Helv., Russ. Cort. Cinnamomi Ceylanici *P.* 4, Caryophyll., Sem. Myristicae, Macidis, Rhizomat. Zingiberis ãã *P.* 1. Pulveratas misce.

Ph. Brit. Cort. Cinnamomi Ceyl., Sem. Cardamomi min., Rhizomat. Zingiberis ãã *P.* Pulveratas misce.

Ph. Gall. (e *Ph. Brit.*) Cort. Cinnamomi *P.* 8, Sem. Myristicae *P.* 6, Croci *P.* 6, Caryophyllorum *P.* 3, Sem Cardamomi *P.* 2, Sacchari *P.* 50. Pulv. misceantur.

Pulvis aromaticus ruber.

Tragea aromatica.

Rp. Pulveris aromatici *P.* 4,
Ligni Santali *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 48.

Misce. Fiat pulvis. *Ph. Helv.*

Pulvis antimonialis.

Poudre antimoniale de James. Antimonial Powder.

Rp. Stibii oxydati *P.* 1,
Calcariae phosphoricae *P.* 2.

Misce. *Ph. Gall., Brit.*

Pulvis Catechu compositus.

Compound Powder of Catechu.

Rp. Catechu *P.* 4,
Kino,
Rad. Ratanhae ãã *P.* 2,
Cort. Cinnamomi,
Sem. Myristicae ãã *P.* 1.

Pulveratae misceantur. *Ph. Brit.*

Pulvis ad condienda Cadavera.

Pulvis ad cadavera conservanda. *Poudre pour la conservation des Cadavres.*

Rp. Scobis ligneae albae *P.* 50,
Zinci sulfurici pulv. *P.* 20.
Olei Lavandulae *P.* 1.

Misce. *Ph. Gall.*

Pulvis Cretae aromaticus.

Confectio aromatica. *Aromatic Powder of Chalk.*

Rp. Cort. Cinnamomi *P.* 8,
Sem. Myristicae,
Croci ãã *P.* 6,
Caryophyllorum *P.* 3,
Sem. Cardamomi *P.* 2,
Sacchari *P.* 50,
Cretae praeparatae *P.* 22.

Pulveratae misceantur. *Ph. Brit.*

Ph. Gall. Calcariae carbonicae *P.* 1, Pulveris aromatici secundum praeceptum, quod a *Ph. Gall.* e *Ph. Brit.* receptum est, *P.* 3 misceantur.

Pulvis Cretae aromaticus cum Opio.

Aromatic Powder of Chalk and Opium.

Rp. Pulveris Cretae aromatici *P.* 39,
Opii pulverati *P.* 1.

Misceantur. Dosis: Decigm. 6 ad 25. *Ph. Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0164-6 DFG

Ph. Gall. Pulveris Cretae aromatici secundum praeceptum, quod *Ph. Gall.* recepit, *P.* 39, Opii pulv. *P.* 1.

Pulvis dentifricius absorbens.

Dentifricium absorbens. *Poudre dentifrice absorbante.*

Rp. Calcariae carbonicae praecipitatae,
Magnesiae hydrico-carbonicae,
Corticis Chinae fusci ãã *P.* 100,
Olei Menthae pip. *P.* 1.

Misce et in vase clauso serva. *Ph. Gall.*

Pulvis dentifricius acidus.

Dentifricium acidulum. *Poudre dentifrice acide.*

Rp. Kali bitartarici,
Sacchari lactis ãã *P.* 200,
Laccae Florentinae *P.* 20,
Olei Menthae pip. *P.* 1.

Misce, ut fiat pulvis. *Ph Gall.*

Pulvis dentifricius cum Carbone.

Dentifricium cum Carbone. *Poudre dentifrice au charbon.*

Rp. Carbonis vegetab. eluti *P.* 200,
Cort. Chinae fusci *P.* 100,
Olei Menthae pip. *P.* 1.

Misce, fiat pulvis subtilissimus. *Ph. Gall.*

Pulvis diureticus.

Pulvis gummosus nitrosus resolvens. *Poudre diurétique; Poudre des Voyageurs.*

Rp. Kali nitrici *P.* 1,
Gummi Arabici *P.* 6,
Rad. Althaeae *P.* 1,
Rad. Glycyrrhizae *P.* 2,
Sacchari Lactis *P.* 6.

Misce, ut fiat pulvis. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Gummi Arab. *P.* 3, Kali nitrici *P.* 1, Sacchari Lactis, Sacchari albi ãã *P.* 6. Misce. Fiat pulvis subtilis.

Pulvis escharoticus debilis.

Poudre escharotique arsenicale faible (Formule d'Antoine Dubois).

Rp. Acidi arsenicosi *P.* 1,
Cinnabaris *P.* 16,
Sanguinis Draconis *P.* 8.

Misce, ut fiat pulvis subtilissimus. Ad usum pulvis hic aquae paulo subigatur. *Ph. Gall.*

Pulvis escharoticus fortis.

Poudre escharotique arsenicale forte (Formule du Frère Côme).

Rp. Acidi arsenicosi *P.* 1,
Cinnabaris *P.* 5,
Spongiae tostae *P.* 2.

Misceantur, ut fiat pulvis subtilissimus. Ad usum pulvis hic aquae paulo subigatur. *Ph. Gall.*

Pulvis Glycyrrhizae compositus.

Pulvis Liquiritiae compositus. Pulvis pectoralis. *Poudre de Réglisse composée.*

Rp. Foliorum Sennae,
Rad. Glycyrrhizae ãã *P.* 2,
Fructuum Foeniculi,
Sulfuris depurati ãã *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 6.

Pulveratae misceantur. *Ph. Germ., Helv., Russ.* (*Ph. Gall.* e *Ph. Bav., Bor., Hamb., Hann.*)

Pulvis gummosus.

Pulvis Tragacanthae compositus. Species Diatragacanthae. *Compound Powder of Tragacanth.*

Rp. Gummi Arabici *P.* 3,
Rad. Glycyrrhizae *P.* 2,
Sacchari *P.* 1.

Pulveratae misceantur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Gummi Arab., Tragacanthae ãã *P.* 2, Rad. Glycyrrhizae *P.* 1, Sacchari *P.* 6.

Ph. Brit. Tragacanthae, Gummi Arab., Amyli ãã *P.* 1, Sacchari *P.* 3.

Ph. Russ. Gummi Arab. *P.* 3, Rad. Glycyrrhizae *P.* 1, Sacchari *P.* 2.

Pulvis haemostaticus.

Pulvis stypticus. *Poudre hémostatique.*

Rp. Catechu,
Gummi Arabici ãã *P.* 1,
Colophonii *P.* 4.

Pulveratas misce. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0165-2 DFG

Ph. Russ. Gummi Arabici, Aluminis, Colophonii, singulorum pulveratorum, ãã *P.*

Pulvis Jalapae compositus.

Pulvis laxans s. purgans. *Compound Powder of Jalap.*

Rp. Tuberum Jalapae *Centigm.* 125,
Kali bitartarici *Decigm.* 25.

Pulverata misceantur. Quum poscitur paretur. *Ph. Russ.*

Ph. Brit. Tub. Jalapae *P.* 5, Kali bitartarici *P.* 9, Rhizomatis Zingiberis *P.* 1. Pulveratae misceantur. Dosis: *Decigm.* 13 ad 40.

Pulvis Infantum Hufelandi.

Rp. Rhizomat. Valerianae *P.* 28,
Rhizomat. Iridis Florent *P.* 24,
Radicis Glycyrrhizae *P.* 36,
Fructuum Anisi *P.* 8,
Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 16,
Croci *P.* 1.

Crocus pulveratus antea Spiritus Vini paulo conteratur, tum ceterae species pulveratae admisceantur. *Ph. Russ.*

Pulvis Ipecacuanhae opiatus.

Pulvis Doweri. Pulvis Ipecacuanhae compositus. *Poudre d'Ipecacuanha opiacée; Poudre de Dower. Compound Powder of Ipecacuanha.*

Rp. Kali nitrici,
Kali sulfurici ãã *P.* 4,
Rad. Ipecacuanhae,
Rad. Glycyrrhizae,
Extracti Opii sicci ãã *P.* 1.

Misce, fiat pulvis. Grammata singula contineant *Centigm.* 9 Extracti Opii. *Ph. Gall.*

Ph. Helv., Brit., Russ. (*Ph. Gall.* e *Ph. Bad., Bor. Norv.*) Opii Smyrnaici, Rad. Ipecacuanhae ãã *P.* 1, Kali sulfurici *P.* 8. Misce. Fiat pulvis subtilis.

Ph. Germ. Opii, Rad. Ipecac. ãã *P.* 1, Sacchari Lactis *P.* 8.

Pulvis Kino compositus.

Pulvis Kino cum Opio. *Compound Powder of Kino.*

Rp. Kino *P.* 15,
Opii *P.* 1,
Cort. Cinnamomi *P.* 4.

Pulveratae misceantur. Dosis: *Decigm.* 3 ad 13. *Ph. Brit.*

Pulvis Magnesiae citricae cum Saccharo.

Limonade sèche au Citrate de Magnésie.

Rp. Magnesiae ustae *Decigm.* 65,
Magnesiae hydrico-carbonicae *Gm.* 6,
Acidi citrici *Gm.* 30,
Sacchari albi *Gm.* 60,
Tincturae flavedinis Citri recent. *Gm.* 1.

Misceantur, Saccharum et Acidum citricum grosso modo pulverata, ut fiat pulvis, qui in lagena ore lato instructa dispensetur. Quantitas supra notata respondet *Gm.* 50 Magnesiae citricae. *Ph. Gall.*

Pulvis Magnesiae compositus.

Pulvis Magnesiae cum Rheo. Pulvis Infantum s. Puerorum.

Rp. Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 60,
Sacchari *P.* 40,
Radicis Rhei *P.* 15,
Olei Foeniculi *P.* 1.

Pulveratae misceantur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Rhizomat. Irid. Florent. *P.* 1, Rad. Rhei *P.* 2, Elaeosacchari Foeniculi *P.* 4, Magnesiae hydrico-carbonicae *P.* 8.

Ph. Russ. Magnes. hydrico-carbon. *P.* 4, Rad. Rhei *P.* 1, Elaeosacchari Foeniculi *P.* 2.

Pulvis Opii compositus.

Compound Powder of Opium.

Rp. Opii *P.* 3,
Piperis nigri *P.* 4,
Rhizomat. Zingiberis *P.* 10,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0166-7 DFG

Fruct. Carvi *P.* 12,
Tragacanthae *P.* 1.
Pulveratae misceantur. Dosis: *Decigm.* 13 ad 32. *Ph. Brit.*

Pulvis refrigerans.
Pulvis temperans. Pulvis antispasmodicus albus.
Rp. Kali nitrici *P.* 1,
Kali bitartarici *P.* 3,
Sacchari *P.* 6.
Pulveratae misceantur. *Ph. Germ.*
Ph. Russ. Kali sulfurici et Kali nitrici, singulorum pulveratorum, ãã *P.*

Pulvis Rhei compositus.
Compound Powder of Rhubarb.
Rp. Radicis Rhei *P.* 2,
Magnesiae hydrico-carbon. *P.* 6,
Rhizomat. Zingiberis *P.* 1.
Pulveratae misceantur. *Ph. Brit.*

Pulvis Scammonii compositus.
Compound Powder of Scammony.
Rp. Scammonii *P.* 4,
Tuberum Jalapae *P.* 3,
Rhizomat. Zingiberis *P.* 1.
Pulveratae misceantur. *Ph. Brit.*

Pulvis strumalis.
Pulvis Spongiarum compositus. *Poudre contre le goître.*
Rp. Spongiae tostae,
Sacchari albi,
Sacchari Lactis ãã *P.* 6,
Pulveris aromatici *P.* 1.
Pulveratae misceantur. *Ph. Helv.*

Pulvis sternutatorius.
Poudre sternutatoire.
Rp. Foliorum Asari,
Foliorum Betonicae,
Herbae Majoranae,
Florum Convallariae majalis ãã *P.*
Pulveratae misceantur. *Ph. Gall.*

Pulvis temperans ruber.
Pulvis temperans *Ph. Helv.* Pulvis temperans Stahlii. Pulvis antispasmodicus Hallensis. *Poudre tempérante de Stahl.*
Rp. Kali nitrici,
Kali sulfurici ãã *P.* 9,
Cinnabaris *P.* 2.
Misce. Fiat pulvis subtilissimus. Servetur in vasis obturatis, a luce remotis. *Ph. Gall.*
Ph. Helv. Kali sulfurici, Kali nitrici ãã *P.* 10, Cinnabaris *P.* 1.

Pulvis Viennensis.
Pulvis causticus cum calce. Pulvis causticus *Ph. Helv.* *Poudre de Vienne.*
Rp. Kali hydrici sicci *P.* 5,
Calcariae ustae *P.* 6.
Subtilissime terendo pulveratas commixtasque in lagenis minoribus bene occlusis serva. Necesse est, ut epistomia suberina, quibus lagenae obturantur, antea in ceram fervefactam immersa sint. *Ph. Gall.*
Ph. Helv. Kali hydrici fusi et Calcariae ustae ãã.

Pyrethrum. Radix. *Pyrèthre officinale. Pellitory.* (Anacyclus Pyrethrum DC.)

Pyrethrum Caucasicum. Herba. *Pyrèthre du Caucase.* (Pyrethrum carneum et roseum DC.)

Pyrola umbellata. Folia. *Pyrole ombellée; Winter-Green.* (Chimophila umbellata Nutt. s. Pyrola umbellata L.)

Quassia. Lignum s. Radix. *Quassi amer; Bois amer de Surinam. Quassia Wood.* (Quassia amara L.)

Quassia Jamaïcensis. Lignum trunci et ramorum. *Quassia de la Jamaïque.* (Picrasma excelsa Planch. s. Simaruba excelsa DC.)

Quercus. Cortex ramorum. Fructus s. Semina (Glandes; *Glands*). *Chêne. Oak.* (Quercus Robur L. et Q. sessiflora Martyn).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0167-3 DFG

Quillaja. Cortex trunci ab epidermide liberatus. *Quillai savonneux.* (Quillaja Saponaria Molina s. Quillaia smegmadermos DC.)

Rana esculenta. *Grenouille Ph. Gall.*

Ranunculus albus. Flores. Folia (Herba). *Anémone des bois; Sylvie.* (Anemone nemorosa L.)

Ratanha s. **Krameria.** Radix. *Ratanhia. Rhatany.* (Krameria triandra Ruiz et Pavon).

Resina Burgundica. Pix Burgundica. *Poix de Bourgogne; Poix des Vosges; Poix jaune. Burgundy Pitch.* (Abies excelsa Lamk).

Resina flava. *Poix-résine; Résine jaune.*

Resina Pini. Pix alba. *Galipot.* (Pinus maritima L.)

Resina (Pix) Burgundica epurgata.

Poix de Bourgogne purifiée.

Resina Burgundica in lebetem cupricum immissa leni calore colliquefiat, tum inter expressionem per linteum fundatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo depurentur:

Elemi (*Résine Elémi*),
Pix alba (*Poix blanche*),
Pix liquida (*Goudron*),
Pix navalis (*Poix noire*),
Resina Pini (*Poix résine*).
Resina Pini maritimae (*Galipot*),
Styrax liquidus (*Styrax liquide*),
Terebinthina (*Térébenthine*).

Resina elastica. *Caoutchouc.*

Resina Jalapae.

Résine de Jalape. Resin of Jalap.

Rp. Tuberum Jalapae *P.* 8.
Grosso modo pulveratis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 14.
Digere modico calore per horas viginti quatuor, tum miscelam in vas deturbatorium transmitte et methodo elixivatoria Spiritum Vini affundendo exhauri, quamdiu Spiritu aliquid solvitur. Ex colaturis confusis et aquae *P.* 4 commixtis destillando calore balnei aquae Spiritu elicito, resinam remanentem adhuc calidam in patinam effunde, tum aqua innatante defusa bis terve elue aqua fervida, et in patina porcellanea calore hypocausti vel aquae balnei exsicca. *Ph. Brit.* (*Gall., Germ., Helv., Russ.*)

Resina Podophylli.

Podophyllinum. *Resin of Podophyllum.*

Rp. Radicis Podophylli *q. v.*
Radicem grosso modo pulveratam, in vas deturbatorium impositam, affundendo
Spiritus Vini rectfss,
quantitatem fere quadruplam exhauri, tum e colatura Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, liquorem inde residuum inter agitationem continuam infunde in volumen triplum Aquae destill., quae Acidi hydrochlorici admixti parte vicesima quarta ($1/24$) acidula facta est. Deinde sepone per horas viginti quatuor, tum resinam, quae desederit, filtro collige, Aqua destillata ablue et hypocausti calore sicca. Dosis: Milligm. 16 ad 65. *Ph. Brit.*

Resina Scammonii.

Résine de Scammonée.

Rp. Scammonii *P.* 1,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 3,
Carbonis animalis *q. s.*
Scammonium grosso modo pulveratum Spiritus Vini *P.* 2 superfusum stet inter iteratam agitationem per dies quatuor. Liquore dein decanthato, residuo quantitas reliqua Spiritus Vini affundatur, tum maceretur ut antea. Liquores collecti, cum Carbone animali mixti, seponantur per aliquot dies saepiusque agitentur et filtrentur. Colatura destillando a Spiritu Vini maxima ex parte liberata in orbes porcellaneos dispertiatur et exsiccetur. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Radicis Scammonii grosso modo pulveratae *P.* 4 digerantur leni calore cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 8*v* per horas viginti quatuor, vase clauso, tum in vas deturbatorium ingestae, affundendo q. s. Spiritus Vini rectfss, l. a. exhauriantur. Colaturae admisceantur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0168-9 DFG

Aquae destillatae *P.* 2*v*, tum Spiritus Vini destillando calore balnei aquae eliciatur. Quo facto residuum adhuc calidum in patinam effundatur, et post refrigerationem resina decanthando ab liquore aquoso liberata ope aquae calidae abluatur, postremo lenissimo calore balnei aquae in patinam porcellaneam ingesta siccetur. Dosis: *Gm.* 0,2 ad 0,5.

Ph. Germ. Paretur ex Radice Scammoniae eo modo quo Resina Jalapae. Sit e viridi fusca, fractura splendente, Spiritu Vini rectfss. perfecte solubilis.

Resina Thapsiae.

Résine de Thapsie.

Rp. Corticis radicis Thapsiae garganicae incisi *q. v.*
Spiritus Vini rectfss. *q. s.*

Cortex Aqua calida identidem ablutus, dein siccatus, Spiritu Vini ebulliente exhauriatur. E colatura Spiritu Vini destillando elicito, residuum e destillatione in Spiritus Vini q. s. solvatur, et liquor filtratus denuo a Spiritu Vini tantum ex parte liberetur, ut residuum sit mellis spissitudinis. Hoc residuum ad parandum Emplastrum Thapsiae servetur. *Ph. Gall.*

Resina Turpethi.

Résine de Turbith.

Paretur e radice Ipomoea Turpethi eo modo quo Resina Jalapae. *Ph. Gall.*

Rhamnus cathartica. Fructus. *Nerprun (purgatif). Buckthorn.* (Rhamnus cathartica L.)

Rhapontica. Radix. *Rhapontic.* (Rheum Rhaponticum L.)

Rheum. Radix. *Rhubarbe de Chine. Rhubarb.* (Rheum palmatum L. etc.)

Rhodium. Lignum. *Bois de rose (des Canaries); Bois de Rhodes.* (Convolvulus scoparius L.)

Rhoeas. Petala (Flores) Rhoeados. *Coquelicot. Red-Poppy.* (Papaver Rhoeas L.)

Ribes. Fructus. Ribesia. *Groseilles. (Groseillier rouge.* Ribes rubrum L.)

Ribes nigrum. Folia. (Ribes nigrum L.) *Ph. Russ.*

Ricinus. Semina. Oleum seminum. *Ricin. Castor.* (Ricinus communis L.)

Rosa. Rosa pallida s. incarnata. Flores. Petala Rosae centifoliae. *Rose à cent feuilles; Rose pâle. Cabbage-rose Petals.* (Rosa centifolia L.)

Rosa Damascena. Oleum aethereum Rosae. *Rose de Damas; Rose de tous les mois; Rose de Puteaux.* (Rosa Damascena).

Rosa Gallica s. **rubra.** Flores. *Rose rouge; Rose de Provins. Red-Rose Petals.* (Rosa Gallica L.)

Rosmarinus. Folia. Oleum aethereum. Ramuli juniores florescentes. *Romarin. Rosemary.* (Rosmarinus officinalis L.)

Rottlera. Glandulae. Kamala. *Kamala.* (Rottlera tinctoria Roxb.)

Rotulae Menthae piperitae.

Pastilli Menthae pip. *Pastilles de Menthe Ph. Gall.*

Rp. Olei Menthae pip. rectificati *P.* 5,
Sacchari albi *P.* 1000,
Aquae destill. *P.* 125.

Saccharum in mortario marmoreo contusum per cribrum setaceum trajiciatur, tum pulvis subtilissimus ope cribri bombycini separetur atque rejiciatur. Tantum pulvis Sacchari, qui per cribrum bombycinum non trajici potest, adhibeatur. Hic pulvis Sacchari cum Oleo Menthae et Aqua destillata commixtus (circiter quantitas *Gm.* 120 mixturae) in lebetem rostro manubrioque munitum ingeratur et inter continuam agitationem calefiat, donec Saccharum satis mollitum appareat. Tum massa bacilli metallici ope guttatim in laminam ferream, stanno obductam effundatur. Post refrigerationem pastilli (rotulae) colligantur et calore leni hypocausti siccentur. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0169-7 DFG

Ph. Helv. Pastilli Sacchari *Gm.* 125 versando misceantur cum Olei Menth. pip. Guttis 16 et Aetheris acetici Guttis 20.

Ph. Germ. Sacchari *P.* 110 cum Aquae Menthae pip. *P.* 18 commixtae in sartagine cuprea rostro instructa forma gutturnii coquantur per momentum, ita, ut massa lentius fluat, tunc addatur inter terendum pulvis paratus e Sacchari *P.* 40 et Olei Menth. pip. *P.* 1, tum formentur inde l. a. rotulae.

Rubia tinctorum. Radix. *Garance.* (Rubia tinctorum L.)

Rubus Chamaemorus. Folia. (Rubus Chamaemorus L.) *Ph. Russ.*

Rubus fruticosus. Folia. *Ronce sauvage.* (Rubus fruticosus L.)

Rubus Idaeus. Fructus. *Framboises (fruits); Framboisier.* (Rubus Idaeus L.)

Ruscus s. **Boruscus.** Rhizoma. *Fragon épineux; Petit-Houx.* (Ruscus aculeatus L.)

Ruta. Folia. Herba florens. Oleum aethereum. *Rue.* (Ruta graveolens L.)

Sabadilla. Fructus. *Cévadille. Cevadilla.* (Veratrum officinale Schlech.)

Sabina. Summitates s. Cacumina ramorum. Oleum aethereum. *Sabine. Savin Tops.* (Sabina officinalis Garke s. Juniperus Sabina L.)

Saccharum (purificatum). *Sucre (de Canne et de Betterave); Sucre très blanc. Reffined Sugar.* (Saccharum officinarum L. Beta vulgaris L.)

Saccharum Lactis. *Sucre de lait. Sugar of Milk.*

Saccharolatum Fuci crispi.

Saccharure de Carragaheen.

Rp. Thalli Fuci crispi *P.* 1,
Sacchari albi *P.* 4,
Aquae *q. s.*

Thallus aqua frigida ablutus cum aquae q. s. per horam unam decoquatur. Colatura exprimendo collecta, adjecto Saccharo, evaporet et eodem modo tractetur, qui ad parationem Saccharolati Lichenis Isl. notatus est. *Ph. Gall.*

Saccharolatum Lichenis Islandici.

Gelatina Lichenis Islandici saccharata *Ph. Germ. Saccharure de Lichen. Gelée de Lichen sèche.*

Rp. Lichenis Islandici,
Sacchari albi ãã *P.*,
Aquae *q. s.*

Lichen cum aqua usque ad ebullitionem calefiat, tum aqua defusa, saepius aqua frigida abluatur. Lichen hoc modo tractatus cum aquae q. s. decoquatur per unam horam, dein colatura exprimendo efficiatur. Colatura decanthando depurata, Saccharo adjecto, inter continuam agitationem evaporet, ut fiat massa densior, quae in vasa plana immissa et in caldario exsiccata postremo in pulverem subtilem redigatur atque in lagenis obturatis servetur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Lichenis Islandici concisi *P.* 16 cum Kali carbonici depurati *P.* 1 superfundantur aquae q. s., ut Lichen sit obtectus. Post viginti quatuor horas atque iteratam agitationem Lichen in colatorio colligatur et aqua sedulo abluatur, donec sapor et amarus et alkalinus fuerit demptus. Deinde Lichen cum aquae *P.* 100 in balneo vaporis interdum agitando per horas quatuor coquatur, quod post colaturam repetatur. Liquores cum Sacchari *P.* 3 additis evaporent et ad siccum redigantur. Massa sicca residua pensetur et cum ea Sacchari quantitate commisceatur, ut mixtura ex Sacchari et gelatinae siccae ãã *P.* composita sit. Est pulvis e griseo fuscus, saporis dulcis, postea amariusculi, mucilaginosi.

Sagapenum. Gummi-resina. *Sagapénum.* (Ferula Persica).

Sago. *Sagou.* (Sagus Rumphii Willd., Sagus farinifera Gaertn. etc.)

Sal Guindrei.

Sel de Guindre. Ph. Gall.

Rp. Natri sulfurici dilapsi *Gm.* 250,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0170-9 DFG

Kalii chlorati *Gm.* 1.
Misce. Detur dosis ponderis *Grm.* 18. *Ph. Gall.*

Sal olfactorium acidum.
Sel de Vinaigre.
Ph. Gall. Crystalla minima Kali sulfurici Acido acetico aromatico conspersa.

Salep. Tubera. *Salep.* (Orchis mascula, Morio etc.)

Salicina. Salicinum. *Salicine.*

Salix. Cortex. *Saule (blanc).* (Salix alba L. etc.)

Salsola Soda. Herba. *Soude commune.* (Salsola Soda L.)

Salsola Tragus. Herba. *Soude épineuse.* (Salsola Tragus L.)

Salvia. Herba florescens. Folia. Oleum aethereum. *Sauge (officinale).* (Salvia officinalis L.)

Sambucus. Cortex. Flores. Fructus. *Sureau. Elder.* (Sambucus nigra L.)

Sandaraca. Resina. *Sandaraque.* (Callitris quadrivalvis Vent. Thuja articulata Desf.)

Sanicula. Folia. *Sanicle.* (Sanicula Europaea L.)

Santalum citrinum. Lignum. Lignum Santali albi. *Santal citrin.* (Santalum album Rumph.)

Santalum rubrum s. **Pterocarpus.** Lignum. *Santal rouge. Red Sandal-Wood.* (Pterocarpus santalinus L.)

Santolina s. **Abrotanum montanum.** Herba. *(Santoline; Aurone femelle.* (Santolina Chamaecyparissias L.)

Santonina. Santoninum. Acidum santonicum. *Santonine. Santonin.*

Sapo butyrinus. Sapo natrico-butyrinus. *Ph. Russ.*

Sapo camphoratus.
Savon camphré.
Rp. Saponis domestici *P.* 16,
Camphorae pulv. *P.* 1.
Malaxando commixtae in globulos vel tabulas formentur et calore non adhibito siccentur. *Ph. Helv.*

Sapo domesticus. Sapo sebacinus s. natrico-sebacinus. *Ph. Germ., Russ.*

Sapo jalapinus.
Rp. Resinae Jalapae,
Saponis medicati ãã *P.* 4.
Solutae
Spiritus V. rectfss. *P.* 8
calore balnei vaporis inter agitationem evaporent, ut densitatem massae pilularis accipiant et pondus residui *P.* 9 exaequet. *Ph. Germ., Russ., (Helv,)*

Sapo kalinus. Sapo kalino-oleaceus. Sapo viridis. Sapo mollis *Ph. Brit. Soft Soap.*

Sapo medicatus.
Sapo natrico-oleaceus. Sapo durus *Ph. Brit.* Sapo amygdalinus. *Savon amygdalin Ph. Gall; Savon medicinal. (Hard soap Ph. Brit.)*

Ph. Gall. Olei Amygdalarum dulcium *P.* 21 in vas vitreum infusis paulatim inter agitationem admisce Natri hydrici soluti (pd. sp. 1,33) *P.* 10, ut fiat mixtio optima, quae seponatur per aliquot dies, interdum agitando ope bacilli vitrei vel argentei, donec massa pultis mollis consistentiae effecta fuerit. Tum massa in modulos Faventinos immittatur, in quibus solidescat. Sapo ad usum ne prius adhibeatur, quam aëri expositus per unum ad duos menses reactionem alkalinam plane amiserit. Sapo usui aptus ne Hydrargyrum chloratum mite admixtum faciat griseum.

Ph. Brit. Sapo natricus, ex Oleo Olivarum paratus.

Ph. Germ. Paretur ex Olei Olivarum Provincialis *P.* 100 et Natri hydrici soluti *P.* 60. Massa saponata solutaque in Aquae destill. *P.* 300 secernatur ad-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0171-4 DFG

dendo Natrii chlorati *P.* 25, solutas in Aquae destill. *P.* 75. Sapo inde secretus, in Aquae *P.* 60 solutus, effundatur in cistulam linteo madefacto impositam et refrigeratus atque in frustula scissus siccetur, tum in pulverem redigatur.

Ph. Helv. Sapo ex Adipis suilli *P.* 4, Ol. Oliv. *P.* 4, Natri hydrici caust. sol. *P.* 5 atque secernendo ope salis culinaris effectus. Aequali modo paretur sapo

Ph. Russ., ex Adipis et Ol. Olivar. Prov. ãã *P.* 12, Natri hydr. soluti (pd. sp. 1,25) *P.* 20 atque secernendo ope solutionis filtratae, paratae e Salis culinaris *P.* 6 et Natri carbonici *P.* ½.

Sapo Medullae bovinae.

Savon de Moelle de boeuf. Savon animal Ph. Gall.

Rp. Medullae bovinae depuratae *P.* 50,
Natri hydrici soluti (pd. sp. 1,33) *P.* 25,
Aquae communis *P.* 100,
Natrii chlorati *P.* 10.

Medullae et Aquae in patinam porcellaneam vel argenteam immissis calefactisque affunde Natrum hydricum solutum. Calore adhibito et inter continuam agitationem saponificatio efficiatur. Tum admisce Natrium chloratum et agita. Saponem inde secretum collige, fac exstillet, tum leni calore colliqua atque in modulos effunde, ut refrigerando durescat. *Ph. Gall.*

Sapo oleaceus. Sapo sodicus *Ph. Gall.* Sapo natrico-oleaceus. Sapo durus *Ph. Brit.* Sapo Hispanicus. *Savon blanc Ph. Gall; Savon blanc de Marseille. Hard Soap.*

Sapo piceus.

Rp. Saponis domestici *P.* 20.

In mortarium immissis et pinsendo, calore balnei aquae, cum

Aquae communis *P.* 5

mixtis addantur

Picis liquidae *P.* 7.

Massa in capsulas transmissa calore hypocausti siccetur, tum in frustula dissecetur. *Ph. Russ.*

Sapo terebinthinatus.

Balsamum Vitae externum.

Rp. Saponis natrico-oleacei pulv.,
Olei Terebinthinae ãã *P.* 6,
Kali carbonici depurati subtilissime pulverati *P.* 1.

Misce, ut fiat massa unguenti densitatis. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. Eodem modo paretur et addatur Aquae *P.* 1.

Saponaria. Folia. Radix. *Saponaire (officinale)* (Saponaria officinalis L.)

Saponaria orientalis. Radix. *Saponaire d'Orient.* (Gypsophila Rokejeka Delile).

Sarsaparilla s. **Sarsa.** Radix. *Salsepareille (du Mexique, de Honduras). Jamaica Sarsaparilla Ph. Brit.* (Smilacis spec. var.)

Sassafras. Radix s. Lignum radicis. Oleum aethereum. *Sassafras. Sassafras.* (Sassafras officinarum Nees).

Satureja. Summitates florentes. *Sarriette.* (Satureja hortensis L.)

Scabiosa. Folia. Flores s. Capitula. *Scabieuse.* (Scabiosa succisa L.)

Scammonia. Radix. *Scammonée. Scammony.* (Convolvulus Scammonia L.)

Scammonium. (Gummiresina). *Scammonée d'Alep. Scammony.* (Convolvulus Scammonia L.)

Scilla. Bulbus. *Scille. Squill.* (Urginea Scilla Steinheil).

Sclaraea. Herba. *Sauge sclarée; Orvale.* (Salvia Sclarea L.)

Scolopendrium s. **Lingua cervina.** Folia. *Scolopendre.* (Scolopendrium officinarum Symons).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0172-0 DFG

Scoparium. Summitates florentes s. Cacumina. *Broom Tops.* (Sarothamnus Scoparius Wimmer.)

Scordium. Herba florens. *Scordium; Germandrée d'eau.* (Teucrium Scordium L.)

Scrofularia vulgaris. Radix. Summitates florentes. *Scrofulaire.* (Scrofularia nodosa L.)

Sebum s. **Sevum.**
1. Sebum ovillum. Sebum praeparatum. *Suif de Mouton. Prepared Suet.* (Ovis Aries L.) *Ph. Gall., Brit.*
2. Sebum taurinum s. bovinum. *Suif de boeuf.* (Bos Taurus L.) *Ph. Germ., Russ., Gall.*

Secale. Semina s. Fructus. *Seigle.* (Secale cereale L.)

Secale cornutum s. **Ergota.** (Stroma). *Ergot de Seigle. Ergot.* (Claviceps purpurea Tulasne).

Sedum minus. Herba. *Vermiculaire brulante.* (Sedum acre L.)

Semina Quercus tosta.
Glandes Quercus tostae.
Semina Quercus in cylindro ferreo clauso super ignem apertum, cylindrum circumagendo, torreantur, donec fuscum colorem induerint, tum post refrigerationem in pulverem crassum redigantur. Sit pulvis crassus subfuscus. *Ph. Germ.*

Sempervivum. Folia. *Joubarbe des toits.* (Sempervivum tectorum L.)

Senecio. Folia. *Seneçon.* (Senecio vulgaris L.)

Senega. Radix. *Polygala de Virginie. Senega.* (Polygala Senega L.)

Senna. Folliculi. (*Follicules de Séné*). Folia quae dicuntur Alexandrina s. Tripolitana. *Séné (d'Égypte); Séné palte. Alexandrian Senna.* (Cassia lenitiva Bischof).

Senna Indica. Folia. *Tinnivelly Senna.* (Cassia elongata Lemaire.)

Sepia. Ossa. Os Sepiae. *Os de Sèche (ou Seiche).* (Sepia officinalis L.)

Serpentaria. Radix. *Serpentaire de Virginie; Aristoloche serpentaire; Vipérine de Virginie. Serpentary.* (Aristolochia Serpentaria L.)

Serpyllum. Herba florens. *Serpolet.* (Thymus Serpyllum L.)

Serum Lactis.
Petit-lait. Whey.
Rp. Lactis vaccini *Gm.* 1000.
Ebullienti lacti instilla tamdiu liquorem paratum ex
Acidi citrici *P.* 1
et Aquae *P.* 8,
donec coagulatio perfecta fuerit. Liquorem exprimendo colatum, admixto Albumine ovi unius, antea aquae paulo conquassato, denuo usque ad ebullitionem calefac, tum affunde paulum aquae frigidae, ut ebullitio sedetur. Quando subsederint faeces, filtra per chartam antea aqua fervida ablutam. *Ph. Gall.*
Ph. Germ., Russ. Paretur digerendo Lactis vaccini recentis *P.* 200 (*P.* 192 *Ph. Russ.*) cum Liquoris seripari *P.* 1 calore 35 ad 40° C. et colando post coagulationem.

Serum Lactis acidum.
Serum Lactis tartarisatum.
Ph. Russ. Paretur e Lactis vacc. *P.* 96 et Tartari depurati *P.* 1.

Serum Lactis aluminatum.
Rp. Lactis vaccini *P.* 300.
Calefactis et fervescentibus immisce
Aluminis pulv. *P.* 1 vel $1^1/_2$,
ut coagulatio perficiatur, tum liquorem refrigeratum filtra. *Ph. Germ.*

Serum Lactis tamarindinatum.
Ph. Germ. Paretur uti Serum Lactis aluminatum, nisi quod loco Aluminis sumantur Pulpae Tamarindorum depuratae *P.* 10.
Ph. Russ. Paretur e Lactis vaccini *P.* 36 et Pulpae Tamarindorum *P.* 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0173-6 DFG

Serum Lactis Weissii.
Petit-lait de Weiss.

Rp. Follicul. Sennae *Gm.* 2,
Magnes. sulfuric. *Gm.* 2,
Florum Hyperici *Gm.* 1,
Florum Galii *Gm.* 1,
Florum Sambuci *Gm.* 1,
Seri Lact. ferventis *Gm.* 500.

Digere per horam dimidiam, cola et filtra. *Ph. Gall.*

Seseli Massiliense. Fructus. Semen Seselios Massiliensis. *Séséli de Marseille.* (Seseli tortuosum L.)

Simaruba. Cortex radicis. *Simarouba.* (Simaruba officinalis DC.)

Sinapis. Semen. Oleum aetherum. *Moutarde (noire). Mustard.* (Sinapis nigra L.)

Solanum nigrum. Herba. Folia. *Morelle.* (Solanum nigrum L.)

Solutio arsenicalis.

Liquor Kali arsenicosi. Liquor arsenicalis. Solutio Fowleri. Arsenis potassicus aqua solutus. *Solution d'Arsenite de Potasse; Liqueur de Fowler. Fowler's Solution; Arsenical Solution.*

Ph. Gall. Paretur ex:
Acidi arsenicosi,
Kali carbonici ãã *P.* 5,
Aquae destill. *P.* 500,
Spiritus Melissae comp. *P.* 15.

Colaturae pondus exaequet *P.* 500. Cont. *P.* 1 Acidi arsenicosi in centenis partibus.

Ph. Brit. Paretur ex:
Acidi arsenicosi,
Kali carbonici ãã *P.* 2,
Tinct. Lavandulae comp. *P.* 7,
Aquae destill. *q. s.*

ad explendas *P.* 218¾. Pd. spec. 1,009. Dosis: 2 ad 8 Gtt.

Ph. Helv. Paretur ex:
Acidi arsenicosi *P.* 10,
Kali hydrici fusi *P.* 8,
Aquae dest. *P.* 600,
Spirit. Meliss. comp. *P.* 120
et Aquae dest. *q. s.*,

ut expleantur *P.* 900. Partes nonagenae contineant *P.* 1 Acidi arsenicosi.

Ph. Germ., Russ. Paretur ex:
Acidi arsenicosi,
Kali carbonici ãã *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 94,
Spirit. Angelicae comp. *P.* 4.

Cont. in centenis partibus *P.* 1 Acidi arsenicosi.

Sparadrapum Anglicum.

Sericum Anglicum. Taffetas adhaesivum. *Taffetas d'Angleterre; Sparadrap de Colle de Poisson.*

Rp. Collae piscium *P.* 10.
Solvantur
Aquae fervidae *P.* 120

et colentur. Dimidium hujus solutionis calidae ope penicilli telae bombycinae, satis expansae semel atque iterum inducatur, quae tela, Collae piscium *Grammatis* 30 adhibitis, sit dimensionis 4368 *Centimetrorum* quadratorum. Post inductiones singulas tela siccetur.

Pars dimidia reliqua Collae piscium solutae paulatim commisceatur cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 40
et Glycerini *P.* 1,

atque eodem modo eidem telae inducatur. Postremo telae tergum Tincturae Benzoës quantitate sufficiente illinatur. Tum tela siccata loco sicco servetur. Sit splendens, madefactum cuti tenaciter adhaerens. *Ph. Germ.*

Ph. Russ. eundem parationis modum recepit, nisi quod Glycerinum non admiscetur. Collae piscium *Gm* 15, Aquae destill. ebullientis *Gm.* 180 et Spiritus Vini rectfss. *Gm.* 52 ad illinendam aschinam Russicam telae bombycinae sufficiant.

Ph. Gall. Ichthyocollae concisae *P.* 5, solutis aquae et Spiritus Vini, pond. spec. 0,914, ãã 40, tum colatis saepius illinatur pannus bombycinus etc. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Charta auri foliati gummata (*Baudruche gommée*).

Sparadrapum ceratum.
Toile de Mai; Sparadrap de Cire

Rp. Cerae albae *P.* 200,
Olei Amygdalarum *P.* 100,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0174-1 DFG

Terebinthinae laricinae *P.* 25.

In miscelam calore aquae colliquatam immerge pannulos lintei tenuioris longitudine Centimetrorum centum et latitudine Centimetrorum viginti. Quisque pannulus, extrema parte manibus prehensus, inter duas regulas eo modo trajiciatur, quo massa emplastica superflua de linteo removeatur. Pannuli hoc modo massa emplastica imbuti dein ope cultri sparadrapici calefacti laevigentur. *Ph. Gall.*

Sparadrapum Diachyli gummati.

Sparadrap Diachylon gommé.

Ph. Gall. Emplastrum Plumbi compositum supra linteum tenuiter extensum.

Sparadrapum Diapalma.

Sparadrap Diapalme.

Rp. Emplastri Diapalmae *P.* 12,
Olei Olivarum,
Cerae albae ãã *P.* 1,
Terebinthinae laricinae *P.* 2.

Leni calore colliquatae supra textum linteum extendantur, ut fiat sparadrapum. *Ph. Gall.*

Sparadrapum mercuriale.

Sparadrap mercuriel.

Rp. Emplastri Hydrargyri *P.* 5,
Olei Olivarum *q. s.*

ut post mixtionem leni calore effectam massa satis emplastica obtineatur, quae supra pannulos lintei l. a. spargatur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

les sparadraps *avec les emplâtres,*
d'André de la Croix,
de Ciguë,
de Cire verte,
de Minium ou de Nuremberg.

Sparadrapum Resinae Thapsiae.

Sparadrap révulsif de Thapsia; Sparadrap d'emplâtre de Thapsia.

Rp. Cerae flavae *P.* 420,
Colophonii,
Terebinthinae coctae,
Resinae Pini ãã *P.* 150,
Terebinthinae laricinae *P.* 50.

Leni calore colliquatis et per linteum fusis adde

Glycerini,
Mellis albi ãã *P.* 50,
Resinae Thapsiae spissitudinis mellis *P.* 75.

Agitando fiat massa emplastica, quae supra linteum extendatur. *Ph. Gall.*

Sparadrapum vesicans.

Taffetas vesicans *Ph. Germ.* *Sparadrap vesicant.*

Rp. Elemi depurati *P.* 100,
Olei Olivarum *P.* 40,
Ungt. basilici *P.* 225,
Resinae Pini dep. *P.* 100,
Cerae flavae *P.* 375.

Colliquatis immisce

Cantharidum subt. pulv. *P.* 420.

Digere per aliquot momenta horae inter continuam agitationem. Massa refrigescens supra linteum extendatur.

Tempore hiemis sumantur Unguenti basilici *P.* 250 et Cerae *P.* 350, temporibus aestivis rursus sumantur Cerae *P.* 400 et Unguenti basilici *P.* 200, ut semper massa emplastica efficiatur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Cantharidum pulv. et Corticis Mezerei concisi ãã *P.* 36 macerent saepius agitatae per octo dies Aetheris *P.* 200. In colatura filtrata solvantur Mastiches *P.* 3, Sandaracae *P.* 8, Terebinthinae *P.* 2, Olei Lavandulae *P.* 1. Solutio haec ope penicilli telae bombycinae expansae atque solutione concentrata Collae piscium semel obductae ita illinatur, ut solutionis Grammata 40 in telam dimensionis 4000 Centimetrorum quadratorum insumantur. Sit taffetas splendens, Spiritu Vini humectatum cuti adhaerens.

Species adstringentes.

Espèces astringentes.

Rp. Corticis Granatorum,
Rhizomatis Bistortae,
Rhizomat. Tormentillae ãã *P.*

Concisas misce. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0175-7 DFG

Species amarae.

Espèces amères.

Rp. Herbae Cardui benedicti,
Summitatum florent. Chamaedryos (Teucrii),
Summit. florent. Centaurii minoris ãã *P.*
Concisae misceantur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Corticis Aurantii, Herb. Absinthii, Rad. Gentianae ãã *P.* Concisas misce.

Species anthelminthicae.

Espèces anthelminthiques.

Rp. Summitatum Absinthii,
Summitatum Tanaceti
Florum Chamomillae
Florum Cinae ãã *P.*
Minutim concisae misceantur. *Ph. Gall.*

Species aromaticae.

Species pro cucupha. *Espèces aromatiques.*

Rp. Foliorum et summitatum
Absinthii,
Hyssopi,
Menthae piperitae,
Origani,
Rorismarini,
Salviae,
Serpylli,
Thymi ãã *P.*
Concisas misce. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Caryophyllor. *P.* 1, Flor. Lavandul., Herb. Majoranae, Menth. crisp., Rorismarini, Salviae et Serpylli ãã *P.* 2, grosso modo pulveratae misceantur.

Ph. Germ. Folior. Menth. pip., Rorismarini, Herb. Serpylli, Majoranae, Flor. Lavandul. ãã *P.* 2, Caryophyll., Cubebarum ãã *P.* 1. Singulae minutim concisae atque a pulvere subtili liberatae misceantur.

Ph. Russ. Herb. Majoranae, Fol. Menthae crisp. ãã *P.* 4, Flor. Lavandul. *P.* 2, Caryophyll. *P.* 1. Grosso modo pulveratae misceantur.

Species aromaticae pro balneo.

Species ad balneum.

Rp. Florum Chamomillae,
Florum Lavandulae,
Folior. Menth. crispae,
Folior. Rorismarini,
Herbae Serpylli,
Rhizomat. Calami ãã *P.*
Minutim concisas misce. *Ph. Russ.*

Species bechicae.

Espèces béchiques.

Rp. Foliorum
Adianti pedati,
Hederae terrestris,
Scolopendrii,
Veronicae,
Summit. Hyssopi,
Capitum Papaveris a seminibus liberatorum ãã *P.*
Concisas misce. *Ph. Gall.*

Species carminativae.

Espèces carminatives; Semences carminatives.

Rp. Fructuum
Anisi,
Carvi,
Coriandri,
Foeniculi ãã *P.*
Misceantur. *Ph. Gall.*

Species diureticae.

Espèces diurétiques; Cinq racines apéritives.

Rp. Radicum siccatarum
Apii graveolentis,
Asparagi,
Foeniculi,
Petroselini,
Rhizomat. Rusci aculeati ãã *P.*
Concisas misce. *Ph. Gall.*

Species emollientes.

Species ad Cataplasma. Pulvis emolliens. Species mollientes. *Espèces émollientes; Farine émolliente.*

Rp. Foliorum siccatorum
Verbasci,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0176-3 DFG

Althaeae,
Malvae silvestris,
Parietariae ãã P.
Concisas misce. *Ph. Gall.*
Species emollientes pulveratae praebent:

Poudre émolliente pour Cataplasma Ph. Gall. Farine émolliente.

Ph. Helv. Flor. Chamomill., Fol. Althaeae, Malvae, Rad. Althaeae ãã P. 1, Seminum Lini P. 2. Grosso modo pulveratas misce.

Ph. Germ. Fol. Althaeae, Malvae, Herb. Meliloti, Flor. Chamomill., Sem. Lini ãã P. Grosso modo pulv. misce.

Ph. Russ. Flor. Chamomill., Rad. Althaeae, Fol. Malvae, Herb. Meliloti ãã P. 1, Sem. Lini P. 3. Grosso modo pulv. misce.

Species laxantes.

Species purgativae. *Espèces purgatives; Thé de Saint-Germain.*

Rp. Foliorum Sennae P. 120,
Florum Sambuci,
Fructuum Anisi ãã P. 50,
Fructuum Foeniculi,
Kali bitartarici ãã P. 30.
Incisas contusasque misce. Dispensentur doses ponderis Grammatum quinque. Dosis ad infusum parandum mensurae pocilli ansati (*Gm.* 150) sufficit. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Species laxantes. Flor. Pruni spinosae, Rosar. pallidarum, Rad. Glycyrrhizae ãã P. 3, Fol. Sennae, Rhizomat. Polypodii ãã P. 2, Fruct. Anisi P. 1. Conc. cont. misce. —

Ph. Helv., Russ. Species laxantes Saint-Germain. Foliorum Sennae Spiritu Vini exhaustorum P. 16, Flor. Sambuci P. 10, Fruct. Foeniculi, Anisi ãã P. 5, Natro-Kali tartarici P. 3. Conc. et cont. misce.

Ph. Germ. Fol. Sennae Spiritu Vini exhaustorum P. 16, Flor. Sambuci P. 10, Fruct. Foeniculi, Anisi ãã P. 5. Conc., cont. misceantur et in dispensatione addantur Tartari depurati P. 3.

Species Lignorum.

Species ad Decoctum Lignorum. Species Guajaci compositae. Species mundificantes.

Rp. Ligni Guajaci rasp. P. 4,
Rad. Bardanae,
Rad. Ononidis ãã P. 2,
Rad. Glycyrrhiz. echinat.,
Ligni Sassafras ãã P. 1.
Concisas misce. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Ligni Juniperi P. 24, Ligni Guajaci P. 16, Ligni Santali, Sassafras, Rad. Glycyrrhiz. ãã P. 8, Fruct. Anisi, Foeniculi ãã P. 1. Concisas et pinsitas misce.

Ph. Russ. Ligni Guajaci raspati P. 4, Rad. Bardanae, Saponariae, Rhizomat. Caricis arenariae ãã P. 2, Rad. Glycyrrh., Ligni Sassafras ãã P. 1.

Species narcoticae.

Espèces narcotiques.

Rp. Foliorum siccatorum
Belladonnae,
Conii,
Hyoscyami,
Solani nigri,
Nicotianae,
Papaveris ãã P.
Concisas misce. *Ph. Gall.*

Ph. Russ. Herb. Conii P. 4, Fol. Hyoscyami P. 2, Fol. Belladonnae P. 1. Grosso modo pulv. misce. Paretur quum poscitur.

Species pectorales.

Species ad Infusum pectorale. Species Althaeae comp. *Espèces pectorales; Fleurs pectorales.*

Rp. Florum
Verbasci,
Rhoeadis,
Althaeae,
Malvae silvestris,
Antennariae (s. Gnaphalii),
Farfarae,
Violarum ãã P.
Incisae misceantur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Rad. Althaeae P. 8, Rad. Glycyrrhiz. P. 3, Flor. Tiliae, Verbasci ãã P. 2, Fruct. Foeniculi P. 1. Concisas contusasque misce.

Ph. Germ., Russ. Rad. Althaeae P. 8, Rad. Glycyrrh. P. 3, Rhizomat. Iridis Florent. P. 1, Fol. Farfarae P. 4, Flor. Rhoeadis et Verbasci, Fruct. Anisi stellati ãã P. 2. Concisas contusasque misce.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0177-8 DFG

Species pectorales cum Fructibus.

Rp. Specierum pectoralium *P.* 16,
Fruct. Ceratoniae concis. *P.* 6,
Sem. Hordei excorticati *P.* 4,
Caricarum concisarum *P.* 3.

Misce. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Herb. Asperulae odoratae, Capillorum Veneris, Hyssopi, Veronicae, Rad. Althaeae, Glycyrrhiz. ãã *P.* 1, Jujubarum, Passularum minorum, Sem. Hordei excort, Fruct. Ceratoniae ãã *P.* 2, Caricarum *P.* 4. Concisas misce.

Species Puerperarum.

Species pro potu Infantum vel Puerperarum. *Thé de femme en couche.*

Rp. Florum
Malvae silvest.,
Paeoniae,
Tiliae sine bracteis,
Primulae ãã *P.* 1.
Rad. Glycyrrhizae,
Fruct. Ceratoniae ãã *P.* 4,
Fruct. Foeniculi,
Fruct. Anisi ãã *P.* 2,
Cornu Cervi tornati *P.* 12.

Comminutas misce. *Ph. Helv.*

Species resolventes.

Rp. Foliorum Melissae,
Foliorum Menth. pip.
Herbae Majoranae,
Herbae Origani ãã *P.* 2,
Florum Chamomillae,
Florum Lavandulae,
Florum Sambuci ãã *P.* 1.

Minutim concisas misce. *Ph. Germ.*

Species sudorificae.

Espèces sudorifiques.

Rp. Ligni Guajaci raspati,
Ligni Sassafras raspati,
Rhizomat. Chinae incisi,
Rad. Sarsaparillae fissae et incisae ãã *P.*

Misce. Lignum Sassafras infusione, reliquae species decoquendo exhauriuntur, quam ob rem Lignum Sassafras segregatum una cum reliquis plerumque dispensare solent. *Ph. Gall.*

Species vulnerariae.

Thea Helvetica *Thé suisse; Espèces vulnéraires.*

Rp. Foliorum et summitatum
Absinthii,
Betonicae,
Ajugae reptantis,
Calaminthae,
Chamaedryos,
Hyssopi,
Hederae terrestris,
Millefolii,
Origani,
Vincae,
Rorismarini,
Saniculae,
Salviae,
Scolopendrii,
Scordii,
Thymi,
Veronicae,
Florum Arnicae,
Antennariae (Gnaphalii),
Farfarae ãã *P.*

Concisas misce. *Ph. Gall.*

Spica. Flores. Oleum aethereum. *Spic; Lavande commune.* (Lavandula Spica DC.)

Spigelia anthelminthica. Herba florens. *Spigélie anthelminthique.* (Spigelia anthelmia L.)

Spilanthes. Folia. Flores. *Cresson de Para.* (Spilanthes oleracea L.)

Spiritus aethereus.

Spiritus sulfurico-aethereus. Aether sulfuricus alcoholisatus. Aether alcoholisatus. Liquor anodynus mineralis Hoffmanni. Spiritus Aetheris. *Éther sulfurique alcoolisé. Spirit of Ether.*

Rp. Aetheris *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

Misce. (Pond. spec. 0,808 ad 0,812) *Ph. Germ.* (Pond. spec. 0,810 ad 0,816) *Ph. Helv.*

Ph. Gall. Aetheris et Spiritus V. rectfss. ãã *P.* mixtae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0178-4 DFG

Ph. Russ. Aetheris *P.* 1 et Spiritus V. rectfss. *P.* 2 mixtae (Pond. spec. 0,800).

Ph. Brit. Aetheris *P.* 1*v* et Spiritus V. rectfss. *P.* 2*v* vel Aetheris *P.* 22 et Spiritus V. rectfss. *P.* 50 mixtae. (Pond. spec. 0,809).

Spiritus Aetheris chlorati.

Spiritus muriatico-aethereus. Spiritus Salis dulcis.

Rp. Mangani hyperoxydati nativi *q. s.*

In frustula magnitudine nucis Avellanae diffracto impleatur cucurbita (partium centum viginti aquae capax) usque ad collum, tum affundantur

Acidi hydrochlorici crudi *P.* 6,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 24,

antea commixtae, ita tamen, ut Manganum hyperoxydatum supra liquidum exstet. Tum destillando *P.* 25 eliciantur, quae cum Calcaria hydrica conquassando ab Acido liberatae leni calore destillent, donec *P.* 21 transierint, quae serventur. Pond. spec. 0,838 ad 0,842. Colorem chartae exploratoriae caeruleae ne mutet. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Ex Natrii chlorati *P.* 8, Mangani hyperoxydati nativi *P.* 3, superfusis Acidi sulfurici crudi *P.* 6, antea commixtis cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 26, destillando eliciantur *P.* 21, quae cum Magnesia carbonica conquassatae atque decanthatae rectificentur. Pond. spec. 0,815 ad 0,820. In vitris plane repletis servetur.

Spiritus Aetheris nitrosi.

Spiritus Nitri dulcis. Spiritus nitrico-aethereus. Spiritus Aetheris nitrici *Ph. Lond., Edinb. Spirit of Nitrous Ether.*

Rp. Spiritus V. rectfss. *P.* 12,
Acidi nitrici crudi *P.* 3.

In retortam vel cucurbitam vitream infundantur, tum destillando eliciantur *P.* 10, quae conquassando cum Magnesia carbonica Acido libero exutae decanthentur et destillatione calore balnei vaporis rectificentur. Destillatum in lagenis parvis probe obturatis servetur. Pond. spec. 0,845 ad 0, 855. *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Acidi nitrici puri, Spiritus Vini rectfss., Aquae destillatae ãã *P.* 40, Cupri in laminis *P.* 5 calore balnei arenae destillent, donec *P.* 40 elicitae fuerint, quae Calcaria hydrica admixta ab Acido liberatae atque post diem unum decanthatae calore balnei aquae denuo destillent, ita ut *P.* 20 eliciantur. Hoc destillatum Spiritus Vini rectfss. *P.* 20 diluatur et servetur. Pond. spec 0,836 ad 0,840.

Ph. Brit. Spiritus V. rectfss. *P.* 67, Acidi sulfurici conc. *P.* 15 mixtis addantur Acidi nitrici (1,42 pd. spec.) *P.* 14. Mixtura haec cum limaturae Cupri *P.* 8 in retortam thermometro instructam ingeratur et calore 76° C., sensim crescente, ad 80°, sed nunquam 82° excedente, vas excipiens aqua gelida refrigerando, destillatione *P.* 40 eliciantur. Tum, igne remoto et retorta refrigerata, residuo in retorta affundantur Acidi nitrici *P.* 3 et destillatio denuo fiat, donec destillati totius *P.* 53 elicitae fuerint, quae cum Spiritus Vini rectfss. *P.* 134 misceantur. Pond. spec. 0,845. (Est vel acidulus vel neuter liquor).

Ph. Russ. Ex Acidi nitrici puri *P.* 6 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 24 destillando eliciantur *P.* 20, quae Calcaria hydrica addita ab Acido liberatae destillando rectificentur, ita ut *P.* 18 eliciantur. Pond. spec 0,840 ad 0,850.

Spiritus Ammoni aromaticus.

Alcoholatum aromaticum ammoniacale. *Alcoolat aromatique ammoniacale. Aromatic Spirit of Ammonia.*

Rp. Flavedinis recentis fructus Aurantii,
Flaved. rec. fruct. Citri ãã *P.* 100,
Vanillae *P.* 30,
Cort. Cinnamomi *P.* 15,
Caryophyllorum *P.* 10,
Ammoni hydrochlorici *P.* 500.

Incisis contusisque affunde

Aquae Cinnamomi et
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864,
ãã *P.* 500.

In cucurbitam vitream immissas per dies quatuor macera, interdum agitando, tum adde

Kali carbonici *P.* 500

et exacte conquassa. Aliquot horis prae-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0179-3 DFG

terlapsis calore balnei aquae destillando *P.* 500 eliciantur. Serva in lagenis parvis, epistomiis vitreis munitis. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Ammoni carbonici *P.* 32, Liquoris Ammoni caust. fortioris *P.* 16*v*, Olei aeth. Myristicae sem. *P.* 2*v*, Olei Citri *P.* 3*v*, Spirit. Vini rectfss. *P.* 480*v*, Aquae *P.* 240*v* misceantur, tum destillando *P.* 560*v* eliciantur. Pond. spec. 0,870.

Spiritus Ammoni foetidus.

Spiritus Ammoniae foetidus. *Fetid Spirit of Ammonia.*

Rp. Asae foetidae *P.* 3.
Minutim concisis affunde
Spiritus Vini rectfss. *P.* 30*v*
et macera vase operto per horas viginti quatuor. Tum Spiritus destillando elicitus commisceatur cum
Ammoni caustici soluti fortioris *P.* 4*v*.
et ea quantitate Spiritus Vini rectificatissimi, ut *P.* 20*v* mixturae compleantur. *Ph. Brit.*

Spiritus Angelicae compositus.

Spiritus theriacalis.

Rp. Radicis Angelicae *P.* 16,
Radicis Valerianae,
Fruct. Juniperi ãã *P.* 4.
Concisis contusisque affunde
Spiritus Vini rectificati,
Aquae communis ãã *P.* 100.
Destillando eliciantur *P.* 100, quibus solvantur
Camphorae *P.* 2.
Ph. Germ.

Ph. Gall. (e *Ph. Aust*, *Germ.*), *Russ.* Rad. Angelicae *P.* 12, Rad. Valerianae, Bacc. Juniperi ãã *P.* 3, Spiritus Vini rectf. *P.* 72, Aquae *P.* 36 macerent per horas viginti quatuor, tum destillando eliciantur *P.* 72, in quibus solvantur Camphorae *P.* 1½. Filtrentur.

Spiritus Anisi.

Alcoholatum Anisi. *Alcoolat d'Anis; Esprit d'Anis.*

Rp. Fruct. Anisi *P.* 1,
Spirit. V. pond. spec. 0,864, *P.* 8.
Macera per duos dies, tum calore aquae balnei destillent. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Spiritus (*les Esprits*)
Carvi (*de Carvi*),
Coriandri (*de Coriandre*),
Foeniculi (*de Fenouil*).
et Spiritus fructuum aliarum plantarum umbelliferarum.

Spiritus Armoraciae compositus.

Compound Spirit of Horseradish.

Rp. Radicis Armoraciae rasae,
Corticis Aurantii incis. ãã *P.* 40,
Seminis Myristicae cont. *P.* 1,
Spirit. Vini tenuioris *P.* 295,
Aquae *P.* 80.
Destillando eliciantur *P.* 295. *Ph. Brit.*

Spiritus aromaticus.

Aqua Coloniensis. Alcoolatum fragrans. *Eau de Cologne.*

Rp. Olei Bergamottae *P.* 100,
— Cinnamomi *P.* 25,
— Citri Cedrae,
— Citri Limonis ãã *P.* 100,
— Lavandulae,
— flor. Aurantii,
— Rorismarini ãã *P.* 50,
Spiritus V. rectfss. *P.* 12000.
Mixtae, additis
Spirit. Meliss. comp. *P.* 1500,
Spirit. Rorismarini *P.* 1000,
seponantur per octo dies, tum calore balnei aquae destillando *P.* 11980 eliciantur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Olei Aurant. cort. *P.* 6, Oleor. Bergamottae et Citri ãã *P.* 12, Oleor. flor. Aurant., Lavandulae et Rorismarini ãã *P.* 1 misceantur. Mixturae hujus *P.* 1, soluta in Spirit. Vini rectfss. *P.* 32, commisceatur cum Aquae *P.* 8. Tum calore balnei vaporis destillando *P.* 30 eliciantur.

Ph. Germ. Rhizomatum Zingiberis, Zedoariae, Calami ãã *P.* 4, Seminis Myristicae, Fructuum Anisi stellati ãã *P.* 2, Florum Chamomillae Romanae, Foliorum Menthae pip. ãã *P.* 6, Corticis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0180-4 DFG

Fructus Aurantii *P.* 4, contusis concisisque affunde Spiritus Vini rectf. et aquae ãã *P.* 50. Destillando eliciantur *P.* 50

Spiritus Aurantiorum corticum.

Alcoholatum corticum fructuum Aurantii. *Alcoolat d'écorces d'Orange; Esprit d'Orange.*

Rp. Flavedinis recentis fructus Aurantii *P.* 1,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 6.

Macerentur per duos dies, tum calore balnei aquae destillent, quamdiu aliquid transit. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Spiritus (*les Alcoolats*):
Bergamottae (*de Bergamotte*),
Citri (s. Limoni) (*de Citron*),
Citri Cedrae (*de Cédrat*),
Florum Aurantii (*de fleurs d'Oranger*).

Spiritus balsamicus Fioravanti.

Balsamum Fioraventi. *Alcoolat de Fioravanti; Baume de Fioravanti.*

Rp. Terebinthinae laricinae *P.* 50,
Fruct. Lauri,
Elemi,
Tacamahacae,
Succini,
Styracis liquidi,
Galbani,
Myrrhae ãã *P.* 10,
Aloës,
Rhizomat. Galangae,
Rhizomat. Zingiberis,
Rhizomat. Zedoariae,
Cort. Cinnamomi Ceyl.,
Caryophyllorum,
Semin. Myristicae,
Fol. Dictamni Cretic. (Origani Dictamni) ãã *P.* 5,
Spirit. Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 300.

Rhizomata, Cortex Cinnamomi, Semina Myristicae, Fructus Lauri grosso modo pulverata macerentur in Spiritu Vini per dies quatuor, tum addantur Succinum pulv., Resinae, Gummata resinosa, Styrax et Terebinthina, quae denuo macerentur per dies duos. Postremo calore balnei aquae destillando *P.* 250 eliciantur *Ph. Gall.*

Spiritus Bryoniae compositus.

Alcoholatum Bryoniae compositum. Aqua Bryoniae composita. *Eau de Bryone composée.*

Rp. Castorei Canadensis contusi *P.* 7,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,878, *q. s.*

ut, post digestionem per dies tres, eliciantur colaturae *P.* 50, usui sequenti inservientes. Sume

Herbarum recentium
Rutae *P.* 84,
Sabinae,
Pulegii,
Basilici,
Matricariae,
Nepetae Catariae ãã *P.* 7,
Corticum Aurantiorum,
Myrrhae ãã *P.* 14,
Rad. Bryoniae recent. *P.* 168,

e quibus superinfusis

Spiritus Vini, pond. spec. 0,935, *P.* 336
et Aquae *P.* 2000

destillando *P.* 950 eliciantur, quibus admisceatur Tinctura Castorei antea collecta, ut inde obtineantur *P.* 1000. *Ph. Gall.* (e *Ph. Belg.*)

Spiritus Cajaputi.

Spiritus Cajuputi. *Spirit of Cajuput.*

Rp. Olei Cajaputi *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 43.

Misce. *Ph. Brit.*

Spiritus camphoratus.

Spiritus Camphorae. Tinctura Camphorae. *Alcool camphré; Esprit de Camphre. Spirit of Camphor.*

Rp. Camphorae *P.* 1,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0181-0 DFG

Spiritus Vini, pd. spec. 0,835, *P.* 9.

Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Camphorae *P.* 1 solutam in Spiritus V. rectfss. *P.* 7 misce cum Aquae destillatae *P.* 2.

Ph. Helv., *Russ.* Camphorae *P.* 1 solutam in Spiritus V. rectfss. *P.* 9 misce cum Aquae destillatae *P.* 3.

Ph. Brit. Camphorae *P.* 7 solvantur Spiritus V. rectfss. *P.* 53.

Spiritus camphoratus dilutus.

Alcohol camphoratus debilior. *Eau-de-vie camphrée.*

Rp. Camphorae *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 39.

Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Spiritus Chloroformii.

Spirit of Chloroform.

Rp. Chloroformii P. 3,
Spiritus V. rectfss. *P.* 32.

Misce. Pond. spec. 0,871. (Chloroformii *P.* 1*v.* et Spirit. V. rectfss. *P.* 19*v* mixtae). *Ph. Brit.*

Spiritus Cinnamomi.

Alcoholatum corticis Cinnamomi. *Alcoolat de Canelle; Esprit de Canelle.*

Rp. Cort. Cinnamomi Ceylanici grosso modo pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 8.

Macera per quatuor dies, tum calore balnei aquae destillent, quamdiu aliquid transit. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Spiritus (*les esprits*):

Anisi stellati (*de Badiane*),

Caryophyllorum (*de Girofle*),

Juniperi fruct. (*de Genièvre*).

Spiritus Cochleariae.

Alcoholatum Cochleariae compositum. *Alcoolat de Cochléaria; Esprit ardent de Cochléaria.*

Rp. Fol. recent. Cochleariae *P.* 30,
Radicis Armoraciae in taleolas dissectae *P.* 4.

Contusis affunde
Spirit. V., pond. spec. 0,864, *P.* 35.

Macera calore balnei aquae per dies duos, tum destillando *P.* 30 elice. *Ph. Gall.*

Ph. Helv., *Russ.* Destillati *P.* 4 ex Herbae florentis recent. Cochleariae *P.* 8, Spiritus V. rectfss. et Aquae ãã *P.* 3.

Ph. Germ. Destillando eliciantur *P.* 5 ex Herbae Cochleariae recentis *P.* 10, Spiritus Vini rectf. *P.* 5 et aquae *P.* 2.

Spiritus Formicarum.

Rp. Formicarum recens collectarum et a quisquiliis liberatarum *P.* 10,
Spiritus Vini rectf. *P.* 20,
Aquae *P.* 10.

Macerent per dies duos, tum destillando eliciantur *P.* 20. Sit liquor limpidus, ab olei guttulis liber, chartam exploratoriam caeruleam rubefaciat. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Formicarum *P.* 2, Spiritus Vini rectfss., aquae ãã *P.* 3. Destillando eliciantur *P.* 4.

Ph. Russ Formicarum, Spiritus Vini rectfss., aquae ãã *P.* 10. Destillando eliciantur *P.* 10.

Spiritus Gari.

Alcoholatum Gari. *Alcoolat de Garus.*

Rp. Aloës *P.* 5,
Myrrhae *P.* 2,
Caryophyllorum *P.* 5,
Sem. Myristicae *P.* 10,
Cort. Cinnamomi *P.* 20,
Croci *P.* 5.

Contusis concisisque affunde
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 5000.

Macera per quatuor dies, tum filtra. Quo facto addantur *P.* 1000*v* aquae et calore balnei aquae destillatio instituatur. *Ph. Gall.*

Spiritus Juniperi.

Spirit of Juniper.

Rp. Fructuum Juniperi *P.* 5.

Contusis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 20,
Aquae *P.* 10,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0182-6 DFG

et macera per horas viginti quatuor, tum destillando elice

Partes 20.

Ph. Germ.

Eodem modo parentur:

Spiritus Lavandulae florum,
— **Rorismarini** foliorum,
— **Serpylli** herbae.

Ph. Helv. Ex Fruct. Juniperi *P.* 1, Spirit. Vini rectfss. et aquae ãã *P.* 3 destillando eliciantur *P.* 4.

Eodem modo parentur:

Spiritus Lavandulae florum,
— **Serpylli** herbae.

Ph. Russ. Olei Juniperi fruct. *Guttae* 20 misceantur cum Spirit. V. rectfss. *Gm.* 30 et Spirit. V. rectf. *Gm.* 90.

Eodem modo parentur:

Spiritus Lavandulae.
— **Rorismarini.**
— **Serpylli.**

Ph. Brit. Olei Juniperi fruct. *P.* 1 cum Spirit. V. rectfss. *P.* 48 mixta.

Ejusdem compositionis sint

Spiritus (*Spirits*):
Lavandulae (*of Lavender*),
Menthae pip. (*of Peppermint*),
Myristicae (cum Oleo aethereo) (*of Nutmeg*),
Rorismarini (*of Rosemary*).

Spiritus Melissae compositus.

Alcoholatum Melissae comp. *Alcoolat de Mélisse.* Aqua Carmelitarum. *Eau de Mélisse spiritueuse; Eau de Mélisse des Carmes.*

Rp. Herbae florescentis recentis Melissae *P.* 90,
Flavedinis rec. Citri *P.* 15,
Cort. Cinnamomi Ceylanici,
Caryophyllorum,
Sem. Myristicae ãã *P.* 8,
Fruct. Coriandri,
Rad. Angelicae ãã *P.* 4.

Concisae contusaeque per dies quatuor macerentur in

Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 500.

Tum calore balnei aquae fiat destillatio. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Caryophyll., Cort. Cinnam., Rad. Angelicae ãã *P.* 1, Sem. Myristicae, Fruct. Coriandri ãã *P.* 2, Cort. Citri *P.* 4, Herb. Meliss. *P.* 12, Spirit. Vini rectfss. *P.* 80, Aquae *P.* 40, macerentur per diem unum et noctem, tum destillando *P.* 96 eliciantur.

Ph. Germ. Foliorum Melissae recentium *P.* 48, aut si desint, Foliorum Melissae siccatorum *P.* 14, Corticis Citri fructus *P.* 12, Fructuum Coriandri, Seminis Myristicae ãã *P.* 6, Corticis Cinnamomi Cassiae, Caryophyllorum ãã *P.* 3, concisis contusisque affunde Spiritus Vini rectf. et aquae ãã *P.* 200, tum destillando eliciantur *P.* 200.

Spiritus Rorismarini.

Alcoholatum Rorismarini. *Esprit de Romarin.*

Rp. Fol. recent. Rorismar. *P.* 10,
Spirit. V., pond. spec. 0,864, *P.* 30,
Aquae destill. Rorismar. *P.* 10.

Macera per dies quatuor, tum destillando calore aquae balnei *P.* 25 eliciantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Spiritus Lavandulae (*Esprit de Lavande*),
Spiritus Menthae pip. (*Esprit de Menthe poivrée*)

et Spiritus aliarum plantarum labiatarum.

Ph. Helv. Florum et Herbae Rorismarini ãã *P.* 3 superfundantur Spiritus Vini rectfss. *P.* 12 et aquae *P.* 14. Destillando eliciantur *P.* 16.

Spiritus saponatus.

Spiritus Saponis.

Rp. Saponis oleacei rasi *P.* 1.

Solve digerendo leni calore in

Spiritus Vini rectf. *P.* 3,
Aquae Rosae *P.* 1

et filtra. *Ph. Germ., Russ.*

Ph. Helv. Saponis Veneti exsiccati *P.* 4, Spiritus V. rectfss. *P.* 9, Aquae Rosae *P.* 7.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0183-1 DFG

Ph. Germ. Saponis oleacei rasi *P.* 1 solvatur leni calore digerendo in Spiritus Vini rectf. *P.* 3 et Aquae Rosae *P.* 1, tum liquor filtretur. Loco non nimis frigido servetur.

Spiritus Sinapis.

Rp. Olei Sinapis aeth. *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 49.
Misceantur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Olei Sinapis aeth. *P.* 1 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 60 misceantur.

Ph. Russ. Olei Sinapis *Guttae* 20 et Spiritus Vini rectfss. *Gm.* 30 misceantur.

Spiritus Succini volatilis.

Esprit volatil de Succin.

Liquor aquosus, qui in destillatione sicca Succini colligitur. Continet Acidum succinicum solutum, Acidum aceticum et Oleum pyrogenum. *Ph. Gall.*

Spiritus Vini absolutus.

Alcohol absolutus *Ph. Helv.* Alcohol *Ph. Brit.* *Alcool absolu. Absolute Alcohol.*

Ph. Gall. Calcariae ustae *P.* 3 aqua inspersa in hydratum pulvereum reductae, tum in crucibulum immissae fortiter urantur. Huic Calcariae exustae affundantur *P.* 10 Spirit. V. alcoholisati. Maceratione per duos ad tres dies peracta, e balneo aquae rectificatio instituatur. (Pond. spec. 0,795).

Ph. Helv. Pond. spec. 0,810 ad 0,800 calore 15 ad 17° C.

Spiritus Vini alcoholisatus.

Alcohol 95 gradus notans. *Alcool à 95° centesimaux Ph. Gall.*

Ph. Gall. Pond. spec. 0,817 calore 15° C. Paretur Spiritus Vini rectificatissimi deshydratione ope Kali carbonici exsiccati et rectificando ex balneo aquae.

Ph. Russ. Pond. spec. 0,812 ad 0,816 calore 15,6° C. Paretur e Spiritu Vini rectificatissimo supra Calcium chloratum fusum destillando.

Spiritus Vini dilutus.

Ph. Russ.

Spiritus Frumenti dilutior depuratus.

Ph. Russ. Pond. spec. 0,951 ad 0,955. Paretur miscendo Sp. V. rectfss. *P.* 17 cum Aquae destill. *P.* 28½. Notet 38 ad 40% Trallesiani Alcoholometri.

Spiritus Vini Gallici.

Spirit of French Wine; Brandy. Spiritus Vini destillatione vinorum Francogallicorum paratus.

Spiritus Vini rectificatissimus.

Alcohol repurgatus. Spiritus Vini *Ph. Helv.* Spiritus rectificatus *Ph. Brit.* Spiritus *Ph Germ. Alcool rectifié Ph. Gall. Rectified Spirit Ph. Brit.*

Ph. Gall. Contineat in centenis partibus *P.* 88 ad 90 Spiritus Vini anhydri. (Pond. spec. 0,835—0,841).

Ph. Helv. Pond. spec. 0,837 ad 0,845 calore 13 ad 15° C.

Ph. Brit. Pond. spec. 0,838.

Ph. Germ., Russ. Pond. spec 0,830 ad 0,834 et contineat in centenis partibus *P.* 90 Spirit. V. anhydri.

Spiritus Vini rectificatus.

Spiritus dilutus *Ph. Germ.* Spiritus Vini dilutus *Ph. Helv.* Spiritus tenuior *Ph. Brit.* *Proof Spirit.*

Ph. Germ. Pond. spec 0,892. Spiritus *P.* 7 misceantur cum Aquae destill. *P.* 3.

Ph. Helv. Pond. spec. 0,885 ad 0,892.

Ph. Russ. Pond. spec. 0,887 ad 0,890 (70—71% Trallesiani alcoholometri).

Ph. Brit. Pond. spec, 0,920. Paretur miscendo 5*v* Sp. V. rectfss. cum 3*v* Aquae dest.

Spiritus vulnerarius.

Aqua vulneraria spirituosa. Alcoholatum vulnerarium. *Alcoolat vulnéraire; Eau vulnéraire spiritueuse; Eau d'Arquebusade.*

Rp. Foliorum recens collectorum incisorum:
Absinthii, Angelicae, Basilici, Calaminthae off.,
Foeniculi, Hyssopi, Majoranae, Melissae,
Menthae, Origani, Rorismarini, Rutae, Saturejae,
Salviae, Serpylli, Thymi, ãã *P.* 1,

Summitat. flor. Hyperici,
Florum Lavandulae ãã *P.* 1,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,914,
P. 45.

Macera per dies sex, tum destillando *P.* 30 eliciantur. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Flor. Lavand., Herb. Hyssopi, Menth. crisp., Menth. pip., Rorismar., Rutae, Salviae ãã *P.* 1, Spirit. Vini rectfss. *P.* 18, Aquae *P.* 42. Digere per diem unum et noctem, tum destillando eliciantur *P.* 36.

Ph. Russ. Herb. Absinth., Fol. Salviae, Menth. pip., Rorismarini, Herb. Origani vulg., Flor. Lavandulae ãã *P.* 1, Spirit. Vini rectf. *P.* 18, Aquae *P.* 90. Macerent per 24 horas, tum eliciantur destillando *P.* 10.

Ph. Germ. Foliorum Menth. pip., Rorismarini, Rutae, Salviae, Herbae Absinthii, Florum Lavandulae ãã *P.* 1 superinfundantur Spiritus V. rectf. *P.* 18 et aquae *P.* 50, macerent per dies duos, tum destillent *P.* 36.

Spongiae ceratae.

Eponges préparées à la cire.

Spongiae marinae, modo ad parationem Spongiarum compressarum praecepto mundatae, tum siccatae atque in frusta dissectae *Cerae flavae* liquefactae probe immergantur, preli ope calefacti fortiter exprimantur et quum refrixerint, a cera supervacanea liberentur. *Ph. Gall., Germ.*

Ph. Helv. Spongiae marinae per aliquot dies macerando in aqua, cujus tricenis partibus admixta est Acidi hydrochlorati *P.* 1, mundandae sunt. Tum tractentur, ut antea praeceptum est.

Spongiae compressae.

Spongiae funiculo pressae. *Éponges préparées à la ficelle.*

Rp. Spongias marinas nonnullas,
teneriores, foraminibus minoribus praeditas.

Tundendo malleoli (lignei) ope ab arena et rudimentis conchularum liberatae in aqua tepida per horas viginti quatuor macerentur, tum aqua ter eluantur. Spongia quaeque, hoc modo tractata, adhuc madens funiculis circumductis fortiter constringatur, gyris funiculi ita contiguis, ut nullus intersit spongiae exitus. Spongiae constrictae, leni calore siccatae serventur. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Spongias marinas electas, in frusta oblonga dissectas et aqua fervida madefactas funiculis dense et fortiter ita constringe, ut ex singulis frustis cylindri formentur digitum fere longi, qui constricti serventur.

Spongia marina (foraminibus minoribus).

Éponge fine. (Spongia officinalis L.)

Spongiae tostae.

Spongiae ustae. *Éponges torréfiées.*

Fragmenta parvula Spongiae marinae discindendo concutiendoque ab arena, pulvere et conchulis liberata in tostorium coffearium ingerantur et supra prunas torrescant, donec parte quarta ponderis deminuta fuerint. Refrigerata in pulverem redigantur, in lagenis obturatis servandum. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv. Fragmenta Spongiae marinae minutim concisa sartagini ferreae, operculo obtegendae, immittantur et saepius agitando leni igne extorreantur, cavendo ne ardescant, donec portiuncula exemta et contrita pulverem e fusco nigrum praebeat. Spongiae tostae in pulverem redigantur.

Stannum. *Étain. Tin.*

Stannum ope limae divisum. Limatura Stanni. *Limaille d'Étain.*

Stannum bisulfuratum.

Sulfuretum stannicum. *Persulfure d'Étain; Or mussif.*

Rp. Stanni puri *P.* 12.
Calore liquatis immisce
Hydrargyri *P.* 6,
ut fiat amalgama, quod conterendo misceatur cum
Sulfuris sublimati *P.* 7,
Ammoni hydrochlorici *P.* 6.

Miscela in cucurbitam vitream immissa calefiat, igne gradatim aucto, donec odor hydrogenii sulfurati et vapores albi prodeant. Eruptio horum vaporum leni calore sustineatur, sed, quando vapores deminui coeperint, ignitio cesset. Post refrigerationem, cucurbita diffracta, mas-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0185-3 DFG

sae pars superior, glomerata e crystallis citrinis splendidis, cum cura separetur et servetur. *Ph. Gall.*

Stannum pulveratum.

Pulvis Stanni. *Poudre d'Étain.*

Stannum purum in cochlear ferreum ingestum, tum igne fusum infundatur in mortarium ferreum, antea calefactum, et ope pistilli calefacti diligenter teratur, donec refrixerit. Pulvis per cribrum trajiciendo colligatur. Sit pulvis griseus, in vasis bene clausis servandus. *Ph. Gall.*

Staphisagria. Semina. *Staphisaigre.* (Delphinium Staphisagria L.)

Stibio-Kali tartaricum.

Tartarus stibiatus s. emeticus. Tartras stibico-potassicus. Antimonium tartaratum. *Tartrate de Potasse et d'Antimoine; Emétic; Tartre, stibié. Tartarated Antimony; Emetic Tartar.*

Stibium. *Antimoine. Antimony.*

Stibium chloratum.

Chloruretum stibicum. Butyrum Antimonii. *Protochlorure d'Antimoine; Beurre d'Antimoine.*

Rp. Stibii sulfurati nigri pulv. *P.* 1.
In vas satis amplum ingestae paulatim affundantur

Acidi hydrochlorici *P.* 3,

ac calore postremum usque ad ebullitionem liquoris sensim aucto fiat solutio, donec gasis hydrosulfurati evolutio cessaverit. Tum liquor ut resideat fac et decantha.

Liquorem limpidum in spiraculo perflatu optime praedito evapora, donec gutta in laminam vitream frigidam translata obrigescat. Deinde massam liquidam ingere in retortam vitream siccam, quae cum vase recipiente, bene siccato, tubi intermedii ope conjuncta est, atque calore balnei arenae usque ad siccitatem destilla. Si opus est, retortae collo et tubo intermedio inter destillationem prunae admoveantur, ne massa destillante ac rigescente obstruantur. Destillatum rigens, defuso liquore forsan innatante, denuo leni calore liquetur et in vasa orificiis latis munita infundatur, quae epistomiis suberinis ceratisque bene obturata serventur. *Ph. Gall.*

Stibium chloratum solutum.

Liquor Stibii chlorati. Liquor Antimonii Chloridi. *Protochlorure d'Antimoine liquide. Solution of Chloride of Antimony.*

Paretur e Stibio sulfurato nigro pulv. et Acido hydrochlorico, digerendo, coquendo, sedimentando etc.

Ph. Germ. Pond. spec. 1,350—1,360.
Ph. Helv. Pond. spec. 1,34—1,35.
Ph. Brit. Pond. spec. 1,47.

Rp. Stibii chlorati *q. v.*
In tubum infundibuli, quod lagenae impositum est, immissum sepone juxta patinam aqua repletam et omnia campana vitrea obtege. Post aliquot dies liquor in lagena collectus servetur. *Ph. Gall.*

Stibium depuratum.

Stibium repurgatum. *Antimoine purifié.*

Stibium oxydatum.

Oxydum stibicum praecipitatum s. aqua paratum. Oxydum Antimonii. *Oxyde d'Antimoine par précipitation. Oxide of Antimony.*

Rp. Oxychlorureti Stibii *P.* 2,
Natri bicarbonici *P.* 1.
Natrum bicarbonicum, aquae quantitate decupla solutum, infunde in solutionem (?) Oxychlorureti, tum circiter per horam dimidiam coque. Dein fac resideat, decantha et praecipitatum aqua ablutum sicca. *Ph. Gall.*

Ph. Germ., Helv., Brit. Praecipitatum obtentum diluendo aqua liquorem Stibii chlorati digeratur cum Natro (vel Kali) carbonico soluto, tum aqua ablutum siccetur.

Stibium oxydatum via sicca paratum.

Oxydum stibicum aqua paratum. *Oxyde d'Antimoine cristallisé; Fleurs argentines d'Antimoine.*

Stibium metallicam in cupellam ingestum in fornice docimastico (*Moufle*) furni parvi cupellarii Arceti (*d'Arcet*) collocetur. Ostio fornicis magno frusto prunae obtecto Stibium liquetur et, quandocumque vapores Stibii erumpunt, furni spiracula obturentur, excepto ostio fornicis. Post refrigerationem crystallula

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0186-8 DFG

Stibii oxydati cupellae adhaerentia colligantur. Quo facto cupella in fornicem reponatur et, spiraculis denuo apertis operatio repetatur. *Ph. Gall.*

Stibium oxy-sulfuratum. Crocus Antimonii. Oxysulfuretum stibicum. *Oxy-sulfure d'Antimoine fondu.* Massa opaca fusca fragilis, nitore fere metallico, constans ex Oxydo et Sulfureto stibico.

Stibium sulfuratum aurantiacum.

Sulfur auratum Antimonii. Stibium quinquiessulfuratum. Sulfuretum stibicum auratum. *Soufre doré d'Antimoine; Sulfure antimonique.*

Ph. Gall, Germ., Helv., Russ. Praecipitatum effectum infundendo Stibio-Natrium sulfuratum (sal Schlippii) solutum in Acidum sulfuricum dilutius.

Stibium sulfuratum nigrum.

Sulfuretum stibicum. Antimonium nigrum *Ph. Brit Sulfure d'Antimoine. Black Antimony; Prepared Sulphuret of Antimony.*

Ph. Germ., Helv., Brit., Russ. Stibium sulfuratum naturale, quam maxime purum, laevigatum.

Ph, Gall. Antimonii metallici *P.* 125 et Sulfuris sublimati *P.* 50 pulveratae misceantur et colliquentur, tum igne aucto calefiant, ut Sulfur vacuum fugetur.

Stibium sulfuratum rubeum (cum Oxydo stibico).

Kermes minerale. Stibium oxysulfuratum. Antimonium sulphuratum *Ph. Brit.* Antimonium oxysulfuratum. *Kermès minéral; Oxysulfure d'Antimoine hydraté. Sulphurated Antimony.*

Rp. Natri carbonici cryst. *P.* 128.
Solve in lebetem ferreum ingestas
Aquae fervidae *P.* 1280.
Inter ebullitionem liquoris admisce
Stibii sulfurati nigri laevigati *P.* 6
et agita spathulae ligneae ope, coctionem per horam continuando. Dein liquorem adhuc fervidum ea ratione filtra, ut liquor in vas lapideum calefactum et aqua fervida ex parte repletum defluere possit. Filtratione facta, vas saltem per horas viginti quatuor et ea cura seponatur, ut liquor cum praecipitato exorto, quam fieri potest, lentissime refrigescat.

Praecipitatum collectum aqua frigida elue, loco tepido sicca, deinde cribro succerne atque in vitro sicco, bene clauso, luci subtracto serva. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. praecipit Natri carbonici cryst. *P.* 24, Aquae *P.* 240 et Stibii sulfurati nigri *P.* 1 atque coctionem per horas duas peragendam. Praecipitatum loco tepido (25° C.) siccetur.

Ph. Brit. praecipit Natri hydrici soluti (pd. spec. 1,047) *P.* 95, Stibii sulfurati nigri *P.* 10 et coctionem per horas duas peragendam, compensando aquam evaporatione consumptam. Liquori adhuc fervido colato, ante quam refrigescat, addatur Acidi sulfurici dilutioris ea quantitas, quae ad praecipitationem sufficit. Praecipitatum collectum lotumque calore 100° C. non excedente siccare licet. Continet paululum Oxydi stibici.

Ph. Germ. Stibii sulphurati rubei (sine Oxydo) *P.* 4 misceantur cum Stibii oxydati *P.* 1.

Stibium sulfuratum rubeum (sine Oxydo stibico).

Stibium sulfuratum rubeum *Ph. Germ.*
Rp. Stibii sulfurati nigri laevigati *P.* 5,
Kali hydrici soluti *P.* 16,
Aquae destillatae *P.* 60.
In lebetem ferreum ingestae inter agitationem continuam per horam dimidiam concoquantur, tum admixtis
Aquae destill. fervidae *P.* 240
filtrentur, residuum aqua fervida bene eluendo Liquor filtratus inter agitationem infundatur in mixturam paratam ex
Acidi sulfurici diluti *P.* 15
et Aquae destill. *P.* 60.
Praecipitatum inde effectum Aqua destillata eluatur, tum in vas porcellaneum immissum cum Aqua destillata miscendo in pultem tenuem redactum, commisceatur cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0187-4 DFG

Acidi sulfurici diluti *P.* 10,
Aquae destillatae *P.* 15
et coquatur per horae quadrantem inter continuam agitationem, dein Aqua destillata perfecte eluatur. Tum praecipitatum cum
Natri bicarbonici *P.* 2,
solutis in
Aquae dest. frigidae *P.* 36
per dies duos digeratur ac saepius agitetur, postremo in linteum translatum Aqua destillata eluatur, exprimatur et loco tepido, adversum lucem clauso, siccetur. Sit pulvis e rubro fuscus, Oxydi stibici vix minimum continens *Ph. Germ.*

Stoechas. Flores. Flores Stoechadis Arabicae s. purpureae. *Stoechas.* (Lavandula Stoechas L. s. Stoechas officinarum Mill.)

Stramonium. Folia. Semina. *Stramoine; Pomme-épineuse. Stramonium.* (Datura Stramonium L.)

Strychninum. Strychnium. Strychnina. Strychnia. *Strychnine. Strychnia.* ($C^{42}H^{22}N^2O^4$). Dosis: Millig. 2 ad 5. Dosis maxima: Centig. 1.

Strychninum nitricum. Strychnium nitricum. Nitras strychnicus. ($C^{42}H^{22}N^2O^4,HO,NO^5$). Dosis: Millig. 2 ad 5. Dosis maxima: Centig. 1.

Strychninum sulfuricum. Sulfas strychnicus. *Sulfate de Strychnine.* ($C^{42}H^{22}N^2O^4,HO,SO^3+7HO$). Dosis: *Millig.* 2 ad 5. Dosis maxima: Centig. 1.

Strychnos. Semen. Nux vomica. *Noix vomique. Nux vomica.* (Strychnos Nux vomica L.)

Styrax liquidus s. **praeparatus.** *Styrax liquide. Prepared Storax.* (Liquidambar orientale Miller).

Succinum. (Resina fossilis). Oleum aethereum empyreumaticum crudum et rectificatum (Oleum Succini pyrogenaeum). *Succin; Karabé; Ambre jaune.*

Succus antiscorbuticus.
Suc antiscorbutique.

Rp. Fol. rec. Cochleariae off.,
— — Nasturtii off.,
— — Menyanthis trifoliat.
$\widehat{aa}$ *P.*
Succus contundendo exprimendoque collectus per chartam bibulam filtretur *Ph. Gall.*

Succus Borraginis.
Suc de Bourrache.

Ph. Gall. Folia recentia Borraginis officinalis in mortarium marmoreum ingesta ad pultem contundantur. Tum, admixta parte quinta ponderis aquae, exprime et filtra.

Eodem modo parentur:

Succ. Juglandis reg. fol. (*suc de feuilles de Noyer*),
Succ. Brassicae oleraceae capitatae DC. fol. (*suc de feuilles de Chou rouge*).

Succus Cerasorum.
Suc de Cerises.

Rp. Cerasorum rubrorum *P.* 10,
Cerasorum nigrorum *P.* 1.
Succus l. a. expressus in cella per 24 horas ad fermentationem seponatur, tum clarificatus per pannum laneum coletur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Succ. Berberidum (*suc d'Epine-vinette*),
Succ. Myrtillorum (*suc d'Airelle*),
Succ. Vitis viniferae baccarum non plane maturarum (*suc de Verjus*).

Succus Cichorii foliorum.
Suc de Chicorée.

Rp. Folior. recentium Cichorii Intybi *q. v.*
Folia contusa exprime et succum inde elicitum per chartam bibulam funde. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0188-0 DFG

Eodem modo parentur

Succi:

Anthrisci Cerefolii (*suc de feuilles de Cerfeuil*),

Cochleariae offic. (*suc de feuilles de Cochléaria*),

Nasturtii offic. (*suc de feuilles de Cresson*),

Persicae vulgaris florum (*suc de fleurs de Pêcher*),

Rosae petalorum (*suc de pétales de Rose*).

Succus Citri.

Suc de Citrons.

Rp. Fruct. Citri electorum *q. v.*

Flavedine seminibusque demtis, leviter exprime. Tum residuum, stramentis concisis ablutisque intermixtis, fortiter exprimatur. Colatura post sedimentationem filtretur. *Ph. Gall.*

Eodo modo paretur:

Succus Citri Aurantii fructuum s. Aurantiorum dulcium (*suc d'Oranges douces*).

Succus Conii.

Juice of Hemlock.

Rp. Fol. rec. Conii mac. *q. v.*
Spirit. V. rectfss. *q. s.*

Succi e foliis contundendo in mortario lapideo et exprimendo collecti *P.* 3*v* commisceantur cum Spirit. Vini *P.* 1*v.* Tum mixtura per dies septem seponatur et filtretur. Serva loco frigido. Dosis: Decigm. 18 ad 36. *Ph. Brit.*

Eodem modo parentur:

Succus Scoparii (*Juice of Broom*) e cacuminibus rec. Sarothamni Scoparii.

Succus Taraxaci (*Juice of Dandelion*) e radice rec. Taraxaci officinalis.

Succus Cydoniorum.

Suc de Coings. Cydonium.

Rp. Fruct. Cydoniae non plane maturorum *q. v.*

Lanugine demta panno linteo detergendo, fructus ope ferri detrimentarii in pulpam redigantur et exprimantur. Colatura seponatur, ut levem fermentationem accipiat et sedimentet. Postremo per chartam bibulam filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Succus Malorum (*suc de Pommes*).

Succus Dauci inspissatus.

Radix Dauci recens mundata concisaque superfundatur aquae fervidae dimidia quantitate, ut mollescat. Tum succus preli ope expressus, dein semel ebulliendo atque colando defaecatus, leni calore evaporet et ad extracti tenuioris densitatem redigatur. Sit odoris proprii aciduli, saporis dulcis. *Ph. Germ.*

Succus Glycyrrhizae crudus. Succus Liquiritiae crudus. *Suc de Réglisse.* Succus inspissatus Glycyrrhizae glabrae, in magdalidum formam redactus.

Succus Granatorum.

Suc de Grenades.

Rp. Fruct. Punicae Granati, cortice privatorum *q. v.*

Pulpa eradendo collecta et expressa, succus per dies duos seponatur loco frigido, ut fermentando sedimentandoque clarus fiat. Tum per chartam bibulam filtra. *Ph. Gall.*

Succus Herbarum.

Succus ex herbis commixtis. *Suc d'herbes ordinaire.*

Rp. Fol. rec. Cichorii Intybi,
— — Nasturtii offic.,
— — Fumariae offic.,
— — Lactucae virosae ãã *P.*

In mortarium marmoreum immissae contundantur, exprimantur, dein succus per chartam bibulam loco frigido filtretur. *Ph Gall.*

Succus Rhamni catharticae.

Succus Spinae cervinae. *Suc de Nerprun.*

Rp. Fruct. Rhamni catharticae maturor. *q. v.*

Succus manibus expressus per tres ad quatuor dies seponatur, ut fermentet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0189-8 DFG

Tum exprimatur et per pannum laneum filtretur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Succus Sambuci Ebuli bacc. (*suc de baies d'Hièble*),

Succ. Sambuci nigrae bacc. (*suc de baies de Sureau*).

Succus Ribium.

Succus e baccis Grossulariae. Succus Ribesiorum. *Suc de Groseilles.*

Rp. Fruct. Ribis rubri *P.* 20,
Cerasorum rubrorum *P.* 2,
Cerasorum nigrorum *P.* 1.

Succus expressus in cella per 24 horas seponatur, tum in pannum laneum transferatur, ut colatura clara obtineatur. *Ph. Gall.*

Succus Rubi Idaei.

Suc de Framboises.

Rp. Baccar. Rubi Idaei *P.* 4,
Cerasorum rubror. *P.* 1.

Succus expressus per 48 horas in cella seponatur, tum leni expressione per pannum laneum coletur. *Ph. Gall.*

Aequali modo paretur, Cerasis omissis,

Succus Mororum (*suc de Mûres*).

Sulfur. Sulphur. *Soufre. Sulphur.* Sulfur in baculis. *Soufre en canons.*

Sulfur depuratum.

Sulfur lotum. Sulfur sublimatum et lotum. *Fleur de Soufre lavée.*

Ph. Gall., Helv., Russ. Sulfur sublimatum, aqua ablutum, siccatum et per cribrum trajectum.

Ph. Germ. Sulfuris sublimati *P.* 12 cum Aquae destillatae *P.* 8 et Ammoni caustici soluti *P.* 1 in massam pultiformem redigantur et inter agitationem repetitam per triduum digerantur, tum Aqua destillata exacte ablutae siccentur et per cribrum trajiciantur.

Sulfur jodatum.

Joduretum sulfuricum. Jodidum Sulfuris. *Jodure de Soufre. Jodide of Sulphur.*

Rp. Jodi *P.* 4,
Sulfuris sublimati *P.* 1.

Conterendo in mortario porcellaneo mixtas in cucurbitam vitream ingere, quam in balneo arenae colloca. Simulatque massa leni calore adhibito fere nigra apparet, calorem auge, donec massa liquata sit, quae inclinando cucurbitam cum Jodo fortasse sublimato misceatur. Post refrigerationem massam, cucurbita diffracta, collige et in lagenis obturatis serva. *Ph. Gall., Brit.,* (*Germ.*)

Sulfur praecipitatum.

Lac Sulfuris. *Soufre précipité; Magistère de Soufre. Precipitated Sulphur.*

Ph. Gall., Germ., Helv., Brit, Russ. Praecipitatum e Polysulfureto calcico effectum Acido hydrochlorico.

Rp. Calcariae ustae *P.* 12.

In lebetem ferreum immissas superfunde

Aquae communis *P.* 72,

ut in massam pultiformem dilabantur. Admixtis

Sulfuris sublimati *P.* 24,
Aquae communis *P.* 300,

coque per horam unam et cola, residuum aqua exhauriendo. Liquoribus commixtis, sedimentando filtrandoque depuratis, dilutis

Aquae communis *P.* 192,

instillentur inter agitationem

Acidi hydrochlorici *P.* 22,
Aquae destillatae *P.* 72

antea dilutae. Praecipitatum inde ortum colligatur, aqua abluatur et misceatur cum

Acidi hydrochlorici (pond. spec. 1,120) *P.* 3,

antea dilutis

Aquae destillatae *P.* 12.

Maceratione per aliquot horas peracta, praecipitatum aqua eluatur et loco tepido (30° C.) exsiccetur. *Ph. Russ.*

Sulfur sublimatum.

Fleur de Soufre. Sublimed Sulphur.

Sumach. Folia. *Sumac de corroyeurs.* Rhus coriaria L.)

Sumbul. Radix. *Sumbul Root.* (Planta ignota).

Suppositoria Acidi tannici.

Tannic Acid Suppositories.

Rp. Cerae albae *Centigm.* 65,

Olei Cacao *Gm.* 6.
Leni calore colliquatis adde
Acidi tannici *Centigm.* 233,
Adipis benzoinati *Gm.* 3,
antea in mortario conterendo mixta. Massa in modulos capacitatis *Grammatis* effundatur, ut fiant suppositoria duodecim, in formam conicam redigenda. *Ph. Brit.*

Suppositoria Aloës.

Suppositoires d'Aloès.

Rp. Olei Cacao *Gm.* 45.
Liquatis, tum semirefrigeratis immisce
Aloës subt. pulveratae *Gm.* 5.
Modo eodem, quo suppositoria Olei Cacao, parentur suppositoria decem, quorum singula sint ponderis *Decigm.* quinque. *Ph. Gall.*

Suppositoria Hydrargyri.

Mercurial Suppositories.

Rp. Adipis benzoinati,
Cerae albae ãã *Decigm.* 13,
Olei Cacao *Decigm.* 52.
Leni calore colliquatis adde
Ungt. Hydrargyri *Gm.* 4.
Fiant suppositoria duodecim. *Ph. Brit.*

Suppositoria Morphini.

Morphia Suppositories.

Rp. Cerae albae *Decigm.* 13,
Olei Theobromatis *Gm.* 6.
Colliquatis immisce
Morph. hydrochlorici *Decig.* 4,
Adipis benzoinati *Decigm.* 42,
antea in mortario contrita. Fiant suppositoria duodecim. *Ph. Brit.*

Suppositoria Olei Cacao.

Suppositoires de Beurre de Cacao.

Rp. Olei Cacao *Gm.* 30.
Leni calore liquata et semirefrigerata infundantur in modulos sex e charta confectos, formae conicae, paulo elongatae. Temporibus aestivis Olei Cacao partibus denis (10) addatur *P.* 1 Cerae albae. *Ph. Gall.*

Suppositoria Plumbi composita.

Compound Lead Suppositories.

Rp. Cerae albae *Centigm.* 65,
Olei Theobromatis *Decigm.* 52.
Colliquatis immisce
Plumbi acetici *Decigm.* 24,
Opii pulverati *Decigm.* 8,
Adipis benzoinati *Decigm.* 28,
antea conterendo in mortario mixta. Fiant suppositoria duodecim. *Ph. Brit.*

Suppositoria Ratanhae Extracti.

Suppositoires d'Extrait de Ratanhia.

Rp. Extracti Ratanhae *Gm.* 10,
Olei Cacao *Gm.* 40.
Modo eodem, quo Suppositoria Aloës, fiant suppositoria, quorum singula contineant *Gramma* Extracti. *Ph. Gall.*

Syrupi.

Ph. Germ. Syrupi, nisi qua alia ratio praescripta est, ita parentur, ut Saccharum liquore solvatur, solutum semel ebulliat et coletur. Praeter Syrupum Amygdalarum sint syrupi limpidi.

Syrupus Aceti Rubi Idaei.

Sirop de Vinaigre framboisé.

Rp. Aceti Rubi Idaei *P.* 100,
Sacchari albi contusi *P.* 175.
Leni calore fiat syrupus, qui coletur. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Aceti (*Sirop de Vinaigre simple*).

Syrupus Acidi citrici.

Sirop d'Acide citrique.

Rp. Acidi citrici cryst. *P.* 1.
Solve
Aquae destillatae *P.* 2.
Tum admisce
Syrupi Sacchari *P.* 97.
Ph. Gall.

Syrupus Acidi citrici aurantiatus.

Sirop d'Orange.

Rp. Tincturae flavedinis recentis Aurantii *P.* 15,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0191-9 DFG

Syrupi Acidi citrici *P.* 1000.
Misce. *Ph. Gall.*

Syrupus Acidi citrici citrosatus.

Sirop de Limon.

Rp. Tincturae flavedinis recentis Citri *P.* 15,
Syrupi Acidi citrici *P.* 1000.
Misce. *Ph. Gall.*

Syrupus Acidi hydrocyanici.

Sirop d'Acide cyanhydrique.

Rp. Acidi hydrocyanici, quod in centenis partibus continet partes denas Acidi anhydri *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 199.
Misceantur, cum poscitur. Grammata vicena (cochlear) contineant Centigramma Acidi anhydrici. *Ph. Gall.*

Syrupus Acidi tartarici.

Sirop d'Acide tartrique.

Rp. Acidi tart. cryst. *P.* 2.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 4.
Tum admisce
Syrupi Sacchari *P.* 94.
Ph. Gall.

Syrupus Aconiti.

Sirop d'Aconit.

Rp. Alcoholaturae Aconiti *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 9.
Misce. Grammata vicena (20) contineant Grammata bina (2) alcoholaturae. *Ph. Gall.*

Syrupus Aetheris.

Syrupus cum Aethere sulfurico. *Sirop d'Éther.*

Rp. Syrupi Sacchari *P.* 80,
Aquae destill. *P.* 10,
Spiritus Vini rectfss.,
Aetheris ãã *P.* 5.
Immittantur in lagenam, quae prope fundum tubulo cum epistomio instructa est. Sepone per quinque vel sex dies et interdum agita. Tum syrupus clarus per illum tubulum fac defluat et in lagenis bene obturatis serva. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Aetheris *P.* 1 et Syrupi Sacchari *P.* 16 misceantur et digerantur per aliquot dies saepius concutiendo, tum filtrentur infundibulo tecto.

Syrupus Althaeae.

Sirop de Guimauve.

Rp. Radicis Althaeae incis. *P.* 5,
Aquae frigidae *P.* 30.
Macera per horas duodecim, tum sine expressione cola. Colatura, admixtis
Syrupi Sacchari *P.* 150,
coquatur, donec liquoris bullientis densitas aequet 1,26. Tum cola. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Consolidae (rad. Symphyti officinalis). (*Sirop de Consoude*).

Ph. Helv. Infusi frigide parati *P.* 15 e Radicis Althaeae *P.* 2 cum Sacchari *P.* 24 coquendo et ope albuminis ovi defaecando ad syrupum redigantur.

Ph. Germ. Radicis Althaeae concisae *P.* 1, superfusa aquae *P.* 20, maceret per horas duas, tum sine expressione cola. In colaturae *P.* 16 coquendo solvantur Sacchari *P.* 24.

Ph. Russ. Paretur eodem modo ex Radicis Althaeae *P.* 1, aquae *P.* 18 et Sacchari *P.* 24.

Syrupus Amygdalarum.

Syrupus emulsivus. *Sirop d'Amandes. Sirop d'Orgeat.*

Rp. Amygdalarum dulcium *P.* 500,
Amygdal. amararum *P.* 150,
Sacchari albi *P.* 3000,
Aquae *P.* 1625,
Aquae flor. Aurantii *P.* 250.
Amygdalae excorticatae cum Sacchari *P.* 750 et aquae *P.* 125 in mortario marmoreo ad pultem tenerrimam contundendo redigantur. Puls haec cum aquae *P.* 1500 mixta exprimendo coletur. In colatura calore balnei aquae Sacchari reliqua quantitas solvatur et, admixta Aqua florum Aurantii denuo coletur. Syrupus in vase clauso refrigeratus servetur in lagenis bene obturatis loco frigido. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0192-5 DFG

Ph. Helv. Amygdalarum dulcium *P.* 8 et amararum *P.* 2, utraeque decorticatae, Sacchari *P.* 8, Aquae *P.* 24 in emulsionem contusae exprimendo colentur. In colatura solvantur leni calore Sacchari *P.* 32, tum addantur Aquae Aurantii florum *P.* 3.

Ph. Russ. Amygd. dulc. *P.* 8, Amygd. amarar. *P.* 2, Aquae *P.* 16, Aquae Aurantii flor. *P.* 3 in emulsionem redactae per pannum laneum colentur et in colaturae *P.* 20 calore balnei vaporis solvantur Sacchari *P.* 36.

Ph. Germ. Amygdalarum dulcium *P.* 4 et Amygdalarum amararum *P.* 1, excorticatae cum aquae pauxillo ad pultem tenerrimam tunsae sensim misceantur cum aquae *P.* 11 et Aquae Aurantii florum *P.* 1. Tum cum expressione per pannum laneum colatura efficiatur. Colaturae *P.* 11 cum Sacchari *P.* 20 lenissimo calore balnei vaporis fiant syrupus.

Syrupus Anisi.

Rp. Fruct. Anisi vulgaris contus. *P.* 3,
Aquae ebullientis *P.* 12.

Digerantur per horas duas et exprimendo colentur. Ex colaturae *P.* 10 et
Sacchari *P.* 18
efficiatur syrupus. *Ph. Russ.*

Syrupus antiscorbuticus Portali.

Sirop antiscorbutique de Portal.

Rp. Rad. rec. Armoraciae *P.* 30,
Fol. rec. Cochleariae,
Herb. rec. Nasturtii ãã *P.* 100.

In mortario marmoreo contusae exprimantur et colatura loco frigido filtretur. Tum

rp. Rad. Gentianae *P.* 20,
Rad. Rubiae tinct. *P.* 10,
Cort. Chinae Calisayae grosso modo pulv. *P.* 5,

quae superinfusae
Aquae ebullientis *P.* 550

per horas duodecim digerantur et colentur. Colatura filtretur. Dein succi filtrati primum obtenti *P.* 120 cum colaturae filtratae postremo collectae *P.* 500 commisceantur et adjectis
Sacchari albi grosso modo pulverati *P.* 1180,

calore balnei aquae et vase clauso ad syrupum redigantur, qui refrigeratus coletur. *Ph. Gall.*

Syrupus Armoraciae compositus.

Syrupus antiscorbuticus *Ph. Helv.* Syrupus Cochleariae. *Sirop de Raifort composé; Sirop antiscorbutique.*

Rp. Fol. rec. Cochleariae contus.
Herb. rec. Nasturtii contus.,
Rad. rec. Armoraciae incis. ãã *P.* 100,
Fol. siccat. Trifolii fibrini concis. *P.* 10,
Cort. Aurant. incis. *P.* 20,
Cort. Cinnamomi Ceyl. cont. *P.* 5,
Vini albi *P.* 400.

Macera per dies duos, tum destillando calore balnei aquae *P.* 100 eliciantur. Residuum e destillatione exprimatur et colatura inde obtenta, ope ovi albuminis defaecata et per pannum percolata cum
Sacchari albi *P.* 300
in syrupum decoquatur, qui ebulliens sit densitatis 1,27 et post refrigerationem coletur. Tum efficiatur e
Sacchari albi *P.* 200 et
Aquae *q. s.*
syrupus, qui coquendo evaporandoque ad spissitudinem densiorem redactus, cum syrupo antea facto misceatur. Postremo mixtis syrupis et paulo refrigeratis celeriter admisceatur liquor destillando obtentus, vas claudendo. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Cort. Cinnamomi *P.* 4, Cort. Aurantiorum *P.* 31, Herbarum recentium Cochleariae, Nasturtii, Beccabungae et Radicis recentis Armoraciae ãã *P.* 500 contundantur cum Vini albi generosi *P.* 1500 atque macerentur per dies duos. Colatura exprimendo collecta et defaecata, addito Vini ejusdem q. s. usque ad *P.* 1500 expleta, calore balnei aquae digerendo cum Sacchari *P.* 2250 in syrupum redigatur.

Syrupus Artemisiae compositus.

Sirop d'Armoise composé.

Rp. Summitatum recentium:
Artemisiae,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0193-1 DFG

Nepetae Catariae,
Pulegii,
Sabinae ãã *P.* 200,
Basilici,
Hyssopi,
Majoranae,
Matricariae (Parthenii),
Rutae ãã *P.* 100,
Radicum recentium:
Helenii,
Foeniculi,
Levistici ãã *P.* 20.
Cort. Cinnam. Ceylanici,
Fructus Anisi ãã *P.* 25.
Contusis concisisque affunde
Aquae *P.* 3000,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 250.
Tum digere calore balnei aquae per horas viginti quatuor et destillando calore balnei aquae *P.* 350 elice. Residuum e destillatione exprime et colaturam, postquam ope ovi albuminis defaecata est, cum
Sacchari albi *P.* 2500
coquendo defaecandoque ad syrupum redige, qui ebulliens sit densitatis 1,26. Hic syrupus pondere ejus examinato porro evaporet, donec pondere liquoris destillando collecti deminutus fuerit. Tum admisce
Melliti simplicis *P.* 1250
et post lenem refrigerationem liquorem destillando elicitum. Postremo cola.

Syrupus Aurantii corticis.

Syrupus Aurantii *Ph. Brit. Sirop d'Écorces d'Orange amère; Syrop of Orange Peel.*

Rp. Corticis Aurantii,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,914, ãã *P.* 1,
Aquae ebullientis *P.* 10,
Sacchari albi *q. s.*
Cortex Spiritu Vini superinfusus stet per horas duodecim, tum affunde aquam ebullientem et sepone, vase clauso, per horas sex. Colaturae cum expressione factae, dein filtratae addatur Saccharum et vase clauso digestione balnei aquae syrupus efficiatur. *P.* 10 colaturae requirunt *P.* 19 Sacchari. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Turionum Pini piceae (Abietis pectinatae)

(Sirop de Bourgeons de Sapin).

Ph. Germ. Corticis Aurantii concisi *P.* 3, superfusae Vini albi generosi *P.* 15, macerent vase clauso per dies duos, tum exprimantur. Colaturae filtratae *P.* 12 cum Sacchari *P.* 19 in syrupum redigantur.

Ph. Helv. Flavedinis Corticis Aurant. grosso modo pulv *P.* 1 cum Vini albi *P.* 6 per plures dies digerantur, tum exprimantur. In colaturae filtratae *P.* 5 calore balnei vaporis solvantur Sacchari albi *P.* 8.

Ph. Russ. Paretur modo praecepti antecedentis e Flaved. Cort. Aurant. *P.* 2, Vini Gallici *P.* 15, Sacchari *P.* 22.

Ph. Brit. Tincturae Cort. Aurantii *P.* 1*v* et Syrupi Sacchari *P.* 7*v* misceantur.

Syrupus Aurantii florum.

Sirop de fleur d'Oranger. Syrup of Orange Flower.

Rp. Aquae destillatae florum Aurantii *P.* 50,
Sacchari albissimi *P.* 95.
Solutio calore non adhibito efficiatur. Syrupus filtretur per chartam bibulam. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Syrupi *(les sirops)*:
Anisi *(d'Anis)*,
Cinnamomi *(de Cannelle)*,
Lauro-Cerasi *(de Laurier-cerise)*,
Menthae pip. *(de Menthe poivrée)*.

Ph. Germ. Syrupus ex Aquae Aurantii florum *P.* 11 et Sacchari *P.* 20 paratus.

Ph. Brit. Sacchari *P.* 6 modico calore in Aquae destillatae *P.* 2*v* vel *q. s.* solutae et fere refrigeratae misceantur cum aquae Aurantii florum *P.* 1*v*. Colaturae sint *P.* 9.

Ph. Russ. Paretur modico calore ex Aquae Aurantii florum triplicis *P.* 5 et Sacchari *P.* 8.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0194-7 DFG

Syrupus Balsami Peruviani.

Syrupus balsamicus.

Rp. Balsami Peruviani *P.* 1.
Digeratur, vase clauso, calore balnei vaporis, cum
Aquae destill. *q. s.*
per aliquot horas. Post refrigerationem filtretur. E colaturae *P.* 10 et
Sacchari albi *P.* 16
fiat syrupus. *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Paretur ut antea notatum digerendo ex Balsami Peruviani *P.* 1 et aquae *P.* 12. Colaturae filtratae *P.* 11 cum Sacchari *P.* 20 in syrupum redigantur.

Syrupus Balsami Tolutani.

Syrupus Tolutanus *Ph. Brit.* Syrupus balsamicus *Ph. Russ.* *Sirop de Baume de Tolu.* *Syrop of Tolu.*

Rp. Balsami Tolutani sicci *P.* 1,
Aquae *P.* 5.
Digere calore balnei aquae, vase clauso, per horas duas et saepius agita. Liquore decanthato, residuo denuo
Aquae *P.* 5
affundantur, et digeratur ut antea. Liquores decanthati commixti refrigeratique filtrentur, dein cum
Sacchari albissimi *q. s.*
calore balnei aquae redigantur ad syrupum, qui filtretur. *P.* 10 liquoris requirunt Sacchari *P.* 19 ad syrupum efficiendum. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Paretur e Balsamo Tolutano eodem modo quo Syrupus Balsami Peruviani.

Ph. Brit. Balsami Tolutani *P.* 5 et Aquae destillatae *P.* 80, in lebetem leviter operiendum immissae per horam dimidiam coquantur et interdum agitentur. Tum adde Aquae destillatae q. s., ut liquoris *P.* 64*v* expleantur. Post refrigerationem filtretur et e colatura, additis Sacchari *P.* 128, calore balnei aquae fiat syrupus ponderis spec. 1,330.

Ph. Russ. Paretur digerendo Resinae Tolutanae *P.* 1 cum Aquae tepidae *P.* 4 et solvendo in colatura filtrata Sacchari *P.* 6.

Syrupus bechicus.

Sirop d'Espèces béchiques.

Rp. Specierum bechicarum *P.* 100,
Aquae bullientis *P.* 1200,
Sacchari albi *P.* 2000,
Aquae Lauro-Cerasi *P.* 25.
Eodem modo, qui ad parationem Syrupi pectoralis notatus est, fiat syrupus. *Ph. Gall.*

Syrupus Belladonnae.

Sirop de Belladone.

Paretur e
Tincturae Belladonnae *P.* 75
et Syrupi Sacchari *P.* 1000
eodem modo quo Syrupus Digitalis. Grammata quina (cochlear parvum) Syrupi respondeant Centigrammatis 37 Tincturae vel Milligrammatis 12 Extracti alcoholici.

Eodem modo parentur:

Syrupus Hyoscyami (*Sirop de Jusquiame*),
Syrupus Stramonii (*Sirop de Stramoine*).

Syrupus Capillorum Veneris.

Sirop de Capillaire.

Rp. Herbae Capilli Veneris *P.* 2.
Superinfundantur
Aquae fervidae *q. s.*
et seponantur per aliquot horas. In
Colaturae *P.* 18
coquendo solvantur
Sacchari albi *P.* 32
et si opus fuerit, addito albumine ovi defaecatio efficiatur. Syrupo refrigerato addantur
Aquae Aurantii flor. *P.* 2.
Ph. Helv. (*Russ.*)

Syrupus Cerasorum.

Sirop de Cerises.

Cerasa acida recentia cum nucleis contusa per aliquot dies seponantur. Succus exprimendo colatus tamdiu stet, donec fermentatione clarus evaserit. Succi hujus *P.* 5 cum Sacchari *P.* 8 ebulliant, despumentur et colentur. *Ph. Helv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0195-3 DFG

Eodem modo parentur:

Syrupus Mororum.

— **Rhamni catharticae** s. Spinae cervinae.

— **Rubi Idaei.**

Ph. Germ. Fructus Cerasi cum nucleis contusi stent per biduum loco tepido, dein per horas viginti quatuor loco temperiei consuetae (17,5° C.) reponantur. Tum succus expressus, usque ad 80 vel 90° C. calefactus, per duos ad quatuor dies seponatur, ut subsidat, tum decanthatus filtretur. Succi limpidi *P.* 11 fiant cum Sacchari *P.* 20 syrupus.

Eodem modo parentur:

Syrupus Mori fructuum.

— **Rhamni catharticae** fructuum.

— **Rubi Idaei** fructuum.

Ph. Russ. Aequali modo paretur e Succi Cerasorum fermentati et filtrati *P.* 5 et Sacchari *P.* 9.

Eodem modo parentur:

Syrupus Berberidum.

— **Mororum.**

— **Oxycocci** e succo fruct. Vaccinii Oxycocci.

— **Rhamni catharticae** s. Spinae cervinae.

— **Ribium** s. Ribis rubri.

— **Rubi Idaei.**

Syrupus Chamomillae.

Rp. Flor. Chamomill. vulg. *P.* 3.
Superinfusae
Aquae fervidae *q. s.*
colentur. In colaturae *P.* 20 solvantur leni calore
Sacchari albi *P.* 32.

Ph. Helv.

Eodem modo paretur:

Syrupus Rhoeados.

Ph. Germ. Paretur ex Florum Chamomillae vulg. *P.* 3, aquae fervidae *P.* 16, atque in colaturae filtratae *P.* 11 solvendo Sacchari *P.* 20.

Syrupus Chinae.

Syrupus Cinchonae *Sirop de Quinquina.*

Rp. Corticis Chinae Calisayae subtiliter pulverati *P.* 100,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,966, *P.* 1000,
Aquae *q. s.*,
Sacchari albi *P.* 1000.

Cortex in vas depulsorium immissus primo Spiritu Vini, dein aqua exhauriatur, ut colaturae *P.* 1000 colligantur. Spiritu Vini destillando elicito, colatura refrigerata filtretur et, adjecto Saccharo contuso, leni calore ad syrupi *P.* 1525 redigatur.

Eodem modo paretur:

Syrupus Chinae fuscae s. Huanuco. (*Sirop de Quinquina gris Huanuco*).

Ph. Helv. Extracti Chinae *P.* 1, soluta in Vini Malacensis *P.* 1 et filtrata commisceatur cum Syrupi Sacchari *P.* 50.

Syrupus Chinae ferratus.

Syrupus Cinchonae cum Citrate ferrico. *Sirop de Quinquina ferrugineux.*

Rp. Ferro-Ammoni citrici *P.* 1.
Soluta in
Aquae destillatae *P.* 2
filtretur et commisceatur cum
Syrupi Chinae fuscae vinosi *P.* 100.

Cochlear syrupo repletum continet Decigrammata bina salis ferrici. *Ph. Gall.*

Syrupus Chinae vinosus.

Syrupus Cinchonae cum vino paratus. *Sirop de Quinquina au Vin.*

Rp. Extracti mollis Chinae Calisayae *P.* 1,
Vini Malacensis *P.* 43,
Sacchari albi *P.* 56.

Extractum in Vino solutum et filtratum cum Saccharo calore balnei aquae, vase clauso, ad Syrupum redigatur, qui refrigeratus coletur. Grammata 20 contineant Decigrammata bina Extracti. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Chinae fuscae vinosus (*Sirop de Quinquina Huanuco au vin*).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0196-8 DFG

Syrupus Chinini sulfurici.

Syrupus cum Sulfate quinico. *Sirop de Sulfate de Quinine.*

Rp. Chinini sulfurici *P.* 5.
Solve in
Acidi sulfurici diluti *P.* 5,
Aquae destillatae *P.* 40.
Tum admisce
Syrupi Sacchari *P.* 950.
Grammata vicena (20) contineant Decigramma sulfatis. *Ph. Gall.*

Syrupus Cinnamomi.

Rp. Corticis Cinnamomi Ceylanici grosso modo pulv. *P.* 1.
Digere in vitro clauso per dies duos cum
Vini albi *P.* 5 et
Aquae Cinnamomi spirituosae *P.* 1.
In colaturae filtratae *P.* 5 leni calore solvantur
Sacchari albi *P.* 8.
Ph. Helv.

Ph. Germ., *Russ.* Cort. Cinnamomi cont. *P.* 2, Aquae Cinnamomi spirituosae *P.* 13, Aquae Rosarum *P.* 2 per dies duos digerantur. In colaturae filtratae *P.* 12 leni calore solvantur Sacchari *P.* 19.

Syrupus Citri.

Syrupus citricus. Syrupus Succi Citri. Syrupus Limonis. *Syrup of Lemons.*

Rp. Acidi citrici *Gm.* 4.
Solvantur
Aquae (dest.) calidae *Gm.* 4
et conquassando misceantur cum
Syrupi Sacchari *Gm.* 250
et Olei Citri Gutta 1.
Ph. Helv.

Ph. Germ. Succi fructuum Citri, recens expressi, defaecati filtratique *P.* 11 cum Sacchari *P.* 20 in syrupum redigantur.

Ph. Russ. Paretur ex Acidi citrici cryst. *P.* 3, Aquae destillatae *P.* 48, Saechari *P.* 96 et Elaeosacchari Citri *P.* 1.

Ph. Brit. Succi Citri (Limoni) *P.* 20*v* usque ad ebullitionem calefiant et adjectis Flavedinis recentis Citri *P.* 2 stent vase clauso, donec refrigeratae fuerint. Tum filtrentur et cum Sacchari *P.* 36 calore moderato ad syrupum redigantur. Syrupus sit ponderis *P.* 56 et densitatis specificae 1,34.

Syrupus Codeïni.

Sirop de Codéine.

Rp. Codeïni pulverati *P.* 2,
Aquae destillatae *P.* 340,
Sacchari albissimi *P.* 660.
Solve. Colaturae filtratae sint *P.* 1000. *Ph. Gall.*

Grammata centena (100) contineant Codeini Decigrammata bina (2). Grammata vicena (20), quae cochlear explent, contineant Centigrammata quaterna (4) Codeini, et Grammata quina (5), quae cochlear parvum explent, contineant Centigramma Codeini. *Ph. Gall.*

Syrupus communis.

Theriaca *Ph. Brit.* *Treacle.*

Residuum in crystalla non abiens, spissum, e nigro fuscum, saporis dulcissimi, quod in depuratione Sacchari Indici colligitur. Pond. spec. circiter 1,4.

Syrupus Croci.

Syrupus Croci vinosus. *Sirop de Safran.*

Rp. Croci *P.* 25,
Vini Malacensis *P.* 440,
Sacchari albi *P.* 560.
Crocus concisus Vino per horas quadraginta octo maceretur, tum exprimatur. Residuo Vini quantitas sufficiens affundatur, ut colaturarum commixtarum *P.* 440 colligantur, quae cum Saccharo calore balnei aquae, vase clauso, ad syrupum redigantur. Syrupus refrigeratus coletur. Grammata vicena (20) contineant solubile ex Decigrammatis quinis (5) Croci. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Paretur aequali modo e Croci *P.* 1 et Vini albi *P.* 24. in colaturae *P.* 20 solvendo Sacchari *P.* 32.

Ph. Germ. Croci *P.* 1, superfusa Vini albi generosi *P.* 26, maceret per horas viginti quatuor, vase clauso. Colaturae filtratae *P.* 24 cum Sacchari *P.* 38 in syrupum redigantur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0197-4 DFG

Syrupus Diacodii.

Syrupus Papaveris *Ph. Germ.*, *Brit.* Syrupus Fructuum Papaveris *Ph. Russ.* Syrupus de Meconio *Ph. Russ.* Syrupus Papaveris albi *Ph. Helv.*, *Gall.* *Sirop Diacode.* *Syrup of Poppies.*

Rp. Extracti Opii *Decigm.* 5.
Soluta
Aquae destill. *Decigm.* 45
commisceantur cum
Syrupi Sacchari *Gm.* 995.

Grammata vicena (20) contineant Centigramma Extracti. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Fruct. Papaveris contus. *P.* 3 et Siliquarum dulcium concis. *P.* 2 macerentur in Aquae fervidae *P.* 36 per noctem unam, tum digerantur calore balnei vaporis per horas duas, sub finem addendo Radicis Glycyrrhizae incis. *P.* 1. In colaturae exprimendo collectae *P.* 24 ebulliendo solvantur Sacchari *P.* 36. Syrupus addito albumine ovi defaecetur.

Ph. Germ. Fructuum Papaveris immaturorum concisorum, a seminibus liberatorum *P.* 3, superfusae aquae *P.* 18 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 2, digerantur per dies duos. Colaturae expressione collectae filtrataeque *P.* 12 cum Sacchari *P.* 19 in syrupum redigantur.

Ph. Russ. Fructuum Papaveris immaturorum concisorum, a seminibus liberatorum *P.* 3, Aquae *P.* 18, Spiritus Vini rectfss. *P.* 2 digerantur per biduum et exprimantur. In colaturae filtratae *P.* 12 solvantur Sacchari *P.* 19.

Ph. Brit. Fruct. Papaveris siccat., a seminibus liberat. et grossiuscule pulv. *P.* 9 superinfundantur Aquae destillatae ebullientis *P.* 20*v*, per horas 24 seponantur et saepius agitentur. Deinde in vas depulsatorium translatae sensim affundendo Aquam destill. ebullientem exhauriantur, donec colaturae *P.* 80*v* collectae fuerint. Colatura evaporando ad *P.* 5*v* remanentes reducta atque refrigerata commisceatur cum Spiritus V. rectfss. *P.* 4 et per horas duodecim seponatur, dein filtretur. Spiritu Vini destillando elicito, in liquore remanente et evaporando ad *P.* 10*v* reducto Sacchari *P.* 16 solvantur. Pondus syrupi exaequet *P.* 26. Pond. spec. 1,320.

Syrupus Dianthi Caryophylli.

Syrupus florum Tunicae hortensis. *Sirop d'Oeillet rouge.*

Rp. Petalorum recentium Dianthi Caryophylli rubrorum *P.* 5,
Aquae destill. ebullientis *P.* 15.

In vas lapideum ingestae per horas sex digerantur, tum exprimendo colentur. Colaturae subsidendo decanthandoque depuratae addatur
Sacchari albi *q. s.*
ut calore balnei aquae fiat syrupus. (*P.* 10 colaturae requirunt *P.* 19 Sacchari). *Ph. Gall.*

Syrupus Digitalis.

Sirop de Digitale.

Rp. Tincturae Digitalis *P.* 25,
Syrupi Sacchari *P.* 1000.

Syrupi *P.* 100 ad ebullitionem calefac, tum admisce Tincturam, et coctionem continua, donec mixtura usque ad *P.* 100 remanentes reducta fuerit, quibus quantitas syrupi reliqua admisceatur. Grammata vicena (20) syrupi contineant Decigrammata quina (5) Tincturae Digitalis vel Milligrammata 33 Extracti Digitalis alcoholici. *Ph. Gall.*

Syrupus Erysimi compositus.

Sirop d'Erysimum composé; Sirop de Chantre.

Rp. Hordei excorticati *P.* 75,
Aquae ebullientis *P.* 6000.

Coque, ut Hordeum emollescat, tum adde
Radicis Glycyrrhiz. inc.
Passularum ãã *P.* 75,
Folior. Borraginis inc.,
Fol. Cichorii inc. ãã *P.* 100.

Ebullitione peracta exprimendo cola. Colaturam denuo fervefactam infunde in lebetem stanneum, in balneo aquae collocatum, qui continet
Herbae rec. et contusae Erysimi officinalis florescentis *P.* 1500,
Rad. sicc. Helenii *P.* 100,
Herb. sicc. Adianti pedati *P.* 25,

Summitatum sicc. Rorismarini,
Summitat. sicc. Stoechadis ãã
P. 20,
Fruct. Anisi contus. *P.* 25.

Digere per horas viginti quatuor, tum destillando *P.* 250 elice. Residuum e destillatione exprimatur, et colatura inde obtenta ope ovi albuminis defaecetur, tum, adjectis

Sacchari albi *P.* 2000
et Mellis albi *P.* 500,

coquendo defaecandoque in syrupum redigatur, qui ebulliens sit densitatis 1,29. Syrupo refrigerato admisceatur liquor antea destillando collectus et postremo coletur. *Ph. Gall.*

Syrupus Ferri jodati.

Syrupus cum Jodureto ferroso. Syrupus Ferri jodidi *Ph. Brit.* *Sirop d'Jodure de Fer. Syrup of Jodide of Iron.*

Rp. Jodi *P.* 17,
Aquae destill. *P.* 40.

In cucurbitam vitream immissis adjice

Ferri limati *P.* 8

et agita. Solutione leni calore peracta, liquor filtrando in lagenam, cujus pondus examinatum est, instilletur, quae continet

Syrupi Gummi Arabici *P.* 3140
et Syrupi flor. Aurantii *P.* 800.

Filtrum paulo Aquae destillatae eluatur, ut tota quantitas mixturae exaequet *P.* 4000. — Grammata vicena (20) contineant Decigramma Ferri jodati. *Ph. Gall.*

Nota. Ph. Gall. syrupum hunc luci subducere praecipit, quamquam diu exploratum est, solis lucem depravationem Syrupi Ferri jodati prohibere.

Ph. Helv. Syrupi Ferri jodati concentrati *P.* 1 misceatur cum Syrupi Sacchari *P.* 12. Grammata tricena (30) contineant Ferri jodati Centigrammata vicena quina (25).

Ph. Germ. Ferri pulv. *P.* 3, Aquae destillatae *P.* 60 et Jodi *P.* 8 agitentur. Solutio filtrando in Sacchari pulv. *P.* 120 defluat, ferrum in filtro residuum Aqua destillata abluendo. Lenissimo calore fiat syrupus, qui usque ad *P.* 200 remanentes evaporet. Partes centenae contineant *P* quinas (5) Ferri jodati.

Ph. Brit. Ferri in filis tenuioribus *P.* 1, Jodi *P.* 2 et Aquae destillatae *P.* 3*v* leni calore digerantur, donec spumam albidam reddant. Tum filtretur, recipiendo liquorem a filtro delabentem in vase, quod continet syrupum antea paratum e Sacchari *P.* 28 et Aquae destill. *P.* 10. Mixturae pondus exaequet *P.* 43. Syrupus sit pond. spec. 1,385. Grammata 100 contineant fere Decigrammata 56 Ferri jodati.

Ph. Russ. Liquor effectus e Jodi *P.* 3, Ferri pulverati *P.* 1, Aquae destillatae *P.* 8 filtretur, filtrum postea Aquae destill. *P.* 2 eluendo. Liquor in Sacchari *P.* 16 exceptus in syrupum redigatur, qui addendo Syrupum Sacchari ad *P.* 30 expleatur. Partes centenae contineant *P.* denas (10) Jodi et *P.* 2 Ferri vel *P.* 12 Ferri jodati.

Syrupus Ferri jodati concentratus.

Rp. Jodi pulverati *P.* 2,
Ferri in filis tenuissimis fractis
P. 1,
Aquae destillatae *P.* 4.

In vase ferreo mixtae in filtrum transferantur, filtrum postea

Aquae destillatae *P.* 4

eluendo. Liquor a filtro delabens recipiatur vase continente

Sacchari in frustulis *P.* 16,

quarum solutio agitando efficiatur. Pondus syrupi exaequet *P.* 25. Syrupi *P.* centenae (100) contineant Ferri jodati *P.* denas (10). *Ph. Helv.*

Syrupus Ferri phosphorici.

Syrupus Phosphatis Ferri. *Syrup of Phosphate of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici oxydulati cryst. et granulati *Decigm.* 145,
Natri phosphorici cryst. *Gm.* 13,
Natri acetici *Decigm.* 48,
Acidi phosphorici diluti (pd. spec. 1,08) *Gm.* 168,
Aquae destillatae,
Sacchari ãã *Gm.* 228.

Sal ferrosum in Aquae dest. *Gm.* 114 solutum et sales natrici in Aquae *Gm.* 114 soluti confundantur et agitentur. Praecipitatum inde exortum Aqua destillata perfecte eluatur et inter strages

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0199-8 DFG

chartae bibulae satis pressum cum Acido phosphorico diluto commisceatur. Solutione peracta liquor filtretur et cum Saccharo, non adhibito calore, ad syrupum (*Gm.* 460) perficiatur. Grammata dena (10) syrupi continent circiter Centigrammata quina dena (15) Phophatis ferrosi. *Ph. Brit.*

Syrupus Ferri pyrophosphorici.

Syrupus cum Pyrophosphate ferrico. *Sirop de Pyrophosphate de Fer.*

Rp. Ferro-Ammoni pyrophosphorico-citrici *P.* 1.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 2.

Tum admisce

Syrupi Sacchari *P.* 97.

Grammata vicena (20) contineant Decigrammata bina (2) pyrophosphatis vel Centigrammata quaterna (4) Ferri. *Ph. Gall.*

Syrupus Ferri sesquichlorati.

Syrupus cum Chlorureto ferrico. *Sirop de Perchlorure de Fer.*

Rp. Ferri sesquichlorati soluti pd. spec. 1,26 *P.* 15,
Syrupi Sacchari *P.* 985.

Misce. Paretur, si poscitur. Grammata vicena contineant circiter Decigramma Ferri sesquichlorati. *Ph. Gall.*

Syrupus Ferro-Ammoni citrici.

Sirop de Citrate de Fer ammoniacal.

Rp. Ferro-Ammoni citrici *P.* 25.

Solutis in

Aquae Cinnamomi *P.* 25

et filtratis admisceantur

Syrupi Sacchari *P.* 950.

Grammata vicena (20) contineant Decigrammata quina (5) salis ferrici vel Centigrammata sena (6) Ferri. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Ferro-Kali tartarici, *Sirop de Tartrate ferrico-potassique.*

Syrupus Fumariae.

Sirop de Fumeterre.

Rp. Succi Fumariae inter calefaciendum defaecati *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 19.

Calore balnei aquae, vase tecto, fiat syrupus, qui coletur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Syrupi e succis *(les sirops avec les sucs):*

Asparagi turionum juniorum *(de pointes d'Asperges),*

Borraginis fol. *(de Bourrache),*

Parietariae herb. *(de Pariétaire),*

Trifolii fibrini *(de Trèfle d'eau).*

Syrupus Glycyrrhizae.

Syrupus Liquiritiae.

Rp. Rad. Glycyrrhizae *P.* 1.

Affunde

Aquae frigidae *q. s.*,

ut colaturae sint *P.* 5, quibus coquendo solvantur

Sacchari albi *P.* 8.

Ph. Helv.

Ph. Germ., Russ. Radicis Glycyrrhizae concis. *P.* 4 in Aquae *P.* 18 per horas duodecim macerentur. Colaturae usque ad ebullitionem calefactae, dein leni calore evaporando deminutae, postremo filtratae sint *P.* 7, quibus solvantur Sacchari et Mellis depurati aa *P.* 6.

Syrupus Guajaci.

Sirop de Gayac.

Rp. Ligni Guajaci rasp. *P.* 3,
Aquae *q. s.*
Sacchari *P.* 10.

Lignum cum aquae *P.* 30 per horam unam bis decoquatur. Colaturae per linteum densius fundendo collectae evaporando ad *P.* 6 remanentes redigantur et post refrigerationem filtrentur. Tum addatur Saccharum, ut fiat syrupus, qui ebulliens sit densitatis 1,26. *Ph. Gall.*

Syrupus Gummi Arabici.

Syrupus cum Gummi. Syrupus gummosus. *Sirop de Gomme.*

Rp. Gummi Arab. vel Senegal. *P.* 10.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0200-5 DFG

Aqua frigida bis ablutae
Aquae *P.* 15
solvantur et cum expressione colatae commisceantur cum
Syrupi Sacchari *P.* 100,
recens paratis, ferventibus densitatis specificae 1,3. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Mucilaginis Gummi Arabici *P.* 1 et Syrupi Sacchari *P.* 3 mixtae.

Ph. Helv. Gummi Arabici *P.* 4 solvantur calore non adhibito in Aquae *P.* 16. Colatura cum Sacchari *P.* 20 ad syrupum redigatur, cui addatur Aquae flor. Aurantii *P.* 1.

Ph. Russ. Syrupi Sacchari, Mucilaginis Gummi Arabici ãã *P.* 8 et Aquae flor. Aurantii *P.* 1 misceantur. Quum poscitur, paretur.

Syrupus Helminthochorti.

Sirop de Mousse de Corse.

Rp. Helminthochorti *P.* 20,
Aquae ebullientis *q. s.*
Sacchari *P.* 100.

Helminthochorton mundatum aquam ebullientem affundendo et seponendo per horas sex bis exhauriatur, ut colaturae exprimendo filtrandoque collectae sint *P.* 53, quae cum Saccharo calore balnei aquae, vase clauso, ad syrupum redigantur.

Ad filtrationem evitandam colatura seponendo decanthandoque purgetur et syrupum ope pulticulae e charta bibula effectae inter ebullitionem defaecare licet.

Eodem modo paretur:

Syrupus Dulcamarae

stip. (*Sirop de Douce-amère*).

Syrupus Hemidesmi.

Syrup of Hemidesmus.

Rp. Radicis Hemidesmi Indici contusae *P.* 1.

Superinfundatur
Aquae destill. fervidae *P.* 5*v*
et seponatur per horas quatuor, vase clauso. Colatura subsidendo decanthandoque purgata leni calore cum
Sacchari *P.* 7
in syrupum redigatur, cujus pondus exaequet *P.* 10½. Pond. spec. 1,335. *Ph. Brit.*

Syrupus Jaceae.

Syrupus Violae tricoloris (arvensis). *Sirop de Pensée sauvage.*

Rp. Herbae siccatae Jaceae *P.* 8,
Aquae ebullientis *P.* 10,
Sacchari albi *q. s.*

Herba cum aqua stet per horas tres, tum exprimendo coletur. Colatura cum Saccharo coquendo defaecandoque ope ovi albuminis ad syrupum redigatur, qui ebulliens sit densitatis 1,26. (*P.* 10 liquoris requirunt Sacchari *P.* 19). *Ph. Gall.*

Syrupus Ipecacuanhae.

Sirop d'Ipecacuanha.

Rp. Extracti spirituosi Ipecacuanhae *P.* 1,
Aquae destillatae *q. s.*,
Syrupi Sacchari *P.* 99.

Extractum Aquae destillatae frigidae quantitate octupla solutum, tum filtratum Syrupo addatur, qui ebulliendo ad densitatem 1,26 redigatur. Grammata vicena (20) contineant Decigrammata bina (2) Extracti. *Ph Gall.*

Ph. Helv. Radicis Ipecac. pulv. *P.* 1 per hebdomadem maceretur in Spiritus Vini rectificati *P.* 6, vase clauso, saepius agitando, tum exprimendo coletur. Colaturae filtratae sint *P.* 6, quae cum Syrupi Sacchari *P.* 54 commisceantur. Grammata 60 syrupi respondent Grammati uni Radicis Ipecacuanhae.

Ph. Germ. Radicis Ipecacuanhae contusae *P.* 1, superfusa Spiritus Vini rectfss. *P.* 5 aquaeque *P.* 36, digeratur vase operto per horas viginti quatuor. Colaturae filtratae *P.* 40 cum Sacchari *P.* 66 in Syrupum redigantur. Partes centenae syrupi respondent *P.* 1 Radicis Ipecacuanhae.

Ph. Russ. Rad. Ipecac. contusae *P.* 3, Aquae *P.* 85, Spirit. V. rectfss. *P.* 10 digerantur. In colaturae filtratae *P.* 88 solvantur Sacchari *P.* 144.

Syrupus Ipecacuanhae compositus.

Sirop de Desessartz; Sirop d'Ipecacuanha composé.

Rp. Rad. Ipecacuanh. contus. *P.* 30,
Foliorum Sennae *P.* 100,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0201-1 DFG

Herbae Serpylli *P.* 30,
Florum Rhoeadis *P.* 125,
Magnesiae sulfuricae *P.* 100,
Vini albi *P.* 750,
Aquae flor. Aurant. *P.* 750,
Aquae ebullientis *P.* 3000,
Sacchari albi *q. s.*

Radix Ipecacuanhae una cum Foliis Sennae Vino albo per horas duodecim macerentur et cum expressione colentur. Colatura filtretur. Residuum ex expressione, additis Herba Serpylli et Floribus Rhoeadis, aqua ebulliente superinfundatur, tum post horas sex exprimendo coletur. In colatura cum Aqua florum Aurantii commixta Magnesia sulfurica solvatur, quae solutio filtretur. Deinde, admixta colatura vinosa prius filtrata adjectoque Saccharo, syrupus calore balnei aquae efficiatur. In *P.* 10 liquoris *P.* 19 Sacchari insumendae sunt. *Ph. Gall.*

Syrupus Kalii jodati.

Syrupus cum Jodureto potassico. *Sirop d'Jodure de Potassium.*

Rp. Kalii jodati *P.* 25.
Solve
Aquae destillatae *P.* 25.
Tum admisce
Syrupi Sacchari *P.* 950.

Grammata vicena (20) contineant Decigrammata quina (5) Kalii jodati. *Ph. Gall.*

Syrupus Lactucae.

Syrupus Thridacis. *Sirop de Thridace*

Rp. Thridacis (Extracti Lactucae) *P.* 2,
Aquae destillatae *q. s.*,
Syrupi Sacchari *P.* 98.

Extractum in Aquae destillatae frigidae *P.* 16 solutum filtratumque addatur Syrupo, qui ebulliendo ad densitatem 1,26 reducatur. Grammata vicena (20) contineant Decigrammata quaterna (4) Thridacis. *Ph. Gall.*

Syrupus Lactucarii opiatus.

Sirop de Lactucarium opiacé.

Rp. Extracti spirituosi Lactucarii *Decigm.* 15,
Extracti Opii *Centigm.* 75,
Sacchari albi *Gm.* 2000,
Aquae flor. Aurantii *Gm.* 40,
Aquae destillatae *q. s.*,
Acidi citrici *Centigm.* 75.

Extractum Opii in Aqua florum Aurantii solvatur et solutum filtretur.

Extractum Lactucarii Aqua destillata ebulliente exhauriatur et liquor refrigeratus filtretur, cui Aquae destillatae quantitate sufficiente diluto addatur Saccharum. Solutione Sacchari effecta, Acidum citricum admisceatur, dein Syrupus addito albumine ovi defaecetur. Syrupus ebulliens ad densitatem 1,26 redactus porro evaporet, donec quantitate Aquae florum Aurantii deminutus fuerit. Quo facto admisceatur Extractum Opii solutum et coletur.

Grammata vicena (20) contineant, quod aqua e Centigrammate Extracti spirituosi Lactucarii atque e Milligrammatis quinis (5) Extracti Opii solvitur. *Ph. Gall.*

Syrupus Lichenis Islandici.

Syrupus de Lichene. *Sirop de Lichen.*

Rp. Lichenis Islandici *P.* 3,
Aquae *q. s.*,
Sacchari *P.* 100.

Lichen aqua frigida ablutus cum aqua per aliquot momenta horae ebulliat, ut amarities exhauriatur. Tum aqua defusa, lichen denuo aqua frigida abluatur et, affusis aquae *P.* 100 circiter, per horam dimidiam decoquatur. Colatura non exprimendo facta, adjecto Saccharo, ope pulticulae e charta bibula effectae defaecetur, dein coletur. Densitas syrupi ebullientis sit 1,27. *Ph. Gall.*

Syrupus Limacum.

Sirop d'Helix; Sirop de Limaçons.

Rp. Carnis Helicis pomatiae *P.* 2,
Aquae,
Sacchari albi ãã *P.* 10.

Helices aquae ebullienti tamdiu immergantur, donec carnem e testa facile eximere possis. Partes nigrae carni adhaerentes rejiciantur. Caro hoc modo mundata aqua frigida abluatur et, affusis aquae *P.* 10, coquatur, donec tertia pars liquoris evaporatione consumpta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0202-7 DFG

fuerit. Tum colatura cum Saccharo coquendo defaecandoque ad syrupum redigatur, qui ebulliens sit densitatis 1,27. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Helicis aspersae.

Syrupus Mannae.

Rp. Mannae *P.* 3.
Solvantur
Aquae destillatae *P.* 12.
Colatura filtrata cum
Sacchari *P.* 16
ebulliendo in syrupum redigatur. *Ph. Germ.*

Syrupus Mori.

Ph. Brit.

Syrupus Mororum. *Syrup of Mulberries.*

Rp. Succi fructuum Mori nigrae *P.* 40.
Succus usque ad ebullitionem calefactus, tum refrigeratus filtretur. In colatura leni calore solvantur
Sacchari *P.* 64,
tum addantur
Spiritus Vini rectfss. *P.* 5.
Pondus Syrupi exaequet *P.* 108. *Ph. Brit.*

Syrupus Morphini.

Syrupus Morphini hydrochlorici. Syrupus cum Chlorhydrate morphico. *Sirop de Chlorhydrate de Morphine; Sirop de Morphine.*

Rp. Morph. hydrochlorici *Centig.* 5.
Solve in
Aquae destillatae *Gm.* 2,
Syrupi Sacchari *Gm.* 98.
Grammata vicena (20) contineant Centigramma salis morphici. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Syrupus Morphini sulfurici (*Sirop de Sulfate de Morphine*).

Syrupus Natrii monosulfurati.

Syrupus cum Monosulfureto sodico. *Sirop de Monosulfure de Sodium.*

Rp. Natrii sulfurati crystallisati *P.* 1.
Solutae
Aquae destillatae *P.* 10
addantur
Syrupi Sacchari *P.* 990.
Grammata vicena (20) contineant Centigrammata bina (2) Monosulfureti. *Ph. Gall.*

Syrupus Opii.

Syrupus opiatus. *Sirop d'Opium.*

Rp. Extracti Opii *P.* 2.
Solutae in
Aquae destillatae *P.* 8
filtrentur et commisceantur cum
Syrupi Sacchari *P.* 990.
Grammata vicena (20) contineant Centigrammata quaterna (4) Extracti. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Extracti Opii *P.* 1 in Aquae destill. *P.* 12 soluta misceatur cum Syrupi Sacchari *P.* 468. Grammata tricena contineant Centigrammata quina Extracti Opii.

Syrupus Opii succinatus.

Syrupus Carabae. *Sirop de Karabé.*

Rp. Syrupi Opii *P.* 1000,
Spirit. volatilis Succini *P.* 5.
Misce.

Syrupus pectoralis.

Sirop d'Espèces pectorales.

Rp. Specierum pectoralium *Gm.* 100,
Aquae ebullientis *Gm.* 1200,
Sacchari albi *Gm.* 2000,
Aquae flor. Aurantii *Gm.* 50,
Extracti Opii *Decigm.* 3.
Species aqua superfusae digerantur per horas sex, vase clauso, tum exprimantur, ut colaturae sint *Gm.* 1000, quibus filtratis Extractum Opii solutum in Aqua florum Aurantii, deinde Saccharum addatur. Calore balnei aquae vaseque clauso fiat syrupus, qui coletur. *Ph. Gall.*

Syrupus Persicae florum.

Sirop de fleurs de Pêcher.

Rp. Succi florum Persicae vulgaris *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 19.
Calore balnei aquae solve et cola

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0203-2 DFG

Eodem modo parentur:

Syrupi e succis (*les sirops avec les sucs*):

Brassicae oleraceae capitatae, variet. rubrae fol. (*de Chou rouge*),

Cochleariae fol. (*de Cochléaria*),

Juglandis fol. (*de Noyer*),

Nasturtii off. (*de Cresson*),

Rosae centifol. petalorum (*de Roses pâles*).

Syrupus Pulmonum vitulinorum compositus.

Sirop de Mou de Veau.

Rp. Pulmonum vitulinorum *P.* 100,
Dactylorum,
Jujubarum,
Passularum ãã *P.* 15,
Radicis Consolidae majoris,
Rad. Glycyrrhizae ãã *P.* 5,
Foliorum Pulmonariae *P.* 15,
Aquae ebullientis *P.* 200,
Sacchari albi *P.* 200.

Pulmones in frustula dissecti, tum aqua frigida abluti una cum ceteris speciebus aqua ebulliente superinfundantur et calore balnei aquae, vase clauso, per horas sex digerantur. Tum colatura exprimendo effecta atque decanthando purgata ope albuminis ovi defaecetur, deinde adjecto Saccharo fiat decoquendo defaecandoque syrupus, qui sit densitatis 1,27. *Ph. Gall.*

Syrupus Picis liquidae.

Syrupus Aquae piceae. *Sirop de Goudron.*

Rp. Aquae piceae *P.* 525,
Sacchari albi *P.* 1000.

Calore balnei aquae vaseque clauso fiat syrupus, qui filtretur. *Ph. Gall.*

Syrupus quinque Radicum.

Syrupus de quinque radicibus compositus. *Sirop des cinq racines; Sirop diurétique.*

Rp. Rad. Apii graveolentis,
Rad. Asparagi,
Rad. Foeniculi,
Rad. Petroselini,
Rhizomatis Rusci (aculeati) ãã *P.* 1,
Aquae ebullientis *P.* 30,
Sacchari albi *P.* 20.

Radices et rhizoma cum aquae quantitate dimidia digerantur per horas duodecim et interdum agitentur. Exprimendo coletur et colatura loco frigido filtretur. Residuo e colatione affundatur quantitas reliqua aquae, tum exprimendo coletur. Colatura secunda cum Saccharo ad syrupum coquatur, qui defaecatione depuretur. Simulatque syrupus densitatem 1,26 acceperit, evaporando de quantitate colaturae prioris deminuatur, tum colatura hac admixta fiat syrupus fervidus densitatis 1,26. *Ph. Gall.*

Syrupus Ratanhae.

Sirop de Ratanhia.

Rp. Extracti Ratanhae *P.* 25,
Syrupi Sacchari *P.* 975.

Extractum in aquae *P.* 50 calore adhibito solutum Syrupo ebullienti addatur. Tum mixtura evaporet, donec ad *P.* 1000 reducta fuerit. Postremo cola. Grammata vicena (20) contineant Decigrammata quina (5) Extracti. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Syrupus Catechu (*Sirop de Cachou*),

Syrupus Monesiae (*Sirop de Monésia*).

Syrupus Rhamni catharticae.

Syrupus Rhamni *Ph. Brit. Sirop de Nerprun. Syrup of Buckthorn.*

Rp. Succi Rhamni catharticae,
Sacchari ãã *P.*

Coquendo fiat syrupus, ebulliens densitatis 1,27, tum cola. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Succi recens expressi e fruct. Rhamni catharticae *P.* 320*v* evaporando ad *P.* 200 remanentes reductis addantur Rhizom. Zingiberis concis. et Fruct. Amomi contus. ãã *P.* 3. Digestione post horas quatuor perfecta, coletur et colaturae refrigeratae Spiritus Vini rectfss. *P.* 24*v* admisceantur. Mix-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0204-8 DFG

tura per dies duos seposita decanthetur et cum Sacchari *P.* 320 leni calore in syrupum redigatur. Pond. spec. 1,32.

Syrupus Rhei.

Rp. Rad. Rhei concis. *P.* 4,
Cort. Cinnamomi cont. *P.* 1.
Affundantur
Liquoris Kali carbonici *P.* 1,
Aquae fervidae *q. s.*
Stent per horas duodecim et colentur. Colaturae sint *P.* 30, quibus coquendo solvantur
Sacchari albi *P.* 48,
ut fiat syrupus. *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Radicis Rhei concisae *P.* 12, Corticis Cinnamomi Cassiae *P.* 3, Kali carbonici puri *P.* 1, superfusae aquae *P.* 104, macerent per noctem unam. Colaturae filtratae *P.* 88 cum Sacchari *P.* 160 in syrupum redigantur.

Ph. Russ. Rad. Rhei *P.* 12, Cass. cinnamom. *P.* 3, Kali carbonici puri *P.* 1, Aquae *P.* 96 macerentur per horas duodecim. In colaturae filtratae *P.* 80 solvantur Sacchari *P.* 144.

Ph. Brit. Rad. Rhei grosso modo pulv. et Fructuum Coriandri grosso modo pulv. ãã *P.* 1 et mixtae in vas deturbatorium ingerantur, in quo l. a. sensim affundendo mixturam paratam e Spiritus V. rectfss. *P.* 4*v* et Aquae destill. *P.* 12*v* exhauriantur. Colatura evaporando ad *P.* 6½*v* reducta filtretur et cum Sacchari *P.* 12 leni calore in syrupum redigatur.

Syrupus Rhei compositus.

Syrupus Cichorii compositus. *Sirop de Chicorée composé; Sirop de Rhubarbe composé.*

Rp. Radicis Rhei
Radicis Cichorii ãã *P.* 20,
Herbae Cichorii *P.* 30,
Herbae Fumariae,
Herbae Linguae cervinae (Scolopendrii) ãã *P.* 10,
Baccarum Alkekengi *P.* 5,
Cort. Cinnam. Ceylanici,
Ligni Santali citrini ãã *P.* 2,
Sacchari albi *P.* 300,
Aquae *q. s.*
Radix Rhei, Cortex Cinnamomi et Lignum Santali, omnia contusa, aquae *P.* 100 caloris 80° C. superinfusa digerantur per horas sex, tum exprimantur. Colatura loco frigido filtretur. Residuo ex expressione una cum ceteris speciebus affundantur aquae ebullientis *P.* 500 et post horas duodecim exprimantur. Colatura ulterior, addito albumine ovi defaecata, adjecto Saccharo, coquendo defaecandoque ad syrupum redigatur, qui ebulliens sit densitatis 1,26. Tum porro evaporet, donec quantitate colaturae filtratae primo collectae fuerit deminutus. Quo facto colatura filtrata syrupo addatur et coctio continuetur, ut densitas syrupi ebullientis sit 1,26. Postremo cola. *Ph. Gall.*

Syrupus Rhoeadis.

Syrupus Papaveris Rhoeadis. Syrupus Papaveris *Ph. Russ. Sirop Coquelicot.*

Rp. Petalorum sicc. Papaveris Rhoeadis *P.* 1,
Aquae ebullientis *P.* 10,
Sacchari albi *q. s.*
Petala aqua superfusa digerantur per horas sex, vase clauso, tum exprimendo cola et filtra. In colatura solve calore balnei aquae Saccharum. (*P.* 10 liquoris requirunt *P.* 19 Sacchari). *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Syrupi (*les Sirops*):

Absinthii fol. (*d'Absinthe*),
Adianti pedati herb. (*de Capillaire du Canada*).
Caprifolii (Lonicerae) flor. (*de Chèvrefeuille*),
Chamaedryos (Teucrii) herb. (*de Chamaedrys*),
Chamomillae flor. (*de Chamomille*),
Cinae florum (*de Semen-contra*).
Gentianae rad. (*de Gentiane*),
Hederae terrestris hb. (*de Lierre terrestre*),
Hyssopi herbae (*d'Hysope*),
Lupuli strobilor. (*de Cônes de Houblon*),
Phellandrii fruct. (*de Phellandrium*),
Polygalae rad. (*de racine de Polygala*),

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0205-4 DFG

Saponariae rad. (*de racine de Saponaire*),
Sassafras rad. (*de Sassafras*),
Scabiosae (succisae) herbae (*de Scabieuse*),
Tussilaginis (Farfarae) florum (*de Tussilage*).

Ph. Brit. Petalorum recent. Papaveris Rhoeados *P.* 26 sensim immittantur in Aquae destillatae *P.* 40*v* calore balnei aquae calefactas et saepius agitentur. Deinde per horas duodecim sepositae exprimantur. In colatura leni calore solvantur Sacchari *P.* 72, ut fiat syrupus, cui fere refrigerato addantur Spiritus V. rectfss. $4\frac{1}{5}$ (5*v*) et tantum Aquae destill., ut pondus ejus aequet *P.* 116. Pond. spec. 1,330.

Ph. Russ. Flor. Rhoead. siccat. *P.* 3 superfundantur Aquae ebullientis *P.* 36 et stent per horas duodecim. In *P.* vicenis colaturae solvantur Sacchari *P.* 36, ut fiat syrupus.

Ph. Germ. Florum Rhoeados recentium *P.* 12, superfusae aquae fervidae *P.* 20, macerent per noctem unam, exprimantur et sine prelo colentur. Colaturae *P.* 20 cum Sacchari *P.* 36 in syrupum redigantur. (Licet maceratum in annum unum praeparare, in lagenis plane repletis condendum.)

Syrupus Ribium.

Syrupus fructuum Ribesii. *Sirop de Groseilles.*

Rp. Succi Ribium rubr. *P.* 100,
Sacchari albi *P.* 175.

In lebetem argenteum vel cupreum (stanno non obductum) immittantur et fervefiant. Syrupus frigidus sit ponderis spec. 1,33. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Syrupi (*les Sirops*):
Aurantiorum dulcium (*d'Oranges*),
Berberidis fructuum (*de Berberis*),
Cerasorum (*de Cerises*),
Citri fructuum (*de Citrons*),
Cydoniorum (*de Coings*),
Granatorum (*de Grenades*),
Mororum nigrorum (*de Mûres*),
Rubi Idaei (*de Framboises*).

Syrupus Rosarum.

Syrupus Rosae Gallicae. *Syrup of red Roses.*

Rp. Petalorum Rosae Gallicae siccatorum *P.* 2.

Superinfunde

Aquae destill. fervidae *P.* 20*v*.

Post horas duas exprimendo cola. In colatura ad ebullitionem calefacta, tum filtrata, leni calore solvantur

Sacchari *P.* 30,

ut fiat syrupus, cujus pondus exaequet *P.* 46. Pond. spec. 1,335. *Ph. Brit.*

Ph. Russ. Flor. Rosae Gall. incis. *P.* 3 superinfusae aquae ebullientis *P.* 9 stent per horas duodecim. Colaturae *P.* 6 coquendo solvantur Sacchari *P.* 11.

Syrupus Sacchari.

Syrupus simplex. Syrupus *Ph. Brit.* *Syrup Ph. Brit.*

I. *Sirop de Sucre incolore Ph. Gall.*

Rp. Sacchari albissimi P. 1000,
Aquae *P.* 525.

Solve calore non adhibito et filtra per chartam bibulam. *Ph. Gall.*

II. *Sirop de Sucre Ph. Gall.*

Rp. Sacchari albi *Gm.* 10000,
Aquae *q. s.*,
Albuminis Ovi No. 1.

Albumen cum aquae *Gm.* 6000 conquassa, cujus mixturae *Gm.* 1000*v* reponantur. Reliqua *Gm.* 5000*v* illius mixturae superfunde Saccharo in lebetem cupreum immisso. Tum interdum agitando eo modo calefac, ut syrupus non prius ebulliat, quam Saccharum solutum fuerit. Liquori effervescenti bullescentique adde parvas quantitates aquae albuminosae, antea repositae, et spumam, quae post singulas additas exoritur, aufer.

Syrupus hoc modo clarificatus evaporando vel aquam addendo tractetur, ut ebulliens acquirat pondus specificum 1,26 vel 30 gradus Araeometri Baumeïani. Postremo cola. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Syrupus coquendo effectus ex Sacchari *P.* 20 et Aquae destillatae *P.* 11.

Ph. Helv. Sacchari albissimi *P.* 8 et Aquae *P.* 5 semel ebulliendo, si opus fuerit, ope albuminis defaecando fiant syrupus.

Ph. Brit. Sacchari *P.* 2 et Aquae

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0206-9 DFG

destill. *P.* 1*v* coquendo fiant syrupus, cui addatur Aquae destill. q. s., ut colatura sit ponderis *P.* 3. Pond. spec. sit 1,330.

Ph. Russ. Sacchari *P.* 9 et Aquae destillatae *P.* 5 ebulliendo fiant syrupus.

Syrupus Sarsaparillae.

Sirop de Salsepareille.

Radices Sarsaparillae, a cormis liberatae, per longitudinem diffindantur et consecentur, ut frustula ad 2—3 centimetra longa efficiantur. Pulvere ope cribri separato, radicis *P.* 10 recipiantur, quibus tantum aquae caloris 80° C. infundatur, ut sint immersae. Digestione per horas duodecim peracta, cola per cribrum setaceum. Digestio residui cum eadem quantitate aquae repetatur. Colaturae seponendo decanthandoque epurgatae eo modo evaporent, ut primo colatura secunda, dein colatura prima evaporando diminuatur. Colaturae mixtae et evaporando ad *P.* 16 remanentes reductae ope albuminis ovi defaecentur et per pannum laneum colentur. Postremo addantur Sacchari *P.* 20, ut coquendo et defaecando fiat syrupus, qui ebulliens sit densitatis 1,27. *Ph. Gall.*

Syrupus Sarsaparillae compositus.

Syrupus Sarsaparillae *Ph. Helv. Rob antisyphilitique de Laffecteur; Sirop de Cuisinier; Sirop sudorifique; Sirop depurativ.*

Rp. Radicis Sarsaparillae diffissae et incisae *P.* 100.

Affunde

Aquae caloris 80° C. *q. s.*,

ut radix aqua sit obtecta, digere per horas duodecim et cola. Residuum, denuo affusa aqua ebulliente, eodem modo tracta. Colaturae seponantur. Quo facto, residuum aqua ebulliente superfusum rursus eodem modo tracta, sed tamen colaturam inde obtentam atque ad ebullitionem calefactam infunde in

Florum Borraginis,
Florum Rosae centifoliae,
Foliorum Sennae,
Fructuum Anisi ãã *P.* 6,

et digere per horas duodecim, tum exprimendo cola.

Colaturae omnes commixtae, evaporando ad *P.* 200 remanentes deminutae, ope albuminis ovi defaecentur et, admixtis

Sacchari albi et
Mellis ãã *P.* 100,

coquendo defaecandoque ad syrupum redigantur, qui ebulliens sit densitatis 1,29. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Rad. Sarsaparillae *P.* 3, Rad. Chinae ponderosae, Ligni Guajaci, Ligni Sassafras ãã *P.* 2, Cort. Chinae Huanuco *P.* 1, concisae contusaeque macerentur per dies duos Aquae *P.* 50, tum coquantur ad *P.* 12 remanentes. Residui expressi decoctio repetatur sub finem addendo Fruct. Anisi *P.* 1/10. Colaturae commixtae, postquam subsederint, albumine ovi defaecentur et evaporando ad *P.* 12 remanentes reducantur et colentur. Denique coquendo cum Sacchari *P.* 16 fiat syrupus.

Ph. Germ. Radicis Sarsaparillae *P.* 24, Ligni Guajaci, Ligni Sassafras, Rhizomatis Chinae ãã *P.* 16, Corticis Chinae fusci *P.* 8, Fructuum Anisi *P.* 3, concisis, contusis raspatisque affundantur aquae fervidae *P.* 250. Post digestionem per aliquot horas peractam exprimatur et colatura filtrata calore balnei vaporis ad remanentes usque *P.* 80 redigatur, quae cum Sacchari *P.* 130 fiant syrupus.

Syrupus Scillae.

Syrup of Squill.

Rp. Aceti scillitici *P.* 1,
Sacchari *P.* 2.

Calefaciendo fiat syrupus. *Ph. Brit.*

Ph. Russ. Bulbi Scillae minutim concisi *P.* 1 maceretur in Aquae destill. *P.* 12 per horas 6. Colaturae *P.* 10 cum Sacchari *P.* 16 in syrupum redigantur.

Syrupus Senegae.

Rp. Radicis Senegae concis. *P.* 1,
Aquae *P.* 20,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 3.

Digerantur per diem unum et noctem, tum exprimantur. Colaturae *P.* 10 cum

Sacchari albi *P.* 16

coquendo in syrupum redigantur. *Ph. Helv.*

Ph. Germ. Radicis Senegae concisae *P.* 2, superfusae Spiritus Vini rectfss. *P.* 3 et aquae *P.* 24 macerent per dies

duos. Colaturae expressione factae filtrataeque *P.* 24 cum Sacchari *P.* 38 in syrupum redigantur.

Ph. Russ. Rad. Senegae concis. *P.* 2, Aquae *P.* 22, Spirit. Vini rectfss. *P.* 3 per dies duos macerentur et exprimantur. In colaturae filtratae *P.* 22 solvantur Sacchari *P.* 36.

Syrupus Sennae.

Syrup of Senna.

Rp. Fol. Sennae incis. *Gm.* 466,
Olei Coriandri *Centigm.* 20,
Sacchari *Gm.* 700,
Aquae destill. *Gm.* 2900,
Spiritus V. rectfss. *Gm.* 50.

Folia Sennae in Aquae *Grammatis* 2000 digerantur calore 49° C. per horas viginti quatuor et exprimantur. Residuum Aquae *Gm.* 900 superinfusum eodem calore per horas sex digeratur. Colaturae commixtae, evaporando calore balnei aquae ad *Gm.* 300 remanentes reductae, tum refrigeratae misceantur cum Spiritu Vini, quo Oleum Coriandri antea solutum est. Mixtura filtretur, filtrum postremo Aquae destill. ea quantitate eluendo, quae ad *Gm.* 500 colaturae explenda requiritur, deinde cum Saccharo leni calore in syrupum redigatur, cujus pondus exaequet *Gm.* 1200. Pond. spec. 1,310. *Ph. Brit.*

Syrupus Sennae cum Manna.

Syrupus Mannae compositus. Syrupus mannatus s. Mannae *Ph. Russ.* Syrupus Sennae *Ph. Russ.*

Rp. Foliorum Sennae Alexandrinorum *P.* 8.
Fruct. Foeniculi cont. *P.* 1,
Aquae fervidae *q. s.*,

ut post digestionem colaturae *P.* 40 colligi possint. In colatura coquendo solvantur

Sacchari albi *P.* 48,
Mannae *P.* 12,

ut fiat syrupus. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Foliorum Sennae *P.* 8, Fruct. Foeniculi *P.* 1, Mannae *P.* 12 in Aquae fervidae *P.* 48 digerantur per aliquot horas. In colaturae exprimendo collectae et subsidendo depurgatae *P.* 48 solvantur Sacchari *P.* 48.

Ph. Germ. Foliorum Sennae *P.* 10, Fruct. Foeniculi *P.* 1, superfusae aquae fervidae *P.* 50, stent per aliquot horas. Liquore expressione collecto solvantur Mannae *P.* 15, tum colatura efficiatur. Colaturae *P.* 55 cum Sacchari *P.* 50 in syrupum redigantur.

Syrupus Strychnini sulfurici.

Syrupus cum Sulfate strychnico. *Sirop de Sulfate de Strychnine.*

Rp. Strychnini sulfurici *Centig.* 5,
Solve
Aquae destillatae *Gm.* 4,
Tum admisce
Syrupi Sacchari *Gm.* 196.

Grammata vicena (20) contineant Milligrammata quina (5) Sulfatis. *Ph. Gall.*

Syrupus Terebinthinae.

Sirop de Térébenthine.

Rp. Terebinthinae Vosegicae (*Térébenthine des Vosges*) *P.* 1,
Syrupi Sacchari *P.* 10.

In ollam Faventinam ingestae, olla clausa, digerantur per horas duas, saepius ope spathulae agitando. Deinde parva quantitas aquae sufficiens addatur, ut pondus mixturae restituatur. Post refrigerationem decantha et filtra. *Ph. Gall.*

Syrupus Ulmi corticis.

Sirop d'Écorce d'Orme.

Paretur eo modo quo Syrupus Ipecacuanhae ex

Extracti corticis Ulmi campestris *P.* 2,
Aquae destillatae *q. s.*,
Syrupi Sacchari *P.* 98.

Grammata vicena (20) contineant Decigrammata quaterna (4) Extracti. *Ph. Gall.*

Syrupus Valerianae.

Sirop de Valériane.

Rp. Radicis Valerianae *P.* 10,
Aquae ebullientis *q. s.*,
Aquae Valerianae *P.* 10,
Sacchari albi *P.* 100.

Radix contusa primo aquae bullientis *P.* 40 superinfundatur. Colatura inter expressionem facta, residuo dein *P.* 20

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0208-1 DFG

aquae ejusdem affundantur. Colaturae sint *P.* 43, quibus Aqua Valerianae et Saccharum addantur. Calore balnei aquae fiat syrupus. *Ph. Gall.*

Syrupus Violarum.

Syrupus de Violis. *Sirop de Violettes.*

Rp. Petalorum recentium Violae odoratae mundatorum *P.* 100,
Aquae destillatae *q. s.*,
Sacchari albissimi *P.* 400.

Petala superinfundantur Aquae destillatae, ad 45° C. calefactae, *P.* 6, agitentur et post aliquot horae momenta in colatorium, quod Aqua destillata elutum est, transferantur. Expressione leniore effecta, petala in lebetem stanneum, in balneo aquae collocatum, ingesta superinfundantur

Aquae destill. ebullientis

ea quantitate, ut petala una cum Aqua destillata pondus *P.* 300 exhibeant. Post digestionem per horas duodecim peractam exprimendo cola, ut sint colaturae *P.* 212, quae decanthatione depuratae, adjecto Saccharo, calore bâlnei aquae et vase clauso, ad syrupum redigantur. Sit syrupus saturate violaceus. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Florum Violae recentium *P.* 4, superfusae Aquae destillatae fervidae *P.* 14 stent per horas duodecim, tum exprimendo colentur. Colaturae filtratae *P.* 11 cum Sacchari *P.* 20 in syrupum redigantur.

Ph. Helv. Petalorum recent. Violae odoratae et paulum contusorum *P.* 2 in vase stanneo superinfundantur Aquae fervidae *P.* 6. Post horas duodecim cola. Colaturae *P.* 5 leni calore cum Sacchari *P.* 9 fiant syrupus, qui coletur.

Ph. Russ. Flor. Violae odoratae rec., a calycibus liberat. *P.* 8, aqua tepida ablutae, dein contusae Aquae destillatae Rhizomatis Iridis Florentinae ebullientis *P.* 24 superinfundantur. In colaturae *P.* 20 leni calore solvantur Sacchari *P.* 36.

Syrupus Zingiberis.

Syrup of Ginger.

Rp. Tincturae Zingiberis fortioris *P.* 3*v*,
Syrupi Sacchari *P.* 76*v*.

Misceantur. *Ph. Brit.*

Ph. Russ. Rhizomat. Zingib. conc. *P.* 3, Aquae *P.* 21, Spirit. V. rectf. *P.* 3 per horas duodecim digerantur. In colaturae *P.* 20 solvantur Sacchari *P.* 36, ut fiat syrupus.

Tabellae. Conf. **Pastilli.**

Tacamahaca. (Resina). *Tacamahaca; Tacamaque huileuse.* (Icica Guyanensis d'Aublet?)

Tamarindus. Fructus. Tamarindi. Pulpa Tamarindorum cruda. *Tamarins. Tamarind.* (Tamarindus Indica L.)

Tanacetum. Flores. Herba florens. Oleum aethereum. *Tanaisie.* (Tanacetum vulgare L.)

Taraxacum. Radix. Folia. Radix cum herba. *Pissenlit; Dent-de-lion. Dandelion.* (Taraxacum Dens Leonis DC. s. Taraxacum officinale Weber).

Telephium. Folia. *Orpin; Reprise.* (Sedum Telephium L.)

Terebinthina Canadensis. *Baume de Canada. Canada Balsam.* (Abies balsamea Aiton.)

Terebinthina (communis). *Térébenthine.*

Terebinthina Laricis s. **laricina.** *Térébenthine du Mélèze; Terebinthine suisse ou fine.* (*Mélèze.* Larix Europaea DC.)

Ph. Gall. 1. *Térébenthine du Pin d'Amérique; Térébenthine d'Amérique ou de la Caroline.* (Pinus palustris Lamb.)

2. *Térébenthine du Pin maritime; Térébenthine de Bordeaux ou commune.* (Pinus maritima Lamb.)

3. *Térébenthine du Sapin argenté; Térébenthine au citron; Térébenthine d'Alsace; Térébenthine de Venise.* (Abies pectinata DC.)

4. *Térébenthine du Sapin balsamifère; Baume de Canada.* (Abies balsamea.)

5. *Térébenthine du Térébinthe; Térébenthine de Chio.* (Pistacea Terebinthus L.)

Terebinthina. Oleum. Oleum rectificatum. *Essence de Térébenthine. Oil of Turpentin.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0209-9 DFG

Terra sigillata. *Terre sigillée.*

Thapsia. Radix. Radix Turpethi spurii. *Thapsie.* (Thapsia garganica L.)

Thea. Folia. *Thé.* (Thea Chinensis Sims).

Theobroma s. **Cacao.** Semina. Oleum seminum expressum (Butyrum Cacao. *Beurre de Cacao. Cacao-Butter). Cacao.* (Theobroma Cacao L.)

Thymus. Herba florens. Oleum aethereum. *Thym.* (Thymus vulgaris L.)

Tilia. Flores. *Tilleul.* (Tilia ulmifolia et Tilia platyphyllos Scopoli).

Tincturae.

Ph. Germ. Maceratio vase clauso temperie consueta (15 ad 20° C.), digestio in vasis ad dimidium modo repletis, ope vesicae acu perforatae clausis, calore 35 ad 40° C. efficiantur.

Maceratione aut digestione perfecta liquor refrigeratus, postquam liquor forsan evaporatione consumptus restitutus est, decanthetur, residuum — si necesse est, ope preli — exprimatur. Colatura per viginti quatuor horas seponatur loco, quo Tincturae asservantur, et eodem loco filtretur. Serventur Tincturae loco umbroso temperiem circiter 10 ad 15° C. habente.

Tinctura Absinthii.

Rp. Herbae Absinthii siccatae concisae *P.* 1,
Spiritus V. rectf. *P.* 6.

Vase clauso per septimanam macerentur, saepius agitando, tum exprimantur. Postquam liquor expressionis subsederit, filtretur. Residuo in expressione obtento Spiritus Vini rectificati tantum admisceatur, quantum amissum fuerit atque requiritur ad explendas colaturae filtratae *P.* 6. *Ph. Helv.* (*Ph. Russ.*, quae colaturae quantitatem non designat).

Eodem modo parentur:

Tinctura Aconiti fol.
— **Aloës** (lucidae).
— **Anisi** *Ph. Russ.*
Tinctura Arnicae (florum).
— **Arnicae radicis** *Ph. Russ.*
— **Asae foetidae.**
— **Aurantii** (corticum).
— **Aurantii fruct. immat.**
— **Belladonnae** fol.
— **Benzoës.**
— **Calami** rhiz.
— **Cascarillae** cort.
— **Catechu** Peguensis.
— **Chinae** (Huanoco) simpl.
— **Cinnamomi** Zeylanic.
— **Colchici** sem. *Ph. Helv.* et *Russ.* (e Sem. grosso modo pulv.)
— **Conii** herb.
— **Croci** stigmat.
— **Digitalis** fol. (*Ph. Helv.* et *Russ.*)
— **Gentianae** rad.
— **Guajaci** ligni.
— **Hyoscyami** *Ph. Russ.*
— **Ipecacuanhae** *Ph. Russ.*
— **Lobeliae** herb.
— **Macidis.**
— **Myrrhae.**
— **Pimpinellae** rad.
— **Ratanhae** rad. (gr. m. plv.)
— **Scillae** bulb.
— **Stramonii** sem. (pulv.) (*Ph. Helv.* et *Russ.*)
— **Valerianae** rad.
— **Vanillae** *Ph. Russ.*
— **Veratri** *Ph. Russ.*
— **Zingiberis** (gr. m. pulv.)

Ph. Germ. Ex Herbae Absinthii *P.* 1 et Spiritus Vini rectf. *P.* 5 digestione tinctura paretur.

Eodem modo parentur:

Tinct. Aurantii cort. fruct.
— **Calami** rhizomatis.
— **Cascarillae** corticis.
— **Catechu.**
— **Chinae simplex** e Cortice Chinae fusco.
— **Cinnamomi** e Cortice Zeylanico.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0210-1 DFG

Tinct. Gentianae radicis.
— **Pimpinellae** radicis.
— **Ratanhae** radicis.
— **Scillae** bulbi.
— **Valerianae** radicis.
— **Vanillae.**

Tinctura Absinthii composita.

Tinctura amara *Ph. Helv. Teinture d'Absinthe composée; Elixir stomachique de Stoughton.*

Rp. Summit. sicc. Absinthii,
Summit. Teucrii Chamaedryos,
Cort. Aurantiorum,
Rad. Gentianae ãã *P.* 25,
Rad. Rhei *P.* 15,
Aloës lucidae *P.* 5,
Cort. Cascarillae *P.* 5,
Spirit. V., pd. spec. 0,914, *P.* 1000.

Macera per dies decem, exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Paretur ex Herb. Absinth. *P.* 8, Herb. Centaurii min. *P.* 4, Rhizomat. Calami et Galangae ãã *P.* 2, Cort. Aurant., Cinnam. Zeyl., Cort. Citri, Caryophyll. ãã *P.* 1, Spir. V. rectfss. et Aquae ãã *P.* 96 digerendo, exprimendo filtrandoque.

Tinctura Aconiti.

Tincture of Aconite.

Rp. Radicis Aconiti grosso modo pulv. *P.* 75,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 505.

Radix Aconiti maceretur per horas quadraginta octo in Spiritus Vini *P.* 378, vase clauso, interdum agitando, tum in vas depulsorium translata l. a. tractetur, affundendo illas Spiritus Vini *P.* 127 retentas, defluxu liquoris desinente. Massam, quae dein remanet in vase depulsorio, exprimendo cola, et colaturas omnes mixtas filtratasque Spiritus Vini tanto dilue, ut *P.* 515 suppleantur. Dosis: 5 ad 15 Gtt. *Ph. Brit.*

Aequali ratione parentur:

Tinct. Arnicae (*of Arnica*) e rad *P.* 30. Colaturae sint *P.* 510.
— **Belladonnae** e fol. *P.* 30 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 556.
Tinct. Bucco s. **Buchu** (*of Buchu*) e fol. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Columbo** (*of Calumba*) e rad. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Capsici** (*of Capsicum*) e fruct. *P.* 22½ et Spiritu rectfss. Colaturae sint *P.* 510.
— **Cascarillae** e cort. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Chiraytae** s. **Chiratae** (*of Chiretta*) e Herb. Gentianae Chiraytae *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.
— **Chinae flav.** (*of Yellow Cinchona*) e cort. pulv. *P.* 120 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 570.
— **Cinnamomi** (*of Cinnamon*) e cort. Zeylan. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Colchici sem.** (*of Colchicum Seeds*) e seminum cont. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Conii fruct.** (*of Hemlock*) e fruct. cont. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Croci** (*of Saffron*) e stigmat. *P.* 30 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.
— **Cubebarum** (*of Cubebs*) e Cubeb. pulv. *P.* 75 et Spiritu rectfss. Colaturae sint *P.* 515.
— **Digitalis** e foliorum gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.
— **Ergotae** s. **Secalis cornuti** e Secalis cornuti gr. modo pulv. *P.* 150 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 580.
— **Gallae** (*of Galls*) e Gallarum *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 580.
— **Hyoscyami** (*of Hyoscyamus*) e Herb. gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.
— **Jalapae** (*of Jalap*) e tuberis gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint. *P.* 565.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0211-7 DFG

Tinct. Lobeliae exherbae *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.

— **Lupuli** (*of Hop*) e Strobilorum *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 560.

— **Myrrhae** (*of Myrrh*) e Myrrhae *P.* 75 et Spiritu rectificatissimo. Colaturae sint *P.* 520.

— **Pyrethri** (*of Pellitory*) e radicis gr. modo pulv. *P.* 120 et Spiritu rectfss. Colaturae sint *P.* 520.

— **Ratanhae** s. Krameriae (*Tinct. of Rhatany*) e rad. gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Sabinae** (*of Savin*) e summitatum *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Scillae** (*of Squill*) e bulbi *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Senegae** (*of Senega*) e rad. gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Serpentariae** (*of Serpentary*) e rad. gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Stramonii** (*of Stramonium*) e seminum cont. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Sumbul** e rad. gr. modo pulv. *P* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Valerianae** (*of Valerian*) e radice gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu tenuiore. Colaturae sint *P.* 565.

— **Veratri viridis** (*of Green Hellebore*) e rad. gr. modo pulv. *P.* 120 et Spiritu rectfss. Colaturae sint *P.* 520.

— **Zingiberis** (*of Ginger*) e rhizomatis gr. modo pulv. *P.* 75 et Spiritu rectfss. Colaturae sint *P.* 515.

Tinctura Aconiti tuberum.

Tinctura Aconiti *Ph. Germ.*

Rp. Tuberum Aconiti *P.* 1,
Spiritus Vini rectf. *P.* 10.

Digestione tinctura efficiatur.

Eodem modo parentur:

Tinctura Arnicae florum.

— **Colchici** seminis contusi atque per cribrum trajecti.

— **Croci.**

— **Ipecacuanhae** radicis.

— **Lobeliae** herbae.

— **Stramonii** seminis.

— **Strychni** seminis.

— **Toxicodendri** foliorum.

Tinctura Aloës.

Teinture d'Aloès.

Rp. Aloës lucidae contusae *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 5.

Macera per dies quinque et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Tinct. Catechu (*Teint. de Cachou*).

Tinct. Kino (*Teint. de Kino*).

Ph. Brit. Paretur ex Aloës *P.* 1, Extracti Liquiritiae *P.* 3, Spirit. tenuioris *P.* 30*v* macerando per septem dies, agitando etc Colatura diluatur Spiritu tenuiore, ut *P.* 40*v* expleantur.

Ph. Germ. Aloës *P.* 1 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 5 digerendo fiant tinctura.

Eodem modo parentur:

Tinctura Asae foetidae.

— **Balsami Peruviani.**

— **Benzoës.**

— **Cantharidum concentrata.**

— **Castorei Canadensis.**

— **Castorei Sibirici.**

— **Guajaci** resinae.

— **Kino.**

— **Macidis.**

— **Myrrhae.**

— **Pyrethri** radicis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0212-2 DFG

Tinctura Aloës composita.

Elixir ad longam vitam *Élixir de longue vie; Teinture d'Aloès composée.*

Rp. Aloës lucidae *P.* 40,
Rad. Gentianae,
Rad. Rhei,
Rhizom. Zedoariae,
Stigmat. Croci,
Agarici albi,
Theriacae ãã *P.* 5,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 2000.

Macera per dies decem, exprime et filtra. *Ph Gall.*

Ph. Helv. Paretur ex Aloës *P.* 10, Agarici, Croci, Myrrhae, Rd. Gentianae, Rd. Rhei, Rhiz. Zedoar ãã *P.* 1, Spir. V. rectf. *P.* 160, Aq. *P.* 40 macerando etc.

Ph. Germ Aloës *P.* 9, Radicis Gentianae, Rad. Rhei, Rhizomatis Zedoariae, Croci, Fungi Laricis ãã *P.* 1, Spiritus Vini rectf. *P.* 200. Digestione fiat tinctura.

Tinctura Aloës composita acida.

Elixir Proprietatis Paracelsi.

Rp. Aloës,
Myrrhae ãã *P.* 2,
Croci *P.* 1,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 24,
Acidi sulfurici diluti *P.* 2.

Digestione fiat tinctura. *Ph. Germ.*

Tinctura amara.

Rp. Fruct. Aurant. immat.,
Herb. Centaurii min.,
Rad. Gentianae ãã *P.* 2,
Rhizomat. Zedoariae *P.* 1.

Concisis contusisque affunde
Spirit. Vini rectf. *P.* 36.

Macera per octo dies, exprime et filtra. *Ph. Russ.*

Ph. Germ. Eodem modo paretur, nisi quod Spiritus V. rectf. *P.* 35 sumantur et tinctura digerendo efficiatur.

Tinctura amara Baumei.

Gouttes amères de Baumé.

Rp. Fabar. St. Ignatii raspat. *P.* 500 (!),
Kali carbonici *P.* 5,
Fuliginis splendentis *P.* 1,
Spirit. V., pd. spec. 0,914, *P.* 1000.

Macera per dies decem, exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Tinctura Ambrae cum Moscho.

Rp. Ambrae *P.* 3,
Moschi *P.* 1,

Contritis affunde
Spiritus aetherei *P.* 144.

Macerando filtrandoque fiat tinctura. *Ph. Russ.*

Tinctura Armoraciae composita.

Tinctura antiscorbutica. *Teinture antiscorbutique; Teinture de Raifort composée.*

Rp. Rad. Armoraciae recentis *P.* 20,
Sem. Sinapis nigrae *P.* 10,
Ammoni hydrochlorici *P.* 5,
Spirit. V., pd. spec. 0,914, *P.* 40,
Spirit. Cochlear. comp. *P.* 40

Radix Armoraciae in taleolas tenues dissecta, Semina Sinapis atque Sal ammoniacum pulverata Spiritu per dies decem macerentur. Tum exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Tinctura aromatica.

Tinctura Cinnamomi composita.

Rp. Cort. Cinnam. Zeyl. *P.* 4,
Caryophyll. aromat.,
Sem. Cardamomi,
Rhizomat. Galangae,
Rhizomat. Zingib. ãã *P.* 1,

Contusis affunde
Spirit. Vini rectf. *P.* 48.

Digere (macera *Ph. Russ.*) per octo dies, exprime et filtra. *Ph. Helv., Russ., Gall.* (e *Ph. Bad., Bav., Belg., Boruss., Dan.*)

Ph. Germ. praecipit Spiritus Vini rectificati *P.* 40.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0213-8 DFG

Tinctura aromatica acida.

Elixir Vitrioli Mynsichti. Acidum sulfuricum aromaticum *Aromatic Sulphuric Acid.*

Paretur uti

Tinctura aromatica,

nisi quod

Spiritus Vini rectf. Partibus 48

ante macerationem addantur

Acidi sulphurici conc. *P.* 2 (*Ph. Russ.*), vel *P.* 4 (*Ph. Helv.*)

Ph. Russ., *Helv.*

Ph. Germ., quae Spiritus Vini rectf. *P.* 40 ad parationem Tinct. aromaticae praecipit, instituit admixtionem Acidi sulfurici conc. *P.* 2.

Ph. Brit. Acidi sulfurici conc. *P.* 55, Spiritus Vini rectfss. *P.* 335, Cort Cinnamomi gr. m. pulv. *P.* 20, Rhizom. Zingiberis gr. m. pulv. *P.* 12½ macerentur per hebdomadem, saepius agitando, tum filtrentur. Pond. spec. 0,927.

Tinctura Asae foetidae.

Rp. Gummi-resinae Asae foetidae contusae *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 6.

Macerando per octo dies filtrandoque fiat tinctura. *Ph. Russ.*

Eodem modo parentur:

Tinct. Balsam. Peruv.
— Benzoës.
— Capsici.
— Castorei Canadens.
— Galangae.
— Myrrhae.
— Resinae Guajaci.
— Sabinae.

Tinctura Asae foetidae aetherea.

Teinture éthérée d'Asa foetida.

Rp. Asae foetidae *P.* 1,
Aetheris alcoholisati *P.* 5.

Macera per dies decem et interdum agita. Postremo per filtrum opertum funde. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Tinct. aeth. Balsami Tolutani (*Teint. éth. de Baume de Tolu*).

Tinctura Aurantii.

Tincture of Orange Peel.

Rp. Cort. Aurantii *P.* 1,
Spiritus tenuioris *P.* 10*v.*

Macera per septimanam, vase clauso, interdum agitando, tum exprimendo cola. Colaturae filtratae adde eam quantitatem Spiritus notati, ut *P.* 10*v* expleantur. *Ph. Brit.*

Ph. Gall. (e *Ph. Brit.* recept.) Cort. Aurantii *Gm.* 56,7, Spiritus Vini pond spec. 0,914, *Gm.* 518,05. Colaturae sint *Gm.* 520.

Tinctura balsamica.

Tinct. Benzoës comp. *Baume du Commandeur de Permes; Teinture balsamique. Compound Tincture of Benzoïn.*

Rp. Rad. Angelicae *P.* 1,
Summitat. flor. Hyperici *P.* 2,
Spirit. V., pd. spec. 0,864, *P.* 72.

Macera per octo dies, exprime et filtra. Colaturae adde

Myrrhae,
Olibani ãã *P.* 1.

Denuo macera per octo dies et adde

Balsami Tolutani,
Benzoës ãã *P.* 6,
Aloës lucidae *P.* 1.

Fac macerent per dies decem et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Paretur e Benzoës *P.* 6, Aloës, Myrrh., Olibani, ãã *P.* 1, Bals. Peruviani *P.* 2, Spir. V. rectfss. *P.* 48 digerendo filtrandoque.

Ph. Brit. Paretur e Benzoës grosso modo pulv. *P.* 4, Styracis praep. *P.* 3, Bals de Tolu *P.* 1, Aloës Socotrinae *P.* 4/11, Spirit. V. rectfss. *P.* 34 macerando per dies septem, interdum agitando. Colaturae filtratae sint *P.* 40*v.*

Ph. Germ. Benzoës *P.* 9, Aloës *P.* 1, Balsami Peruviani *P.* 2, Spiritus Vini rectfss. *P.* 73 fiant digerendo tinctura.

Tinctura Balsami Tolutani.

Tinctura Tolutana. *Tincture of Tolu.*

Rp. Balsami Tolutani *P.* 5,
Spiritus V. rectfss. *q. s.*

Macera Balsamum cum Spiritus *P.* 30*v*, vase clauso, interdum agitando, per sex

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0214-4 DFG

horas, ut solutio efficiatur. Postremo filtra. Colaturae sint *P.* 40*v*. *Ph. Brit.*

Aequali modo paretur:

Tinct. Asae foetidae.

Tinctura Belladonnae.

Rp. Foliorum Belladonnae recentium *P.* 5,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 6.

Macerando fiat tinctura. *Ph. Germ*

Eodem modo parentur:

Tinctura Chelidonii herb. recent.
— **Conii** herb. recent.
— **Digitalis** fol. recent.

Tinctura Benzoës.

Tinctura de Benzoïno. *Teinture de Benjoin.*

Rp. Benzoës in lacrimis grosso modo pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,864, *P.* 5.

Macera per dies decem, interdum agita et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Tincturae (*Teintures*):

Ammoniaci Gummi-Resinae (*de Gomme d'Ammoniaque*).
Asae foetidae (*d'Asa foetida*).
Balsami de Tolu (*de Baume de Tolu*).
Euphorbii (*d'Euphorbe*).
Myrrhae (*de Myrrhe*).
Resinae Guajaci (*de Résine de Gayac*).
Scammonii (*de Scammonée*).

Tinctura Calumbae.

Rp. Radicis Colombo *Gm.* 70,87,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,914, *Gm.* 518,05.

Macerando adhibendoque vas depulsorium tinctura efficiatur. Colaturae sint *Gm.* 525. *Ph. Gall.* (e *Ph. Brit.*)

Tinctura Camphorae aetherea.

Aether camphoratus. *Teinture éthérée de Camphre; Éther camphré.*

Ph. Gall. Paretur solvendo
Camphorae *P.* 1 in
Aetheris alcoholisati *P.* 9.

Tinctura Cannabis Indicae.

Tincture of Indian Hemp.

Rp. Extracti Cannab. Ind. *P.* 1.
Solve
Spiritus V. rectfss. *P.* 20*v*.

Ph. Brit.

Ph. Russ. Paretur ex Herb. Cannabis Indicae conc. *P.* 1 et Spirit. V. alcoholisati *P.* 6 macerando etc.

Ph. Germ. Extracti Cannabis Indicae *P.* 1 solvatur Spiritus Vini rectfss. *P.* 9. Filtretur.

Tinctura Cantharidum.

Teinture de Cantharides.

Rp. Cantharidum grosso modo pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini, pond. spec. 0,864, *P.* 10.

Macera per dies decem, cola exprimendo et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Helv. Paretur e Cantharid. pulv. *P.* 1 et Spirit. V. rectfss. *P.* 12 digerendo etc. Colaturae sint *P.* 12.

Ph. Brit. Paretur e Canth. pulv. *P.* 1 et Spiritus tenuioris *P.* 80*v* macerando per hebdomadem. Colaturae sint *P.* 80*v*. Dosis 5 ad 20 Gutt.

Ph. Russ. Paretur e Cantharid. gr. modo pulv. *P.* 1 et Spirit. V. rectfss. *P.* 6 macerando per octo dies etc.

Ph. Germ. Cantharidum *P.* 1 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 10 digerendo fiant tinctura.

Eodem modo parentur:

Tinctura Capsici fruct.
— **Colocynthidis** fruct.
— **Euphorbii.**

Tinctura Cantharidum aetherea.

Teinture éthérée de Cantharides.

Rp. Cantharid. pulv. *P.* 1,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0215-9 DFG

Aetheris alcoholisati *P.* 10.
Macera, vase clauso, per dies decem, exprimendo cola et filtra. *Ph. Gall.*

Tinctura Cardamomi composita.

Compound Tincture of Cardamoms.

Rp. Seminum Cardamomi, a pericarpiis liberat., contusorum,
Fructuum Carvi cont ãã *Decigm.* 75,
Passularum a seminibus liberatarum *Gm.* 60,
Cort. Cinnamomi contusi *Gm.* 30,
Coccionellae pulv. *Gm.* 4,
Spiritus tenuioris *Gm.* 555.
Macera per horas quadraginta octo in Spiritus *Gm.* 415, vase obtecto, interdum agitando, tum massam totam, in vas depulsorium translatam l. a. tracta, affundendo reliquam Spiritus quantitatem, defluxu liquoris desinente. Massam, quae dein remanet in vase depulsorio exprimendo cola. Colaturas mixtas filtratasque Spiritus notati tanto dilue, ut *Gm.* 570 expleantur. *Ph. Brit.*

Tinctura Cardui Mariae (Rademacheri).

Rp. Fructuum Cardui Mariae non contusorum,
Spiritus V. rectfss.,
Aquae destillatae ãã *P.*
Macera per octo dies, exprimendo cola et filtra. *Ph. Russ.*

Tinctura Castorei.

Teinture de Castoréum. Tincture of Castor.

Rp. Castorei pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,864, *P.* 10.
Macera per dies decem, cola exprimendo et filtra. *Ph Gall.*

Eodem modo parentur

Tincturae *(Teintures):*
Ambrae griseae *(d'Ambre gris).*
Coccionellae *(de Cochenille).*
Moschi *(de Musc).*

Ph. Helv. Tinct. Castorei paretur digerendo per septimanam e Castorei Canad. concis. *P.* 1 et Spir. V. rectfss. *P.* 6. Colaturae filtratae sint *P.* 6.

Ph. Brit. Castorei grosso modo pulv. *P.* 4 et Spiritus Vini rectfss. *P.* 67 macerent per septimanam, vase clauso, et interdum agitentur. Colaturae filtratae addatur Spiritus V. rectfss. q. s., ut ponderis totius *P* 80*v* vel *P.* 69 compleantur.

Tinctura Castorei aetherea.

Ph. Gall. Paretur uti Tinctura Asae foetidae aetherea e
Castorei pulv. *P.* 1 et
Aetheris alcoholisati *P.* 10.
Eadem ratione parentur

Tinct. aeth. *(Teint. éthérées):*
Ambrae *(d'Ambre gris).*
Moschi *(de Musc).*

Tinctura Castorei camphorata.

Elixir uterinum aureum Tinctura Matris aurea.

Rp. Castorei Canad. concis. *P.* 4,
Fructuum Ebuli *P.* 6,
Spirit. V. rectf. *P.* 64.
Digere per aliquot dies. In colatura exprimendo collecta solve
Camphorae *P.* 3,
tum filtra. *Ph. Helv.*

Tinctura Catechu.

Rp. Catechu pallidi *P.* 5,
Cort. Cinnamomi *P.* 2,
Spiritus tenuioris *q. s.*
Macera per hebdomadem etc. Colaturae sint *P.* 40*v*. *Ph. Brit.*

Tinctura Chinae.

Teinture de Quinquina.

Rp. Cort. Chinae Calisayae grosso modo pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914 *q. s.*
Ope vasis (infundibuli) depulsorii l. a. colaturae *P.* 5 efficiantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Tincturae *(Teintures):*
Absinthii fol. *(de feuilles d'Absinthe),*

Belladonnae fol. (*de feuilles de Belladone*),
Chinae fuscae (*d'écorce de Quinquina gris.*),
Chinae rubrae (*d'écorce de Quinquina rouge*),
Conii herb. (*de feuilles de Ciguë*),
Digitalis fol. (*de feuilles de Digitale*),
Hyoscyami fol. (*de feuilles de Jusquiame*),
Lobeliae hb. (*de feuilles de Lobélie*),
Ratanhae rad. (*de racine de Ratanhia*),
Sennae fol. (*de feuilles de Séné*),
Stramonii fol. (*de feuilles de Stramonium*).
Valerianae rad. (*de racine de Valériane*).

Tinctura Chinae composita.

Tinctura Cinchonae composita Elixir roborans Whyttii. *Compound Tincture of Cinchona.*

Rp. Corticis Chinae fusci *P.* 6,
Cort. fruct. Aurantii,
Radicis Gentianae ãã *P.* 2,
Cort. Cinnam. Cassiae *P.* 1,
Spiritus Vini rectf. *P.* 50.

Digerendo tinctura efficiatur. *Ph. Germ.*

Ph. Helv. Cort. Chinae fusci *P.* 3, Cort. Aurantii, Rad Gentianae ãã *P.* 1, Spiritus Vini rectf. *P.* 36 macera per octo dies. Colaturae filtratae sint *P.* 36.

Ph. Russ. Paretur eadem ratione e Cort. Chinae fusc. *P.* 3, Cort. Aurant., Rad. Gentianae ãã *P.* 1, Spirit. V. rectfss. *P.* 16 et Aquae Cinnam. simplicis *P.* 8.

Ph. Brit. Corticis Chinae Loxensis pulv. *Gm.* 60, Cort. Aurantii contusi *Gm.* 30, Radicis Serpentariae concisae *Gm.* 15, Croci *Gm.* 4, Coccionellae *Gm.* 2, Spirit. Vini tenuioris *Gm.* 555 ea ratione tractentur, quae de paratione Tincturae Cardamomi compositae notata est. Colaturae filtratae sint *Gm.* 570.

Ph. Gall. (e *Ph. Autr.*, *Bad.*, *Belg.*, *Bor.*, *Germ.*, *Hamb.*) Cort. Chinae flavae *P.* 3, Rad. Gentianae, Cort. Aurant. ãã *P.* 1, Spirit. Vini rectf. *P.* 18, Aquae Cinnamomi *P.* 6 macerent et exprimendo filtrentur. Colaturae sint *P.* 20.

Tinctura Chinini.

Tinctura Quiniae. *Tincture of Quinia.*

Rp. Chinini sulfurici *Gm.* 10,
Tinct. Aurant. cort. *Gm.* 530.

Solve leni calore, tum sepone per tres dies, interdum agita et filtra. *Ph. Brit.*

Tinctura Chinoïdini.

Tinctura Chinoïdei.

Rp. Chinioidini *P.* 2,
Spiritus V. rectfss. *P.* 15,
Acidi hydrochlorici puri *P.* 1.

Solve et filtra. *Ph. Russ.*

Ph. Germ. Chinioidini *P.* 2 solvantur Spiritus Vini rectfss. *P.* 17 et Acidi hydrochlorici *P.* 1, tum filtrentur.

Tinctura Chloroformii composita.

Compound Tincture of Chloroform.

Rp. Chloroformii *P.* 1*v*,
Spiritus V. rectfss. *P.* 4*v*,
Tinct. Cardamomi comp. *P.* 5*v*.

M.

Tinctura Cinnamomi.

Teinture de Cannelle.

Rp. Cort. Cinnamomi Ceylanici *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,864 *q. s.*

Adhibendo vas depulsorium l. a. colaturae *P.* 5 efficiantur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Tincturae (*Teintures*):
Cascarill. cort. (*d'écorce de Cascarille*),
Pyrethri rad. (*de racine de Pyrèthre*) (Anacycli Pyrethri),
Zingiberis (*de racine de Gingembre*).

Tinctura Citri corticis.

Tinctura Limonis. *Tincture of Lemon Peel.*

Rp. Cort. Citri minutim incisi *P.* 5,
Spiritus tenuioris *P.* 40*v*.

Macera per septem dies, vase clauso, interdum agitando, tum exprimendo cola.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0217-1 DFG

Colatura filtrata ad explendas *P.* 40*v* Spiritu misceatur. *Ph. Brit.*

Eodem modo paretur

Tinctura Cocci s. **Coccionellae** (*Tinct. of Cochineal*) e Coccionella.

Tinctura Colchici seminum.

Teinture de Semences de Colchique.

Rp. Semin. Colchici pulv. *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914 *P.* 10.

Macera per dies decem, cola exprimendo et filtra. *Ph. Gall.*

Tinctura Colocynthidis.

Rp. Fruct. Colocynth., a seminibus liberat., concis. *P.* 1,
Spirit. Vini rectf. *P.* 12.

Maceratae per hebdomadem exprimantur. Colaturae filtratae sint *P.* 12. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Paretur e Fruct. Colocynth. a seminib. lib. *P.* 1 et Spirit. V. rectfss. *P.* 6.

Tinctura Croci.

Teinture de Safran.

Rp. Stigmatum Croci *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,846, *P.* 10.

Stigmata incisa in Spiritu macera per dies decem, tum cola exprimendo et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Tinctura Vanillae (*Teinture de Vanille*).

Tinctura Digitalis aetherea.

Teinture éthérée de Digitale.

Rp. Fol. Digital. pulv. *P.* 1,
Aetheris alcoholisati *P.* 5.

Folia Digitalis in vas depulsorium (percolatorium) immissa l. a. Aethere alcoholisato tractentur. Liquor collectus in lagenis bene obturatis servetur. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Tinct. aeth. (*Teintures éthérées*):

Belladonnae fol. (*de feuilles de Belladone*),

Conii fol. (*de feuilles de Ciguë*),

Hyoscyami fol. (*de feuilles de Jusquiame*),

Valerianae rad. (*de racine de Valériane*).

Ph. Helv. (*Russ.*) Foliorum Digitalis *P.* 1, superfusa Spiritus aetherei *P.* 6, maceret per dies septem. Colaturae expressione effectae, filtratae, sint *P.* 6.

Eodem modo paretur:

Tinctura Valerianae aetherea.

Ph. Germ. Fol. Digitalis *P.* 1, superfundatur Spiritus aetherei *P.* 10. Macerando tinctura efficiatur.

Tinctura dulcis.

Tinctura Caramel.

Rp. Kali acetici *P.* 1,
Sacchari *P.* 8,
Aquae *P.* 4.

Coquantur inter agitationem, donec massa obscure fusca effecta fuerit quae in
Aquae fervidae *P.* 6
soluta, tum refrigerata commisceatur cum
Spirit. Vini rectfss. *P.* 36.

Post aliquod tempus filtretur. *Ph. Helv.*

Tinctura Ferri acetici.

Tinctura Ferri Acetatis. *Tincture of Acetate of Iron.*

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti *P.* 5*v*,
Kali acetici *P.* 4,
Spiritus V. rectfss. *q. s.*

Acetati kalico in Spiritus rectifss. *P.* 20*v* soluto admisce Sulfatem ferricum, Spiritus rectfss. *P.* 16*v* dilutum, interdum exacte agitando. Hora una exacta liquor in filtrum transferatur, sal in filtro remanens Spiritu Vini abluendo, ut colatura filtrata exaequet *P.* 40*v*. *Ph. Brit.*

Tinctura Ferri acetici aetherea.

Rp. Ferri acetici soluti *P.* 9,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 2,
Aetheris acetici *P.* 1.

Misce. *Ph. Russ.*, *Helv.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0218-6 DFG

Continet in centenis partibus circiter *P.* senas (6) Ferri.

Ph. Germ. Ferri acetici soluti *P.* 75, Spiritus Vini rectfss. *P.* 15, Aetheris acetici *P.* 10 misceantur.

Tinctura Ferri chlorati.

Tinctura Martis salita.

Rp. Ferri chlorati *P.* 1.
Solve
Spiritus V. rectf. *P.* 7
et filtra. Ad usum recens paretur. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Paretur e Ferri chlorati cryst. recens parati *Gm.* 10, Spirit. V. rectf. *Gm.* 80, Acidi hydrochlorati Gutt. 11.

Ph. Germ. Ferri chlorati recens parati *Gm.* 20 solvantur Spiritus Vini rectf. *P.* 180, Acidi hydrochlorici *P.* 1, tum filtrentur.

Tinctura Ferri pomati.

Tinctura Malatis Ferri.

Rp. Extracti Ferri pomati *P.* 1,
Aquae Cinnamomi spirituosae *P.* 6.
Solve et filtra. *Ph. Helv., Russ.*

Ph. Germ. Extracti Ferri pomati *P.* 1 solvatur Aquae Cinnamomi spirituosae *P.* 9. Filtretur.

Tinctura Ferri sesquichlorati.

Tinctura Perchloridi Ferri. *Tincture of Perchloride of Iron*

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati fortioris *P.* 5*v*,
Spiritus V. rectifss. *P.* 15*v*.
Misce. Pond spec. 0,992. *Ph. Brit.*

Tinctura Ferri sesquichlorati aetherea.

Spiritus Ferri chlorati aethereus. Spiritus aethereus ferratus. (Tinctura tonico-nervina Bestuscheffii.)

Ph. Helv. Ferri sesquichlorati cryst. quantum placebit contritum assidue conquassetur cum duplo Aetheris. Tum liquoris defusi *P.* 1 commisceatur cum Spiritus V. absoluti *P.* 2. Sit liquor limpidus dilute flavescens. *Ph. Helv.*

Ph. Russ. Paretur solvendo e Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 1 et Spiritus aetherei *P.* 12. Liquor decanthatus radiis solis exponatur, donec coloris expers factus fuerit.

Ph. Germ. Mixtura ex Aetheris *P.* 14 et Ferri sesquichlorati *P.* 1 parata infundatur in lagenas vitreas cylindricas, quae bene obturatae solis radiis exponantur, donec color omnino evanuerit. Tum lagenae seponantur loco umbroso, interdum aperiendae, donec mixtura colorem subflavum receperit.

Tinctura Ferri tartarici.

Tinctura Tartari ferrati. *Teinture de Mars tartarisée.*

Rp. Tartari ferrati crudi *P.* 3,
Spirit. Vini rectfss. *P.* 1,
Aquae destillatae *P.* 19.
Digere per tres dies et saepius agita. Postquam subsederint, filtra. *Ph. Helv.*

Rp. Limaturae Ferri *P.* 10,
Tartari dep. pulv. *P.* 25,
Aquae destill. *P.* 300,
Spiritus V. rectfss. *P.* 5.
Puls e limatura Ferri, Tartaro et q. s. Aquae destill. confecta in lebete ferreo per 24 horas seponatur. Admixta Aquae destill. reliqua quantitate, per horas duas ebulliat, aquam evaporatione consumptam restituendo. Deinde fac residat, decantha et liquorem filtratum evapora, donec pond. spec. 1,28 assumserit. Postremo Spiritus Vini admisceatur et mixtura filtrata asservetur. *Ph. Gall.*

Tinctura Flavedinis recentis Citri.

Alcoholatura Citri. *Alcoolature de Citron.*

Rp. Flavedinis recentis corticis fructus Citri *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,864, *P.* 2.
Macera per octo dies, exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Tinctura Flavedinis recentis Aurantii (*Alcoolature d'Orange*).

Tinctura Formicarum.

Rp. Formicarum *P.* 2,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3.

Formicae recens collectae, a quisquiliis mundatae contritaeque superfundantur Spiritu. Digerendo tinctura efficiatur. *Ph. Germ.*

Tinctura Gentianae.

Teinture de Gentiane.

Rp. Rad. Gentianae rubr. *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 5.

Macera per decem dies, cola exprimendo et filtra. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur

Tincturae (*Teintures*):

Arnicae florum (*de fleurs d'Arnica*),
Aurantior. cort. (*d'écorce d'Oranges amères*),
Colchici bulb. (*de bulbes de Colchique*),
Colombo rad. (*de racine de Colombo*),
Enulae rad. (*de racine d'Aunée*),
Gallarum (*de noix de galle*),
Guajaci ligni (*de bois de Gayac; Eau de vie de Gayac*),
Jalapae tuber. (*de racine de Jalape*),
Ipecacuanhae (*de racine d'Ipecacuanha*),
Quassiae ligni (*de Quassia amara*),
Rhei radicis (*de racine de Rhubarbe*),
Scillae bulbi (*de squames de Scille*).

Tinctura Gentianae composita.

Élixir amer de Peyrilhe; Teinture de Gentiane composée. Compound Tincture of Gentian.

Rp. Rad. Gentianae *P.* 10,
Natri carbonici *P.* 3,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,914, *P.* 300.

Macera per dies decem, exprime et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Brit. Rad. Gentianae *P.* 45, Cort. Aurant. *P.* 22½, Cardamomi seminum a pericarpiis liberatorum *P.* 7½, Spirit. tenuioris *P.* 550. Eadem ratione tractentur, quae ad parationem Tincturae Aconiti notata est. Colaturae sint *P.* 570.

Tinctura Guajaci ammoniata.

Rp. Resinae Guajaci *P.* 3,
Spiritus Vini rectfss. *P.* 10,
Ammoni caustici soluti, pond. spec. 0,960, *P.* 5.

Macerando tinctura efficiatur. *Ph. Germ., Gall.*

Ph. Helv. Resinae Guajaci pulv. *P.* 1, Spiritus Vini rectfss. *P.* 4, Ammoni caustici soluti *P.* 2 per octo dies digerantur et filtrentur.

Ph. Brit. Resinae Guajaci pulv. *P.* 120, Spiritus Ammoni aromatici *P* 390 per septem dies macerent, vase clauso et interdum agitando, tum filtrentur. Colaturae addendo Spiritum Ammoni aromaticum *P.* 660 expleantur.

Tinctura Jodi.

Teinture de Jode. Tincture of Jodine.

Rp. Jodi *P.* 1,
Spiritus Vini, pd. spec. 0,835, *P.* 12.

Solve et filtra. *Ph. Gall.*

Ph. Germ. Jodi *P.* 1, Spiritus Vini rectfss. *P.* 10. Solve et decantha.

Ph. Helv. Jodi *P.* 1 et Spir. V. rectfss *P.* 12. Solutione peracta liquor decanthetur.

Ph Brit. Jodi *P.* 2, Kalii jodati *P.* 1, Spiritus rectificatissimi *P.* 67 (80*v.*) Solve.

Ph. Russ. Jodi *P.* 1, Spirit. V. alcoholisati *P.* 10.

Tinctura Jodi concentrata.

Rp. Jodi pulverati *P.* 1,
Spirit. V. absoluti *P.* 8.

Digerendo solve et decantha. *Ph. Helv.*

Tinctura kalina.

Rp. Kali hydrici sicci *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 6.

Digerantur per tres dies, saepius agitando, tum filtrentur. *Ph. Russ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-11042-p0220-6 DFG

Tinctura Kino.

Rp. Kino grosso modo pulv. *P.* 1,
Spiritus V. rectfss. *P.* 10*v*.

